NICOLAI VIGELII IV=
RISCONSVLTI

# DIGESTO=
# RVM
## PARS SEPTIMA:

De caufsis, feu modis, quibus iura
adquifita retinentur, amittuntur, &
amiffa recuperantur.

*Acceßit & Legum quæ in hac Septima Digeſtorum parte continentur, & Rerum ac uerborum in eadem præcipuè memorabilium, geminus INDEX.*






Cum Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſs. Gall. Regis gratia
& priuilegio, ad annos VI.

BASILEAE, EX OFFICINA OPO-
RINIANA. 1571.

# DE ABOLENDA METHODO AVTHORIS, PRÆFATIO.



RANCISCVS Balduinus, nostra ętate Iurisconsultus celebris, quodam suorum Commentariorum loco scribit, Multos qui hac ætate & scripti sunt, & scribũtur, Commentarios, esse tantum quasdam ueluti leuiter compactas, & ad tempus comparatas cõtignationes: quæ quia alicui ędificio attollendo solum subseruiant, ubi extructum illud fuerit, disijciantur. Huiusmodi contignationem fateor esse Methodum meam, quam in adolescẽtia mea conscripsi. Sunt enim anni duodeuiginti cum primum iuris studium ingrederer. Quo tempore cum perlectis Institutionibus, in quarũ dispositione nihil desiderabam, Pandectarum lectionẽ aggrederer, tanta statim occurrit legum confusio atq; perplexitas, ut mirarer posse ius ciuile uel in scholis cum fructu doceri, uel in foro cõstanter exerceri: adeo nec lex legi, nec paragraphus quidem paragrapho rectè cohęrebat. Perstiti tamen in lectione suscepta, & Pandectas Codicemq; cum suis Appendicibus, quatuordecim mensibus perlegi. Ex qua lectione illum fructum percipiebam, quod intelligerem, ad iuris cognitionẽ adipiscendam opus esse non tam Bartoli & aliorum glossematis, quàm recta legũ dispositione: eamq; confici posse, si quis tum in regulis iuris ordinandis locos dialecticos, tum in exceptionibus subijciendis circumstantiarum ordinem sequeretur. Altera itaq; iuris lectione suscepta, cœpi dispositionem legum in animo ita conceptam delineare, qualis in Methodo mea extat. Quamuis autem ea Methodo nulla in iure alia perfectior extaret: tamen multa ei deesse non ignorabam. Itaq; occasione oblata cœpi Digestorum libros conscribere, & ea quę in Methodo per numeros quasi delineauerã, in illis uerbotenus proponendo quasi uiuis coloribus adhibitis illuminare: ubi multa prius parũ intellecta correxi, multa trãsposui, multa latius diduxi, istosq; errores prudens in Methodo inemendatos reliqui, imitatus eos qui delineationẽ, opere cuius gratia delineatio effìcta est absoluto, amplius non curãt. Quare Digestorũ libris nũc perfectis & absolutis, Methodũ istã, tanquã huius operis delineationẽ, seu (ut Balduinus scribit) leuiter compactã & ad tempus comparatã cõtignationẽ, quę nunc suo sit officio perfuncta, disijci patior atq; aboleri, ne luminibus ædificij iã absoluti officiat. Nihil in ea positũ est, quod nõ in his Digestorũ libris positũ inueniatur, & quidẽ magis elaboratum. Multa in his reperiuntur, quæ in illa sunt omissa. Solẽt enim (ut aiunt) posteriores cogitationes esse sapientiores. Hæc ne quis fallatur, putans eandem esse Methodi meæ ac horum Digestorũ rationem, indicare uolui: sperans futurum, ut relicta in posterum delineatione ista, quæ in Methodo facta est, opus ipsum, cuius gratia illa est effìcta, nunc perfectum omnes amplectantur.

# CAPITVM HVIVS SEPTIMAE PARTIS ELENCHVS.



FINIS.

DIGESTO-

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSOCTAVVS:

## *DE EXCEPTIONIBVS ET LIBERATIONIBUS.*

*In praecedentibus libris caussa seu modi, quibus iura adquiruntur, sunt proposita atq; descripta. Sequuntur nunc caussa, quibus iura adquisita retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur: quanquam & in superioribus libris eiusmodi caussae proposita sunt. Nam retinenda possessionis est interdictum Vti possidetis & Vtrubi: recuperanda autem est interdictum Vnde ui, &c. de quibus suprà uidere licet. Sed & eadem sunt caussae amittendi iuris, qua & adquirendi: de quibus in superioribus libris actum est. Ad has etiam caussas pertinet alienatio: de qua s. lib. 21 cap. 4. est dictum. item capitis deminutio & captiuitas: de quibus infrà libro ultimo dicetur. Item modi quibus amittitur patria potestas, finitur tutela, amittitur dominica potestas, ius patronatus, possessio, usufructus, &c. de quibus suis locis est dictum. Nunc de exceptionibus & liberationibus dicendum. Per has enim iura adquisita retinentur.*

### *DE EXCEPTIONIBVS.*

*Cap. I.*

PRIMO: *Definitio exceptionis proponitur l. 2. in prin. ff. de exceptionibus, his uerbis:* Exceptio dicta est quasi quaedam exclusio, quae interponi actioni cuiusq; rei solet ad excludendum id quod in intentionem condemnationemúe deductũ est. *Alia definitio proponitur l. 22. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Exceptio est conditio, quae modò eximit reum damnatione, modò minuit damnationem. *Huius species est Praescriptio, quae nihil aliud est quàm exceptio. qua non ad caussam ipsam actionis propositae respondetur, sed lis aliò transfertur: cuiusmodi sunt omnes exceptiones dilatoriae, quaedam etiam peremptoriae: ut temporis praescriptio, rei iudicatae, transactae, iurisiurandi. in quibus non aliud quaeritur, quàm an tẽpus actionis exierit, iudicatũ, trãsactũ uel iuratum sit, remissa quaestione An debeatur: ut Vlpianus l. 5. §. dato ff. de iureiurando, testis est. Adstipulatur huic praescriptionis definitioni Alciatus in l. quinque pedum. C. finium regundorum.*

II. GENVS.

*Exceptio actio non est. quae regula approbatur l. 8. ff de uerb. signif. his uerbis:* Actionis uerbo nõ continetur exceptio. *Planè in exceptione probanda reus actoris partes sustinet: quod exceptionis loco notandum. qua exceptio approbatur l. 19. in prin. ff. de probationib. his uerbis:* In exceptionibus dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere, ipsumq; exceptionem uelut intentionem implere: utputa si pacti conuenti exceptione utatur, docere debet pactum conuentum factum esse. *Concordat l. 1. ff. de exceptionib. his uerbis:* Agere etiam is uidetur, qui exceptione utitur: nam reus in exceptione actor est. *Concordat l. 12. ff. eod tt. his uerbis:* Generaliter in praeiudicijs actoris partem sustinet, qui habet intentionem secundum id quod intendit.

III. DIVISIONES EXCEPTIONUM.

*I. Diuisio, sumpta ex iure quo introducta est exceptio, proponitur Inst. de exceptionib. §. hac exempli, in fine, his uerbis:* Exceptionum quaedam ex legibus, uel ex ijs quae legis uicem obtinent, uel ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

II. *Diuisio, sumpta ab effectu, proponitur Inst. d. tt. §. appellantur, his uerbis:* Appellantur exceptiones aliae perpetuae & peremptoriae, aliae temporales & dilatoriae. Perpetuae & peremptoriae sunt, quae semper agentibus obstant, & semper rem de qua agitur, perimũt: qualia est exceptio doli mali, & quod metus caussa factum est, & pacti conuenti, cum ita conuenerit, ne omnino pecunia peteretur. Temporales atq; dilatoriae sunt, quae ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conuenti, cũ ita conuenerit, ne intra certum tempus ageretur: ueluti intra quinquennium. Nam finito eo tempore, nõ impeditur actor rem exequi. Ergo ij quibus intra certum tempus, &c. *Reliqua uerba uide s. lib. 36. cap. 14. reg. 21. Dilatoriae exceptionis species proponuntur etiam Inst. d. tt. §. penult. his uerbis:* Etiam ex persona sunt dilatoriae exceptiones, quales sunt procuratoriae: ueluti si per militem aut mulierem agere quis uelit. Nam militibus nec pro patre, uel matre, uel uxore, nec ex sacro rescri

pro procuratorio nomine experiri conceditur. Suis uerò negocijs superesse sine offensa militaris disciplinæ possunt. *Concordat propositæ diuisioni l.3.§.fin.ff. de exceptionibus, his uerbis:* Solemus dicere, quasdam exceptiones esse dilatorias, quasdam peremptorias: utputa dilatoria est exceptio, quæ differt actionem: ueluti procuratoria exceptio dilatoria est. nam qui dicit non licere procuratorio nomine agi, non prorsus litem inficiatur, sed personam euitat. *Concordat item l.3.ff. d.tt.hi. uerbis.* Exceptiones aut perpetuę atq; peremptoriæ sunt, aut temporales & dilatoriæ. Perpetuæ atq; peremptorię sunt, quę semper locum habent, nec euitari possunt: qualis est doli mali & rei iudicatę, & si quid contra leges senatusúe consultum factum esse dicetur: item pacti conuenti perpetui, id est, ne omnino pecunia petatur. Temporales atq; dilatoriæ sunt, quæ non semper locum habẽt, sed euitari possunt: qualis est pacti cõuenti tẽporalis, id est, ne fortè intra quinquẽniũ agatur. Procuratoriæ quoq; exceptiones dilatoriæ sunt, q̃ euitari possunt.

III. *Finis & officiũ exceptionũ est, excludere actionem. quæ regula approbatur d.l.2. in prin. cuius uerba uide s̄.eod.cap.in prin. Concordat d.l.2.§.illud. cuius uerba uide j.quæst prox. Cõcordat item Inst.de except.in prin.his uerbis:* Comparatæ sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: tamen iniqua sit aduersus eũ cũ quo agitur. Verbi gratia, si metu coactus, &c. *Reliqua uerba uide s̄.lib.37.cap.3. except.15. in prin.*

V. CONTRARIA ET SIMILIA EXCEPTIONUM.

I. *Regula, De replicatione, proponitur l.22.in fine. ff.de exceptionib.his uerbis:* Replicatio est contraria exceptio, & quasi exceptionis exceptio. *Concordat l.2.§.replicationes.ff.eod.tt.his uerbis:* Replicationes nihil aliud sunt, quàm exceptiones, & à parte actoris ueniunt: quę quidem ideo necessariæ sunt, ut exceptiones excludant. Semper enim replicatio idcirco obijcitur, ut exceptionem oppugnet. *Concordat item d.l.2.§.illud tenendum, his uerbis:* Illud tenendum est, omnem exceptionẽ uel replicationem exclusoriam esse. Exceptio actorem excludit, replicatio reum. Sed & contra replicationem duplicatio, & contra duplicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio: & ita deinceps multiplicantur nomina, dũ aut reus aut actor obijcit. *Concordat itẽ Inst. de replicat.in prin.cuius uerba uide j. reg. prox. item concordat l.10. C.de exceptionib.his uerbis:* Non exceptionibus actores, ex quibus reis auxilium tribuitur certis ex caussis: sed replicationibus suam intentionem, si quam habent, muniunt.

II. *Regula, De duplicationib.triplicationib.quadruplicationibus, &c. proponitur uerbis d.§. illud, iam propositis hisce:* Sed & contra replicationem duplicatio; & contra duplicationem solet dari triplicatio, &c. *Concordat Inst.de replicationib.in prin.his uerbis:* Interdum euenit, ut exceptio quæ prima facie iusta uidetur, tamen iniquè noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est adiuuandi actoris gratia: quæ replicatio uocatur: quia per eam replicatur atq; resoluitur ius exceptionis. ueluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniã petat, deinde postea in contrariũ pacti sunt, id est, ut creditori petere liceat: si creditor agat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si non conuenerit, ne eam pecuniã creditor petat: nocet ei exceptio. conuenit enim ita. nanq; nihilominus hoc uerum manet, licet postea in contrariũ pacti sunt. Sed quia iniquũ est creditorẽ excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuento. Rursus interdũ euenit, ut replicatio quæ prima facie iusta est, iniquè noceat. Quod cum accidit, alia allegatione opus est adiuuãdi rei gratia: quæ duplicatio uocatur. Et si rursus ea prima facie iusta uidetur, sed propter aliquam caussam actori iniquè noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiuuetur, quæ dicitur triplicatio. Quarum omniũ exceptionum usus interdũ ulterius, quàm diximus, uarietas negociorum introducit: quae omnes apertius ex Digestorum latiore uolumine facile est cognoscere.

VI. CAVSSAE EX QVIBVS exceptiones competunt?

*Caussæ exceptionum triplices proponuntur l.20.ff. de exceptionib. his uerbis:* Exceptiones opponuntur, aut quia factum sit quod fieri oportuit, aut quia factũ sit quod fieri non oportuit, aut quia non sit factũ quod fieri oportuit. Quia factũ est quod fieri oportuit, datur exceptio rei uenditæ & traditæ, & rei iudicatæ: quia factum est quod fieri nõ oportuit, datur exceptio doli mali: quia non factum est quod fieri oportuit, ut bonorum possessionis non datæ. *Harum caussarũ exceptio prima hæc est: Nisi conuenerit ne exceptio obijciatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur exemplo l.4.§.quæsitum.ff.si quis cautionib.in iudicio sistendi.cuius uerba uide s̄.lib.6. cap.9. quæst.5. in fine, repl.gener.1. Altera exceptio est: Nisi reus pecuniam dederit ad corrumpendum iudicem uel aduersarium. Hæc exceptio approbatur l.1.C.de pœna iudicis qui malè iudicauit. cuius uerba uide s̄. lib.5.cap. 9.membr.1.reg.7.*

VII. QVIBVS EXCEPTIONES competunt?

I. *Regula: Cui competit actio, eidẽ exceptio quoq; est dan-*

*est dãda. Quæ regula approbatur l.198.§.1.ff.de reg. iuris, bisce uerbis:* Cui damus actionem, eidẽ exceptionẽ competere multo magis quis dixerit. *Huius regulæ exceptio est in retentione dotis, l. unica. §. taceat in ea retentionum. C. de rei uxoriæ actione: cuius uerba uide ĩ.lib.25.cap.8.reg.25. in fine.*

I I. Regula, *De successoribus, proponitur d.l. 198. §. cum quis, cuius uerba uide ĩ.lib.28.cap 1. quæst. 2. reg.1.* Concordat *l.1.§.si quis ab, in fine. ff. de itinere actuq; priuato. cuius uerba uide ĩ.lib.25.cap.8.exc.7. repl.1.* Concordat *item l.14.§.sed is qui à me. ff. communi diuid. cuius uerba uide ĩ. lib.44. cap.11.quæst. 3. causa 1. exc.9. repl.2. Itẽ cõcordat l.28.C.de euictionib. cuius uerba uide ĩ.lib.41.cap.1.quæst.4.reg.4.*

I I I. Reg. *De debitore delegato. Hic exceptione delegãti cõpetẽti uti nõ potest. Quæ regula approbatur l. 21. ibi: & meus quidẽ. ff. de donationib. cuius uerba uide ĩ.lib.35. cap.2.except.30.repl.15.* Concordat *l.1.§. penult. ff. quarum rerũ actio non datur. cuius uerba uide ĩ. lib.29. cap.4. reg.17. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi debitor uxori creditoris sui uel marito donationis causa sit delegatus: hoc enim casu nihil agitur. De qua re uide J.cap.15.specie 2.except.5.*

I I I I. Regula, *De fideiussoribus, proponitur Inst. de replicationib.§.exceptiones, his uerbis:* Exceptiones quib. debitor defenditur, plerũq; accõmodari solent etiã fideiussorib. eius: & rectè. qa q̃ ab ijs petitur, id ab ipso debitore petĩ uidetur: qa mãdati iudicio redditurus est eis, quod ij ꝓ eo soluerint. Qua ratione etsi de nõ petẽda pecunia pactus qs cũ reo fuerit, placuit perinde succurrẽdũ esse per exceptionẽ pacti cõuenti illis quoq; q ꝓ eo obligati sunt, ac si etiã cũ ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. *Cõcordat l.21. C. de exceptionib. his uerbis:* Defensiones siue exceptiones ad intercessores extendi, quib. reus principalis integro manẽte statu munitus est, cõstat. *Cõcordat itẽ l.16. in prin. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ĩ.li.45.ca.5. quæst. 2. except.10.repl.1. Itẽ concordat l.7.ff.de exceptionib. his uerbis:* Exceptiones q̃ psonæ cuiusq; cohęrẽt, nõ trãseunt ad alios: ueluti ea quã socius habet in id quod facere possit, uel parẽs patronusue, non cõpetit fideiussori. Sic mariti fideiussor post solutũ matrimoniũ datus, in solidum dotis nomine condẽnatur. Rei aũt cohęrẽtes exceptiões etiã fideiussorib. cõpetũt: ut rei iudicatę, doli mali, iurisiurãdi, quod metꝰ causa factũ est. Igitur & si reus pactus sit in rẽ, omnimodo cõpetit exceptio fideiussori. Intercessionis quoq: exceptio, itẽ quod libertatis onerãdę causa petitur, etiã fideiussori cõpetit. Idẽ dicitur, etsi ꝓ filiofamiliãs cõtra senatuscõsultũ quis fideiusserit, aut ꝓ minore uiginti quinq; annis circũscripto: qa si deceptus nõ sit, nec ipse antè habebit auxiliũ, q̃ restitutus fuerit, nec fideiussori danda est exceptio. *Huius regulæ exceptio prima hęc est. Nisi exceptio sit psonalis, quæ psonæ cohæreat: hæc enim fideiussori danda nõ est. Quæ exceptio approbatur, simul & exẽplis declaratur uerbis iam propositis hisce:* Exceptiões q̃ psonæ cuiusq; cohæretent, nõ trãseunt ad alios, &c. *De exẽplis huius exceptionis uide exceptiones proximè sequẽtes. Altera exceptio est: Nisi exceptio sit de eo, in quãtũ facere potest. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.7.ĩ.propositis bisce:* Veluti ea q̃ socius habet, &c. *De hac re plura uide ĩ.lib.36.cap.12. Tertia exceptio est: Nisi exceptio sit cessionis bonorũ. Hæc exceptio approbatur Inst. de replicationib.§.fin. his uerbis:* Quę dã exceptiones nõ solẽt fideiussorib. accõmodari. Ecce enim, debitor, si bonis suis cesserit, & cũ eo creditor experiatur: defenditur ꝑ exceptionẽ, Si bonis cesserit. Sed hęc exceptio fideiussorib. nõ datur: ideo scilicet, qs q alios ꝓ debitore obligat, hoc maximè ꝓspicit, ut cùm facultatib. lapsus fuerit debitor, possit ab ijs quos ꝓ eo obligauit, suum consequi. *Quarta exceptio est: Nisi quis pro minore 25. annis fideiusserit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proponũtur J.lib.prox.cap.4. quæst. 5.except.4. Quinta exceptio uidetur: Nisi reus exceptione fideiussorẽ uti nolit. Hæc exceptio reprobatur l.19.ff.de exceptionib. his uerbis:* Omnes exceptiones q̃ reo cõpetũt, fideiussori quoq; etiã inuito reo cõpetunt. *Plures huiusmodi exceptiones uide in singulis exceptionũ speciebus, itẽ ĩ.lib.45. cap.1.quæst.2.except.54.*

### VIII. ADVERSVS QVOS exceptiones competunt?

I. Regula, *De successorib. His quoq; eadẽ obstat exceptio, quæ defuncto uel auctori. Quæ regula approbatur l.185.ff.de reg.iuris, bisce uerbis:* Quod ipsis qui cõtraxerũt obstat, & successorib. eorũ obstabit. *Cõcordat l.12.ff.de diuersis tempor. præscript. his uerbis:* Creditor qui ꝑscriptione lõgæ possessionis à possessore pignoris submoueri possit, pignus distraxit. q̃ro, an possessori salua sit exceptio aduersus emptorẽ? Paulus respõdit, etiam aduersus emptorẽ eandẽ exceptionẽ cõpetere. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ex dolo uel delicto auctoris exceptio obijciatur: hæc.n. successori nõ obstabit. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.4.§. de auctoris. ff. de doli mali except. his uerbis:* De auctoris dolo exceptio emptori non obijcietur. Si autem auctoris accessione utitur: æquissimum uisum est, eum qui ex persona auctoris utitur accessione, pati dolum auctoris. Et per hoc æquè traditur, rei quidẽ cohærentem exceptionem etiam emptori nocere: eam autem quę ex delicto personę oriatur, nocere nõ oportere. *Plura de hac exceptione uide J.cap.prox.quæst.4.except.4.*

I I. Regula, *De eo cui delegatus est reus. Aduersus hũc exceptiõe sua reus nõ utetur. Quæ regula approbatur,*

batur, simul & distinguitur J.cap.14.quæst.3.reg.7.

## IX. QVANDO EXCEPTIONES competunt, seu obijciendæ sunt?

I. Regula: *Dilatoria exceptio nō nisi ante litē cōtestatā obijciēda est. Quæ regula approbatur l.12.C.de exceptionib. cuius uerba cū alijs huc pertinētib. uide s.lib.6.cap.6.*

II. Regula: *Peremptoria exceptio post litē cōtestatam ante sententiā quādocūq; obijci potest. Quæ regula approbatur l.8.C.d.tt.his uerbis:* Præscriptionē peremptoriā, quā antè cōtestari sufficit, omissam, priusquā sentētia feratur, obijcere quādocunq; licet. *Concordat l.4.C.eod.tt. his uerbis:* Cū nōdū finitā sentētia causam, sed dilatā allegatis: nō est dubiū, omnes integras defēsiones esse. *Cōcordat itē l.2.C.sentētiā rescindi non posse. cuius uerba uide s.lib.8 cap.3.except.27.*

III. Regula: *Exceptio peremptoria post sententiā latā frustra opponitur. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt d.except.27.*

## X. QVAMDIV COMPEtit exceptio?

*Omnis exceptio perpetua est, cui nulla tēporis præscriptio obstat: quāuis ex eadē causa agenti obstaret præscriptio. Quæ regula approbatur exēplo l.5.§.fin. ff.de doli mali except. his uerbis:* Nō sicut de dolo actio certo tempore finitur, ita etiā exceptio eodē tēpore dāda est. Nā hæc perpetuò cōpetit: cū actor quidē in sua potestate habeat, quando utatur suo iure: is aūt cū quo agitur, nō habeat potestatē, quādo cōueniatur. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi nō reus exceptionē, sed actor replicationē obijciat. hæc enim sicut actio est tēporaria. Quæ exceptio approbatur in eodē exēplo proposito l.19.§.fin.ff.de peculio. cuius uerba uide s.lib.45 cap.11. quæst.3. exc.13. repl.1. dupl.4. Cōtradicit l.6.C.de exceptiōib. his uerbis:* Si pactum intercessit in exceptione, sine tēporis præfinitione de dolo replicare potes. *Altera exceptio est: Nisi nō numeratæ pecuniæ exceptio obijciatur: hæc enim biennio finitur. de qua re uide J.ca.1.quæst.4. Tertia exceptio est: Nisi naufragij exceptio obijciatur: nisi enim intra annū querela naufragij proponatur & probetur, posteà nō detur exceptio. Quæ exceptio approbatur l.2.C.de naufragijs, his uerbis:* Si quis nauicularius naufragiū se sustinuisse affirmet: prouinciæ iudicē, eius uidelicet in qua res agitur, adire festinet, ac probet apud eū testib. euētū, relatioq; etiā ad sublimissimā referatur præfecturā: ita ut intra anni spaciū ueritate reuelata, cōpetēs dispositio procedat. Quòd si per negligētiā præfinitū anni spaciū fortasse claudatur, superuacuas ferasq; interpellationes emenso anno placuit nō admitti. *Quarta exceptio est: Nisi post sentētiā latā exceptio obijciatur. De hac re uide s.quæst.prox.reg.3.*

## XI. QVOT EXCEPTIOnes obijciendæ?

*Pluribus exceptionib. quis uti nō prohibetur. Quæ regula approbatur l.8.ff. de exceptionib. his uerbis:* Nemo prohibetur plurib. exceptiōibus uti, quāuis diuersę sint. *Cōcordat l.5.ff.eod.tt.his uerbis:* Is qui dicit se iurasse, potest & alijs exceptionib. uti cū exceptione iurisiurandi, uel alijs solis: plurib. enim defensionib. uti permittitur. *Cōcordat itē l.43.in prin.ff.de reg. iuris, hisce uerbis:* Nemo ex ijs qui negāt se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi lex impediat.

## XII. EFFECTVS OPPOsitæ exceptionis.

I. Regula: *Nulla est actio, quæ per exceptionē remoueri potest. Quæ regula approbatur l.7.§.seruus. ibi: quasi nulla. ff. de dolo malo, his uerbis:* Nulla actio est, quæ exceptione repellitur. *Cōcordat l.112.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nō uidetur cœpisse, qui per exceptionē à petitiōe remouetur. *Concordat itē l. 66.ff.eod.tt.his uerbis:* Desinit debitor esse is qui nactus est exceptionē iustā, nec ab æquitate naturali abhorrētē. *Cōcordat item l.112.ff.eod.tt.his uerbis:* Nihil interest, ipso iure quis actionē nō habeat, an per exceptionē infirmetur. *Item cōcordat l.115. in fine.ff. eod.tt.cuius uerba uide J.lib.50.cap.5. in uerbo Capere, reg.5.*

II. Regula: *Qui exceptione utitur, non utiq; existimatur confiteri actoris intentionem. Hæc regula approbatur l.9.ff.de exceptionib. his uerbis:* Nō utiq; existimatur cōfiteri de intentione aduersarius cum quo agitur, qui exceptione utitur. *De hac re plura scripsi in libello meo De litis contestatione. Hactenus igitur de exceptionibus in genere satis sit dictum. Sequitur nunc de quibusdam exceptionibus in specie, & primùm quidem de exceptione doli mali.*

## *DE DOLI MALI EXceptione. Cap. II.*

PRimò: *Ratio huius exceptionis proponitur l.1. ff.de doli mali except. his uerbis:* Quo lucidius intelligi possit hæc exceptio: prius de causa uideamus, quare proposita sit: deinde quemadmodum dolo fiat. per quæ intelligemus, quando obstet exceptio: deinde, aduersus quas personas locum habeat: nouissimè inspiciemus, intra quæ tēpora competat exceptio. Ideo autem hanc exceptionē Prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatē prosit. Sed an dolo quid factum sit, ex facto intelligitur. Et quidē dolo fit tā in cōtractibus, quā in testamētis, & in legib. *Concordat l.2.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Palàm est, hāc exceptionē ex eadem causa pro-

propositam, ex qua causa proposita est de dolo malo actio.

II. CAVSAE EX QVIB. EXceptio proposita competit, cum suis exceptionibus.

I Causa: Ex omnib. in factũ exceptionib. doli oritur exceptio. Quæ causa generalis approbatur d.l.2.§.et generaliter. his uerbis: Generaliter sciẽdũ est, ex omnib. in factũ exceptionib. doli oriri exceptionẽ: qa dolo facit, quicũq; id quod quaqua exceptione elidi potest, petit. nã etsi inter initia nihil dolo malo fecit: attamẽ nũc petẽdo facit dolose: nisi talis sit ignorãtia in eo, ut dolo careat. Concordat l.12. ff. eod. tt. his uerbis: Qui æquitate defensionis infringere actionẽ potest, doli exceptione tutus est. Cõcordat itẽ l.36. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide §. lib.17. cap.1. exc.14. Huius causæ exceptio est: Nisi actor causam ignoret, cur non petere debeat. Quæ exceptio approbatur uerbis d.§.& generaliter, iam propositis hisce: Nisi talia sit ignorãtia in eo, ut dolo careat. Cõcordat l.317. in fine. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Nemo uidetur in dolo esse, q ignorat causam cur nõ debeat petere.

II. Causa: Si quis id petit, quod restituturus est. Hæc causa approbatur l.8. ff. de doli mali except. his uerbis: Dolo facit, q petit quod redditurus est. Sic si hæres damnatus sit nõ petere à debitore: potest uti exceptione doli mali debitor, & agere ex testamẽto. Concordat l.173. §. fin. ff. de reg. iuris, his uerbis: Dolo facit, qui petit quod redditurus est.

III. Causa: Si quis contra uoluntatẽ defuncti quid petat. Hæc causa approbatur l.4.§. præterea sciẽdũ. ff. de doli mali except. his uerbis: Sciendum est, si quis quid ex restamento contra uoluntatem petat: exceptione eum doli repelli solere. Et ideo hæres qui non habet uoluntatem, per exceptionem doli repellitur. Concordat l.8. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. causa prox. Huius exemplum proponitur l.17. §. cum. ff. eod. tt. his uerbis: Auus nepotibus ex filia legauit singulis centena, & adiecit hæc uerba: Ignoscite, nam potueram uobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater uester male accepisset, cui dederã mutua quindecim, quæ ab eo recipere nõ potui: postremò hostes, qui mihi ferè omnẽ substantiã abstulerũt. Quæsitũ est, an si aui hæres ab his nepotibus patris sui heredibus petat quindecim, cõtra uoluntatẽ defuncti facere uideatur, & doli mali exceptione submoueatur? Scæuola respõdit, exceptionẽ obstaturã. Planè huius causæ exceptio hæc est. Nisi iniusto uel rupto testamento existente, ab intestato petatur hereditas. Quæ exceptio approbatur l.13. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. lib.29. cap.7. exc.1. in prin. Sanè exceptio doli mali plures & uarias habet causas, quas singulas suis locis subieci.

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

I. Exceptio: Nisi parẽs aduersus liberos, uel patronus aduersus libertũ agat: hoc. n. casu except. doli objiciẽda nõ est. Quæ except. approbatur l.4.§. aduersus. ff. de doli mali except. his uerbis: Aduersus parẽtes patronosq; neq; doli exceptio, neq; alia quidem, quæ patroni parẽtisuè opinionẽ apud bonos mores suggillet, cõpetere potest. In factũ tamẽ erit excipiẽdũ: ut si fortè pecunia non numerata dicatur, objiciatur exceptio pecuniæ nõ numeratæ. Nihil autẽ interest, utrũ patronus ex suo cõtractu, an uerò alieno cõueniatur. Sẽper enim reuerẽtia ei exhibẽda est, tã uiuo q̃ defuncto. Si aũt cũ hærede liberti patronus agat: puto excipere debere de dolo patroni heredem liberti. Libertũ aũt de dolo patroni, etsi ab herede eius cõueniatur, minimè exceptionẽ obiecturũ: namq; cõuenit, tã uiuo q̃ mortuo patrono à liberto honorẽ exhiberi. In stipulatione planè doli clausula nõ erit detrahẽda: qa ex doli clausula nõ de dolo actio intẽditur, sed ex stipulatu. Cõcordat propositæ exceptioni l.7. in prin. ibi: nec exceptiones doli. ff. de obsequijs à liberis. cuius uerba uide §. lib.16. cap.1. quæst.5. reg.4. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est, q, quãuis doli exceptio nõ cõpetat, in factũ tamẽ exceptio nõ sit denegãda. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: In factũ tamẽ erit excipiendũ, &c. Altera replicatio est: Nisi nõ ex parentis uel patroni, sed ex alterius cõtractu excipiatur. Hæc replicatio reprobatur uerbis §. dictis hisce: Nihil aũt interest, &c. Tertia replicatio est: Nisi patrono mortuo, haredi eius ex dolo patroni exceptio objiciatur. Sed & hæc replicatio reprobatur ibidẽ, his uerbis: Tam uiuo q̃ defuncto. Item hisce: Libertũ aũt de dolo patroni, &c. Quarta replicatio est, quòd heredi parẽtis uel patroni exceptio doli nõ denegetur. Quæ replicatio approbatur uerbis §. dictis hisce: Si aũt cũ hærede liberti, &c. Quinta replicatio est: Nisi ex doli clausula in stipulatione excipiatur. Quæ replicatio approbatur uerbis §. propositis hisce: In stipulatione planè doli clausula non erit detrahenda, &c.

II. Exceptio: Nisi de dolo minoris, pupilli uel furiosi exceptio objiciatur. Hæc exceptio reprobatur l.4.§. quæ in tutore. ff. de doli mali except. his uerbis: De dolo minoris uigintiquinque annis exceptio utique locum habebit. nam & de pupilli dolo interdum excipiendum esse, nequaquam ambigendum est, ex ea scilicet ætate, quæ dolo non careat. Denique Iulianus quoque sæpissime scribit, doli pupillos qui prope pubertatem sunt, capaces esse. Quid enim si debitor ex delegatione pupilli pecuniam creditori eius soluar, fingentis se (inquit) pubescere? ne propter maliciæ ignorantiam his eandem pecuniam con-

am consequatur. Idem seruandum in furioso ait, si cum existimaretur compos mentis esse, iusserit debitorem creditori soluere: uel si quod exegit, domi habeat.

III. Exceptio: *Nisi uoluntas testatoris actori non refragetur. Hæc exceptio approbatur l. 19. in fine. ff. de reg. iuris. his uerbis:* Non solet exceptio doli nocere his quibus uoluntas testatoris non refragatur.

IIII. *Exceptio: Nisi nulli alij, quàm ei qui dolum commisit, is sit obfuturus. Hæc exceptio reprobatur l. 11. §. fin. ff. de doli mali except. his uerbis:* In uniuersum hæc in ea re regula sequenda est, ut dolus omnino puniatur, etsi non alicui, sed ipsi qui eum admisit, damnosus futurus erit.

V. Exceptio: *Nisi actio ex doli clausula competat. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. Labeo, etsi. ff. de doli mali except. his uerbis:* Labeo, etsi ex stipulatu actio competat propter doli clausulá: tamen nocare doli exceptionem ait, si aduersus ea quid factum erit. posse anim petitorem, antequam stipulatio committatur, nihil dolo malo fecisse: & tunc facare, cum petat, propter quod exceptionem esse necessariam.

VI. Exceptio: *Nisi reus quoq;, qui doli exceptione utitur, dolo fecerit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. Marcellus, hisuer his:* Marcellus ait, aduersus doli exceptionem non dari replicationem doli. Labeo quoq; in eadem opinione est. Ait enim, iniquum esse communam malitiam petitori quidem præmio esse: ei uerò cum quo agatur, pœnæ esse: cum longè æquius sit, ex eo quod perfidè gestum est, actorem nihil consequi. *Concordat l. cum par. 196. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ī. lib. 5. cap. 9. in prin. reg. 2.*

VII. Exceptio: *Nisi per actionem institutam consequenter alij adquiratur: ut dos mulieri. Hæc exceptio reprobatur in dicto exemplo d. l. 4. §. apud Iulianum, in fine. cuius uerba uide J. quæst. 4. reg. 1. exc. 7.*

## III. QVIBVS COMPEtit doli mali exceptio?

*De alio quàm aduersus quem dolus cōmissus est.*

*Etiam alij competit exceptio, quàm ei aduersus quem dolus est commissus. Quæ regula approbatur l. 2. §. planè ex personā ff. de doli mali except. his uerbis:* Ex persona eius qui exceptionem obijcit, in rē opponitur exceptio. Neq; enim quæritur aduersus quē dolus cō missus sit, sed an in ea re dolo malo factū sit à parte actoria.

## IIII. ADVERSVS QVOS exceptio proposita competit?

I. Regula: *Alij quàm qui dolum admisit, exceptio hæc non obstat. Quæ regula approbatur d. l. 2. §. 1. his uerbis:* Sequitur, ut uideamus in quibus caussis locum habeat exceptio, & quibus personis obijciatur. Et quidem illud adnotandum est, quòd specialiter exprimendū ast, de cuius dolo quis quæratur, non in rem: Si in ea re nihil dolo malo factū est. sed sic: Si in ea re nihil dolo malo actoris factum est. Igitur docere debet is qui obijcit exceptionem, dolo malo actoris factū: nec sufficit ei ostendere, in rem dolum esse. aut si alterius dicat dolo factum, eorum personas specialiter debebit enumerare: dūmodo hæ sint, quarum dolus noceat. *Concordat l. 4. §. metus caussa. ibi: etenim discat. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 37. cap. 3. except. 16. repl. 4. Concordat item l. 11. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. prox.*

*Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex dolo procuratoris actori exceptio obijciatur. Hæc exceptio reprobatur d. l. 11. in prin. his uerbis:* Si procurator agit, de dolo eius excipi nō debet: quia aliena lis est, isq; rei extraneus. neq; alianus dolus nocare alteri debet. *Planè admittitur exceptio proposita primùm quidē si post litē cōtestatā dolo quid fecerit procurator. Quæ distinctio approbatur d. l. 11. §. si post, his uerbis:* Si post litē contestatam dolo quid fecerit: an exceptio eo nomine in iudicium obijciēda sit, dubitari potest: quia litis cōtestatione res procuratoris sit, eamq; suo iam quodāmodo nomine exequitur? Et placet, de procuratoris dolo excipiēdū esse. Idē de tutore, qui pupilli nomine agit, dicēdū est. *Cōcordat l. 4. §. quæsitū est an. ibi: si uerò nō. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. distinct. prox. Deinde admittitur exceptio proposita, si in rē suā procurator datus sit. Quæ distinctio approbatur d. §. quæsitū, his uerbis:* Quæsitū est, an de procuratoris dolo, qui ad agēdū ī suū datus ast, excipi possit? & puto racte defendi, si quidē in rē suā procurator datus sit, etiā de præterito eius dolo, hoc est, si ante acceptū iudiciū dolo qd fecerit, esse excipiēdū: si uerò nō in rē suā, dolū præsentē in exceptionē cōferēdū. *Tertiò admittitur exceptio proposita, si uniuersalis procurator sit. Quæ distinctio approbatur d. §. quæsitū, his uerbis:* Si aūt is procurator sit, cui omniū rerū administratio concessa est: tūc de omni dolo eius excipi posse, Neratius scribit. *Quartò admittitur exceptio proposita in eo q iussu alterius est stipulatus. Quæ distinctio approbatur d. l. 4. §. mādati. cuius uerba uide J. exc. 6. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex dolo tutoris pupillo agēti exceptio obijciatur. Quæ exceptio approbatur, simul et distinguitur d. l. 4. §. illa etiā quæstio, his uerbis:* Illa etiā quæstio uentilata est apud plerosq;, an de dolo tutoris exceptio pupillo experienti nocere debeat? Et ego puto utilius, etsi per eas personas pupillo fauetur: tamē dicēdū esse, siue quis emerit à tutore rē pupilli, siue cōtractū sit cū eo in rē pupilli, si dolo qd tutor fecerit, & ex eo pupillus locupletior est factus: pupillo nocere debere. nec illud distinguendum esse, cautum sit ei, an & soluendo sit tutor, an non: dummodo tam administret.

unde enim diuinet is qui cum tutore contrahit? Planè si mihi proponas collusisse aliquem cum tutore: factum suum ei nocebit. Si quis non tutor, sed pro tutore negocia gerat: an dolus ipsius noceat pupillo, uideamus? & putem non nocere. Nam etsi is qui pro tutore negocia gerat, rem uendiderit, & usucapta sit: exceptio non nocet pupillo rem suam persequenti, etiamsi ei cautum sit: quia huic rerum pupilli administratio concessa non fuerit. Secundum hoc magis opinor de dolo tutoris exceptionem pupillo esse obijciendam. *Concordat l.11. §. si post. ibi: idem de. ff. eod. tt. cuius uerba uide ↄ. except. prox. distinct. 1. Tertia exceptio est: Nisi ex dolo curatoris ei cuius cura gesta est, exceptio obijciatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. quæ de tutore, his uerbis:* Quæ in tutore diximus, eadem in curatore quoq; furiosi dicenda erunt: sed & in prodigi, uel minoris uiginti quinque annis. *Quarta exceptio est: Nisi ex dolo auctoris successori exceptio obijciatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 4. §. auctoris, hisce uerbis:* Auctoris dolus emptori non obijcitur, sed hoc in emptore solo seruabimus: item in eo qui permutauerit, uel in solutum acceperit, item in similibus qui uicem emptorum obtinent. Cæterùm si noxæ deditus quis sit: Pomponius putat, passurum exceptionem, quam ille pateretur, qui noxæ dedit. Proinde ex quacunque alia caussa, quę propè lucratiuam habet adquisitionem, quæsisse quia uideatur: patietur exceptionem doli ex persona eius, in cuius locum successit. sufficit enim, si is qui precium dederit, uel uicem precij (cum sit bonę fidei emptor) ut non patiatur doli exceptionem ex persona auctoris, utique si ipse dolo caret. Cæterùm si ipse dolo non caret: peruenietur ad exceptionem doli, & patietur de dolo suo exceptionem. *Concordat d. l. 4. §. si quis autem, his uerbis:* Si quis ex causa legati uindicet, aut is cui ex causa donationis res præstita est, uindicet: an de dolo exceptionem patiatur ex causa eius, in cuius locum successerit? Et magis putat Pomponius submouendum: & ego puto exceptione eos esse repellendos, cum lucratiuam causam sint nacti. aliud enim est emere, aliud ex his causis succedere. *Item concordat l. 6. ff. de exceptionibus, his uerbis:* Si rem legatam petat legatarius, de dolo testatoris excipitur. Nam sicut hæres qui in uniuersum ius succedit, submouetur exceptione: ita & legatarius debet submoueri, quasi unius rei successor. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non ex lucratiua, sed onerosa caussa successor sit actor. Hæc replicatio approbatur uerbis d. §. auctoris, paulò superius propositis hisce:* Auctoris dolus emptori non obijcitur, &c. *Concordat l. 4. §. de auctoris. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ↄ. cap. prox. quæst. 8. reg. 1. except. 1. Huius exemplum proponitur d. l. 4. §. si cum legitima. cuius uerba uide ↄ. lib. 29. cap. 13. except. 14. repl. 8. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi successor utatur accessione sui auctoris. Quæ replicatio approbatur d. §. de auctoris. Altera duplicatio est: Nisi res à successore ad auctorem sit reuersura. Quæ duplicatio approbatur d. l. 4. §. idem tractat, his uerbis:* Pomponius idem tractat & in eo qui pignori acceperit, si Seruiana uel hypothecaria actione experiatur: nam & hunc putat Pomponius submouendum: quia res ad eum qui dolo fecerit, reuersura est. *Tertia duplicatio est: Nisi & ipse successor dolo fecerit. Quæ duplicatio approbatur d. §. auctoris, in fine. Quinta exceptio est: Nisi ex dolo delegantis ei cui delegatus reus est, exceptio obijciatur. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. item quæritur. ff. de doli mali except. his uerbis:* Quæritur, si debitor meus te circumuenerit, teque mihi reum dederit, egoq; abs te stipulatus fuero, deinde petam: an doli mali exceptio mihi obstet? & magis est, ut nō tibi permittatur de dolo debitoris mei aduersus me excipere, cum non ego te circūuenerim: aduersus ipsum autem debitorē meum poteris experiri. Sed etsi mulier post admissum dolum debitorem suum marito in dotem delegauerit: item probādum erit, de dolo mulieris non esse permittendum excipere, ne indotata fiat. *Concordat l. 5. §. si eum qui. ff. eod. tt. cuius uerba uide ↄ. cap. 14. quæst. 3. reg. 8. Sexta exceptio est: Nisi ex dolo eius cuius mandatu stipulatio facta est, stipulatori exceptio obijciatur. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. mandaui. ff. de doli mali except. his uerbis:* Mandaui Titio, ut à te stipularetur, deinde Titius Seio, & stipulatus à te Seius est, & iudicium edidit: ait Labeo, excipiendū esse tam de meo quàm de Seij dolo. *Septima exceptio est: Nisi ex dolo eius cui per eam actionem adquiritur, agenti exceptio obijciatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. in hac exceptione. ibi: & de eorum. cuius uerba uide ↄ. except. prox. Huius exemplum proponitur d. l. 4. §. apud Iulianum, his uerbis:* Apud Iulianum quæsitum est, si hæres soceri à quo dos peteretur, exciperet de dolo mariti & mulieris, cui pecunia quæreretur: an obstatura esset exceptio ex persona mulieris? Et ait Iulianus, si maritus ex promissione dotis ab hærede soceri petat, & hæres excipiat de filiæ dolo, cui ea pecunia adquireretur: exceptionem obstare. dos enim quā maritus ab hærede soceri petit, intelligitur (inquit) filię adquiri, cū

pet

per hoc dotem sit habitura. Illud non explicat Iulianus, an de dolo mariti excipi possit? puto autem eum hoc sentire, ut etiam de dolo mariti exceptio noceat: licet uideatur nulla dos filiæ (ut ait) adquiri. *Octaua exceptio est: Nisi ex dolo filij uel serui, patri uel domino agenti exceptio obijciatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l. 4. §. in hac exceptione. his uerbis:* In hac exceptioue & de dolo serui, uel alterius personæ iuri nostro subiectæ excipere possumus, & de eorũ dolo quibus adquiritur. Sed & de seruorum & filiorum dolo, siquidem ex peculiari eorum negocio actio intendatur: in infinitum exceptio obijcienda est. Si autem non ex peculiari causa: tunc de eo duntaxat excipi oportet, quia admissus sit in ipso negocio quod geritur, non etiam si postea aliquis dolus interuenisset. neq; enim est æquum, serui dolum amplius domino nocere, quàm in quo opera eius esset usus. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex dolo post negotium gestum admisso excipiatur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Si autẽ nõ ex peculiari causa: tũc de eo dũtaxat, &c. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi ex causa peculiari agatur. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Siquidem ex peculiari, &c. *Altera duplicatio est: Nisi ex dolo actoris pecunijs exigendis præpositi excipiatur. Hæc duplicatio approbatur l. 5. §. actoris. ff. de doli mali except. his uerbis:* Actoris qui exigendis pecunijs præpositus est, etiam posterior dolus domino nocet.

II. *Regula: Parentibus & patronis exceptio proposita obijcienda nõ est. de qua re uide ī. quæst. 2. except. gener. 1.*

V. QVAMDIV COMPETIT EXCEPTIO DOLI?

*Perpetua est exceptio. Quæ regula approbatur d. l. 5. §. fin. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæst. 10. Plura huc pertinentia uide d. quæst. 10.*

VI. ADIVNCTA HVIVS EXCEPTIONIS.

*Cuius dolo factum sit, in hac exceptione designandum est. Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt ī quæst. 4. reg. 1. in prin.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

I. *Regula, De exceptione in factum. proponitur l. 2. §. & generaliter. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ī. quæst. 2. causa 1. Concordat l. 4. §. aduersus parentes. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. quæst. 2. except. gener. 1. Concordat item d. l. 4. §. si à Titio. cuius uerba uide ī. lib. 21. cap. 3. quæst. 3. reg. 1. except. 1. repl. 1.*

II. *Regula, De condictione, ut liberetur. proponitur l. 7. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ī. lib. 38. cap. 4. except. 26. Concordat l. 8. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. quæst. 2. caussa 2. Concordant item ea quæ proponuntur J. cap. 14. quæst. 3. reg. 8. Hæc de doli mali exceptione. De metus exceptione dictũ ī. lib. 37. cap. 3. except. 16. Nunc de erroris & ignorantiæ exceptione dicendum.*

## *DE IGNORANTIAE exceptione. Cap. III.*

I. CAVSA EX QVA EXCEPTIO PROPOSITA COMPETIT?

S*I quid errore et ignorantia gestum est, exceptio proposita competit. Quæ regula approbatur exemplo l. 5. C. de iuris & facti ignor. his uerbis:* Cùm falsa demonstratione mutari substantia ueritatis minimè possit: respondendo id quod paternũ erat, ex maternis esse bonis: nihil egisti. *Similia exempla uide ī. lib. 7. cap. 5. de confessis, quæst. 1. except. 8. item ī. lib. 36. cap. 3. except. 14. repl. 1. item lib. 37. cap. 3. except. 15. Sed & approbatur regula proposita ī. lib. 37. cap. 3. except. 15. Planè eius exceptiones hæ sunt.*

I. *Exceptio: Nisi iuris, nõ facti fuerit ignorãtia. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de iuris & facti ignor. his uerbis:* In omni parti error in iure non eodẽ loco, quo facti ignorautia, haberi debebit: cum ius finitum esse & possit & debeat, facti interpretatio plerunq; etiam prudentissimos fallat. *Concordat l. 9. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Regula est, iuris quidem ignorantiam cuique nocere, facti uerò ignorãtiam uon nocere. *Concordat item d. l. 9. §. sed & Imperatores. ibi: quòd si ideo. cuius uerba uide ī. lib. 11. cap. 7. repl. 4. dupl. 1. Declaratur exceptio proposita exemplis l. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Ignorantia uel iuris uel facti est. nam si quis nesciat decessisse eum, cuius bonorum possessio defertur: non cedit ei tempus. Sed si sciat quidem defunctum esse cognatum, nesciat autem ptoximitatis nomine bonorum possessionem sibi deferri: aut se sciat scriptum hæredem, nesciat autẽ quòd scriptis hæredibus bonorum possessionem prætor promittat: cedit ei tempus. quia in iure errat. Idem et si frater cousanguineus defuncti credat matrem potiorem esse. Si quis nesciat se cognatum esse: interdum in iure, interdum in facto errat. Nam si & liberum se esse, & ex quibus natus sit, sciat, iura autem cognationis habere nesciat: in iure errat. at si fortè expositus, quorum parẽtum sit ignoret, fortasse & seruiat alicui, putans se seruũ esse: in facto magis quàm in iure errat. Item si quis sciat alij quidem bonorum possessionem delatam esse, nesciat autem ei tempus præterijsse bonorũ possessionis: in facto errat. Idem est, et si putet eum bonorum possessionem accepisse. Sed si sciat eum non petijsse, tempusq; ei præterijsse, iguoret autem sibi ex successorio

sotio capite bonorum possessionem cõpetere: cedet ei tempus: quia in iure errat. Idem dicemus, si ex asse hęres institutus nõ putet se bonorũ possessionem petere posse ante apertas tabulas. quòd si nesciat esse tabulas, in facto errat. *Concordat l. 10. ff. de bonor. possessionib. cuius uerba uide ĩ. li. 29. cap. 15. exc. 12. repl. 7. dupl. 1. Item concordat l. 1. C. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Si emancipata à patre intra annum possessionem petere cessasti, p̃tendere iuris ignorantiam nullis rationibus potes. *Concordat item l. 2. C. eod tt. bis uerbis:* Cùm ignorantia iuris excusari facilè non posis: si maior annis uigintiquinq; hæreditati matris tuæ renunciasti, sera prece subueniri tibi desideras. *Concordat item l. 12. C. eod. tt. bis uerbis:* Constitutiones principum nec ignorare quenquam, nec dissimulare permittimus. *Côncordat item l. 9. in prin. C. de legibus, bis uerbis:* Leges sacratissimæ, quæ constringunt omnium uitas, intelligi ab omnibus debent: ut uniuersi, præscripto earum manifestius cognito, uel inhibita declinent, uel permissa sectentur. *Concordat itẽ l. 11. §. notatur etiam ff. de his qui notan. inf. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 14. quæst. 1. caussa 13. exc. 1. repl. 1.*

*Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi minor uigintiquinq; annis ius ignorauerit: huic enim nihilominus exceptio proposita competit. Quæ replicatio approbatur l. 9. in prin. ff. de iuris ignor. bis uerbis:* Minoribus uigintiquinq; annis ius ignorare permissum est: quod & fœminis in quibusdam propter sexus infirmitatem datur. Et ideo sicubi nõ est delictũ, sed iuris ignorãtia, nõ lęduntur. Hac ratione, si minor uigintiquinque annis filiofamiliâs crediderit: subuenitur ei, ut nõ uideatur filiofamiliâs credidisse. *Cõcordat l. 10. ff. eod. tt. bis uerbis:* Impuberes sine tutore agentes nihil posse de facto uel de iure scire intelliguntur. *Altera replicatio est: Nisi fœmina ius ignorauerit. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 9. iam propositis hisce:* Quod & fœminis in quibusdam propter sexus infirmitatem datur. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi fœmina de lucro captando, nõ de damno uitando agat. Hæc duplicatio approbatur l. 8. ff. d. tt. bis uerbis:* Iuris error nec fœminis in compẽdijs prodest. *Concordat l. 110 ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ĩ lib. 45. cap. 6. quæst. 3. except. 14. Itẽ concordat l. ult. C. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Ne passim liceat mulieribus omnes suos contractus retractare in ijs q̃ prætermiserint uel ignorauerint: statuimus, si p ignorãtiã iuris damnum aliquod circa ius uel substantiam suam patiantur: in ijs tantùm casibus, in quibus præteritarũ legũ authoritas eis suffragatur, subueniri. *Huius duplicatio bis triplicatio hæc est: Nisi fœmina etiã minor fuerit uigintiquinq; annis. Hæc triplicatio approbatur l. 11. C. d. tt. bis uerbis:* Quamuis in lucro nec fœminis ius ignorantibus subueniri soleat: tamen contra ætatem adhuc imperfectam locum hæc non habere, retrò principum statuta declarant. *Tertia replicatio est: Nisi miles ius ignorasse dicatur. Hæc replicatio approbatur l. 1. C. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Quamuis cum causam tuam ageres, ignorantia iuris propter simplicitatem armatæ militię allegationes competentes omiseris, tamen si nondum satisfecisti, permitto tibi, si cœperis ex sententia conueniri, defensionibus tuis uti. *Concordat l. 9. §. si filius fam. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si filiusfamiliâs miles à commilitone hæres institutus, nesciat sibi etiã sine patre licere adire: p cõstitutiones principales ius ignorare potest. Et ideo dies ei aditionis non cedit. *Quarta replicatio est: Nisi tale ius ignorauit quis, quod neque per se scire potuit, neque ex iurisconsultis, quorum non habuit copiam, cognoscere. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. sed iuris. ff. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Iuris ignorantiam non prodesse, Labeo ita accipiendum existimat, si iurisconsulti copiam habeat, uel sua prudentia instructus sit: ut cui facile sit scire, ei detrimento sit iuris ignorantia. quod rarò accipiendum est. *Concordat l. 10. in fine ff. de bonor. possess. cuius uerba uide ĩ. lib. 28. cap. 15 except. 12. repl. 7. dupl. 1. Quinta replicatio est: Nisi propter iuris ignorantiam quis damnum passurus sit, nõ lucrum amissurus. Hæc replicatio approbatur l. 7. ff. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Iuris ignorantia non prodest adquirere uolentibus, suum uerò petentibus non nocet. *Concordat l. 8. ff. eod. tt. bis uerbis:* Error facti ne maribus quidem in damnis uel compendijs obest: iuris autem error nec fœminis in cõpendijs prodest. Cæterùm omnibus iuris error in damnis amittendæ rei suæ non nocet. *Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sunt dicta.*

II. Exceptio: *Nisi supina fuerit ignorantia, & hominis nimium securi. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Nec supina ignorantia ferenda est factum ignorantis, nec scrupulosa inquisitio exigenda. Scientia enim hoc modo ęstimanda est, ut neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. *Concordat l. 3. ff. eod. tt. bis uerbis:* Plurimum interest, utrum quis de alterius caussa & facto non sciat, an de iure suo ignoret. Sed Cassius ignorantiam Sabinum ita accipiendam existimasse refert, non deperditi & nimium securi hominis. *Concordat item l. 9. §. sed facti. ff. eod. tt. bis uerbis:* Facti ignorantia ita demum

cuique non nocet, si non ei summa negligentia objiciatur. Quid enim si omnes in ciuitate sciant, quod ille solus ignorat? Et rectè Labeo definit, scientiam neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipiendam: uerùm eius qui eam rem diligenter inquirendo notam habere possit. *Concordat item d.l.9.§.sed & Imperatores. ibi: quòd si ideo. cuius uerba uide 3.lib.31.cap.7.repl.4.dupl.1.*

III. *Exceptio: Nisi quis proprium factum ignorauerit. Hæc exceptio approbatur l.3.ff. de iuris & facti ignor. cuius uerba uide 3. repl. prox. in prin.*

IIII. *Exceptio: Nisi quis conditionem eius cum quo contrahit, ignoret. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.19.ff. de reg.iuris, bisce uerbis:* Qui cum alio contrahit, uel est uel debet esse non ignarus conditionis eius. hæredi autem hoc imputari non potest: cum non spontè cum legatarijs contrahat.

V. *Exceptio: Nisi quis, cum non rectè actionem instituisset, eo nomine conuentus ignorantiam prætendat. Hæc exceptio approbatur l. 42. ff. de reg.iuris, bisce uerbis:* Qui in alterius locum succedunt, iustam habent causam ignorantiæ, an id quod peteretur, deberetur. Fideiussores quoque non minus quàm hæredes, iustam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt, si cum eo agitur, non etiam si agat. nam planè qui agit, certus esse debet: cum sit in potestate eius, quando uelit experiri: & antè debet rem diligēter explorare, & tūc ad agendum procedere.

VI. *Exceptio: Nisi de lucro ignorantis agatur. Hæc exceptio reprobatur l.8.ibi: uel compendijs. ff. de iuris & facti ignor. cuius uerba uide 3.repl.1. dupl.2.tripl.1.*

VII. *Exceptio: Nisi alius sciuerit. Hæc exceptio reprobatur l 5.ff.d.tt.bis uerbis:* Iniquissimum uidetur, cuiquam scientiam alterius, quàm suam, nocere: uel ignorantiam alterius prodesse. *Huius exemplum proponitur 3.lib.22.cap.2.except.12.repl.1. Planè casus qui bus exceptio proposita admittitur, uide d. except.12. in prin. item d. repl.1. dupl.1. cum sequentibus: item d.cap.2.except.11.repl.6 & 7.*

VIII. *Exceptio: Nisi lis decisa sit, & negocium finitum. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. de iuris & facti ignor. bis uerbis:* Error facti nec dum finito negocio nemini nocet: nam caussa decisa uelamento tali non instauratur.

## II. QVIBVS EXCEPTIO proposita competit?

*Alij quàm ignorāti exceptio ignorātiæ non cōpetit. Quæ regula approbatur l. 5. in fine. ff. de iuris & facti ignor. cuius uerba uide paulo superius except.7. Huius exemplum, sed & exceptio proponitur 3.lib.22.cap.2.except.11.repl.5. Hæc de exceptione erroris & ignorantiæ: de qua plura uide 3. lib.37.cap.3.except.15.*

## DE NON NVMERATA pecuniæ exceptione. Cap. IIII.

## I. CAVSA EX QVA COMpetit exceptio proposita?

*Si quis cauisset se accepisse quod non acceperit: conuentus ex sua cautione, exceptione proposita non numeratæ pecuniæ defenditur. Quæ regula approbatur Inst. de exceptionib. §.idem iuris, bis uer bis* Si quis quasi credendi caussa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numeraue rit: eam pecuniam à te petere posse eum, certum est: dare enim te oportet, cum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non numeratæ te defendi debere, cuius tempora nos (secundum quod iam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coartauimus. *Ait Imp.* Cuius tempora, &c. *de hac re uide 3. quæst.4. Concordat l.3.C. de non numerata pecunia, bis uerbis:* Si ex cautione tua, licet hypotheca data, conueniri cœperis: exceptione opposita seu doli, seu non numeratæ pecuniæ, compellitur petitor probare pecuniam tibi esse numeratam: quo non impleto, absolutio sequetur. *Concordat item l.2. §. si quis sine causa. ibi: proinde etsi.ff.de doli mali except.cuius uerba uide 3.lib.37.cap.3.except.13. Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi præstito iureiurando reus debitum cauit. Hæc exceptio reprobatur l.ult.C.d.tt.bis uerbis:* Indubitati iuris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere in talibus nominibus, uel fœneratitijs uel alijs cautionibus, quæ etiam sacramenti habent mentionem. Quæ enim differentia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurandum positum est, siue non, tam in fœneratitijs, quàm in alijs instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt?

II. *Exceptio: Nisi depositi actione agatur: huic enim cauti depositi non dati exceptio obijci non potest. Quæ exceptio approbatur l.14.§.sed quoniam. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide 3. lib. 7. cap. 5. quæst. 8. specie 1. except. 5. repl. 5.*

III. *Exceptio: Nisi argentarijs cautum sit. Hæc exceptio approbatur* Nouell. *c. 136. §. insuper de hoc, bis uerbis:* De hoc nos argentarij instruxerunt, quòd hi qui cum ipsis contrahunt,

cum

cum instrumenta contractus & ratiocinia conficiunt, partim publicè ea in foro componunt, partim ipsi propria manu conscribunt, partim ab alijs conscriptis subscribunt: petieruntque, ut si quid eius generis conscribant ij qui cum ipsis contrahũt, teneantur obnoxij, & ipsis satisfaciant, neque possint hoc in usum assumere, & dicere, quòd tametsi instrumenta, siue confessiones, siue ratiocinia omnia manu sua conscripserint, aut alijs scribentibus his subsignarint, aurum tamen quod in ijs comprehenditur, datum non sit: & ut exinde hypothecas habeant, & besses usuras, quamuis scriptæ nõ sint, tamen percipiant. Nos itaque, quoniam eiusmodi communia ac publica sunt, & maiore consideratione indigent, respondemus ad hæc, uti conueniens est. Etquidem si quis publicum instrumentum confecerit, aut totum propria manu conscripserit, aut etiam instrumentis uel ratiocinijs ab alijs conscriptis subscripserit: ut omnibus modis tam ipse quàm hæredes eius personalibus scilicet actionibus teneantur obnoxij, sancimus. Neque enim temerè hypothecam dederimus his qui de ea pactum non fecerint: nisi omnino in scriptura eorum quæ in bonis sint, comprobetur facta esse mẽtio, aut ipsi bona sua pignori opposuerint, aut saltem hoc simpliciter adiecerint, periculo eorum quæ in bonis habeant, aut denique aliquid prolocuti fuerint, aut conscripserint eiusmodi, quod intellectum quẽdam hypothecæ adferat. tunc enim ipsis etiam hypothecam præbemus, ut neque legum nostrarum in uniuersum naturam perturbemus, neque ipsos tolerabili defraudemus auxilio. Vsuræ sanè, siquidem certas pepigerint, pactæ præstentur. si uerò duntaxat scriptum fuit, quòd fœneraticium creditum extiterit: nequeant contrahẽtes dicere, quòd ex quo usuræ finitæ non sunt, propterea & debitum sterile haberi debeat: sed ex præsumptione ita celebretur exactio, quasi besses usuræ expressis uerbis nominatæ sint. atque hoc quidem decæterò obseruetur. In ratiocinijs uerò quæ iam confecta sunt, etsi nulla usurarũ habita sit mentio, tamen quis manifestarium est, quòd apud argentariæ mensæ præpositum solummodo contractus sub usuris ineatur, cũ non possit quis ipse usuras dependit, sine usuris dare impendia: liceat ipsis besses usuras expetere: ut tamen decæterò obseruentes quæ præsens ipsis sacra lex largitur. In illo utiq; casu nimis quàm ipsis opem ferimus, ut si ratiocinia proferantur, quæ expressè quanque caussam habeant adscriptam, in quam aurum datum est, atque hic ratiocinijs ipsis subscripserit, etsi singulas in ipsis caussas propria manu non scripserit, aut etiam confessionem de hoc aliquam siue sub specie mutui, siue ex acceptilatione, siue etiam aliter non cõfecerit: nequeat amplius ab eo qui hoc fecit, singularum caussarũ particulatim probationes exigere: nisi fortè ex abũdãti uelit uel ipsi, uel creditoris hæredibus iusiurandum deferre: hoc enim solum ei concedimus, intra tamen ea tempora, quæ exceptione non solutæ pecuniæ attributa sunt. Nam si id quoque tempus præterire contigerit, neque iureiurando ipsos grauamus id quod etiam in generalibus legibus descripsimus. quanquam ne hoc quidẽ ex usu erat. nam eum qui propria manu uel scripsit uel tradidit ratiocinia, quomodo iustum fuerit putare ita dissolutum extitisse, ut quæ data non essent, pro datis scriberet? Quæ igitur nobis placuerunt, &c. *Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi argentarius delato iureiurando iurare nolit pecuniam numeratam esse. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi fortè ex abundanti uelit uel ipsi, uel creditoris hæredibus, &c.

IIII. Exceptio: *Nisi alia iusta causa debiti, de quo chirographũ conscriptum est, præcesserit. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de non numerata pecunia, his uerbis:* Aduersus petitiones aduersarij si quid iuris habes, uti eo potes. Ignorare autem non debes, non numeratæ pecuniæ exceptionem ibi locum habere, ubi quasi credita pecunia petitur. cum autem ex præcedente causa debiti in chirographum quantitas redigitur: non requiritur an tunc, cum cauebatur, numerata sit: sed an iusta causa debiti præcesserit.

V. Exceptio: *Nisi transactionis caussa cautum sit. Hæc exceptio approbatur l. 11. C. d. tt. his uerbis:* Si transactionis caussa dare Palladio pecuniam stipulanti spopondisti, exceptione non numeratæ pecuniæ defendi non potes.

VI. Exceptio: *Nisi intra biennium post emissam cautionem querela non numeratæ pecuniæ mota non sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponantur 3. quæst. 4.*

VII. Exceptio: *Nisi actor quædam ex cautione soluit. Hæc exceptio ap̃probatur l. 4. C. d. tt. his uerbis:* Cum fidem cautionis agnoscens, etiam solutionem portionis debiti uel usurarum feceris: intelligis de non numerata pecunia nimium tardè querelam te deferre.

VIII. Exceptio: *Nisi eadem exceptio non*

*numeratæ pecuniæ antea sit opposita, sed frustra. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi ab alio antea sit opposita. Quæ replicatio approbatur exemplo l.15. ibi: ita tamen. C. d.tt. cuius uerba uide* J. *quæst. prox. reg.1.*

I X. Exceptio: *Nisi numerata sit pecunia. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio prima hæc est: Nisi non tantum, quantum cautum est, sit numeratum. Hæc replicatio approbatur l.2. C. de non numerata pecunia, his uerbis:* Minorem pecuniam te accepisse, & maiorem cautionem interposuisse, si apud eum qui super ea recogniturus est, constiterit: nihil ultrà quàm accepisti, cum usuris in stipulatum deductis restituere te iubebit. *Concordat l. 9. C. eod. tt. his uerbis:* Cum ultra hoc quod accepit, re obligari neminem posse constet: etsi stipulatione interposita, placita creditor nō dederit: in factum esse dandam exceptionē conuenit, si necdū tempus, intra quod huius rei querela deferri debet, transijt. uel si intra hoc testando iuri paritum sit. nihil ultra hoc quod accepisti, sortis à te nomine Rector prouinciæ exigi patietur. *Altera replicatio est: Nisi alij quàm reo conuento sit numerata pecunia. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi reus conuentus susceperit obligationem eius cui numeratio est facta. Hæc duplicatio approbatur* J. *except. prox.*

X. Exceptio: *Nisi alij facta solutio siue numeratio reum conuentum obliget. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 6. C. de non numerata pecunia, his uerbis:* Frustra opinaris exceptione non numeratæ pecuniæ te esse munitum, quando (ut fateris) in eius uicem qui erat obligatus, substitueris te debitorem. *Aliud exemplum proponitur l. 4. C. de duobus reis stipulandi. cuius uerba uide* ī. *lib.38. cap.12. reg.2. except.17. Hæc de causa propositæ exceptionis, nec non eius caussæ exceptionibus sunt dicta. Sed et plures huiusmodi exceptiones uide* ī. *lib.7. cap.3. quæst.8. specie 1. except.1.*

## II. QVIBVS COMPETIT exceptio non numeratæ pecuniæ?

I. Regula, *De successoribus, proponitur l.8. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide* J. *quæst. 4. except.2.*

I I. Regula, *De fideiussore & mandatore, proponitur l.12. C. eod. tt. his uerbis:* Tam mandatori quàm fideiussori non numeratæ pecuniæ exceptio exemplo rei principalis competit.

I I I. Regula, *De creditoribus eius cui hæc exceptio competit, proponitur l.13. C. d. tt. his uerbis:* Si cui non numeratæ pecuniæ competere posit exceptio: etiam eo supersedente tali auxilio uti, uel præsente uel absente, creditores eius (siue ipsi conueniantur, utpote res eius detinentes, ab ijs q debita eius exigunt, cui competit huiusmodi exceptio uel dotis uel alterius caussæ nomine: siue contra alios posidentes aliquam actionem ipsi moueant) posint in examinandis negocijs suis aduersarijs eandem non numeratæ pecuniæ exceptionem opponere: nec eo prohibeantur, quòd principalis debitor ea nunquam usus sit. ita tamen, ut neque principali debitori, neque fideiussori eius aliquod præiudicium generetur, si is qui eam exceptionem exposuerit, uictus fuerit: sed posint illi postea, si conueniantur, intra statuta scilicet tempora, ea se exceptione tueri.

## III. ADVERSVS QVOS competit exceptio proposita?

*Etiam aduersus successores competit. Quæ regula approbatur l.8. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide* J. *quæst. prox. except.2.*

## IIII. QVAMDIV COMPETIT exceptio proposita?

*Intra biennium post emissam cautionem competit, ultrà non. Quæ regula approbatur l. 14. in prin. C. de non numerata pecunia. his uerbis:* In contractibus, in quibus pecuniæ uel aliæ res numeratæ uel datæ esse conscribuntur, non intra quinquennium, quod antea cōstitutum erat, non numeratæ pecuniæ exceptionem obijcere posit, qui accepisse pecunias uel alias res scriptus sit, uel successor eius: sed intra solum biennium continuum, ut eo elapso nullo modo querela non numeratæ pecuniæ introduci posit: his scilicet qui propter aliquas causas, specialiter legibus expressas, etiam lapso quinquennio in præteritis temporibus adiuuantur, etiam in posterum, licet biennium pro quinquennio statutum est, eodem auxilio potituris. *Concordat l.9. C. eod. tt. cuius uerba uide* ī. *quæst.1. except. 9. repl.1. Item cōcordat l.10. C. eod. tt. cuius uerba uide* ī. *lib.7. cap.2. quæst.2. reg.1. except. 2. Item concordat Inst. de literarum obligat. cuius uerba uide* ī. *lib.36. cap.2. diuis.4. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui hac exceptione utitur, cum agendi facultatem nō haberet, protestationem seu querelam de non numerata sibi pecunia intra biennium interposuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 14. §. fin. his uerbis:* In omni tempore quod memoratæ exceptioni taxatum est, ei licebit cui talis exceptio competit, uel denunciationibus scripto missis querelam non numeratæ pecuniæ manifestare ei qui numerasse eam, uel alias res dedisse instrumento scriptus est. uel si

abesse

abesse eũ his locis, in quib. cõtractus factus est, contigerit: in hac quidem alma urbe apud quemlibet ordinarium iudicem, in prouincijs uerò apud uiros clarissimos, rectores earum uel defensores locorum, eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere. Sed si præsens quidem sit qui peconias numerasse, uel alias res dedisse scriptus est, aliquam uerò administrationem in hac alma urbe uel in prouincijs gerat, ut difficile esse uideatur denunciationem ei mittere: licentiam damus ei qui memorata exceptiõe uti uelit, alios iudices adire uel in hac alma urbe, uel in prouincijs, & per eos ei manifestare, cui exceptionem huiusmodi obijcit, factam à se super non numerata pecunia querelam esse. Quòd si in prouincijs uel non sit alius administrator ciuilis uel militaris, uel per aliquam causam difficile sit ei qui memoratam querelam opponit, adire eum, & quæ dicta sunt, facere: licentiam ei damus, per uirum reuerendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, & ità tẽpus statutum interrumpere. Quæ etiam in exceptione non numeratę dotis locum habere certum est. *Concordat l.18. C. de episcopali audientia, ijsdem uerbis quæ iam proposita sunt, hisce nimirum:* Si præsens sit qui pecuniam numerasse, uel alias res dedisse scriptus est, &c. *Concordat item l.9. in fine. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide s. quæst. 1. exc. 9. repl. 1. Item concordat l.4. C. de condict. ex lege. cuius uerba uide j. lib. prox. cap. 10. quæst. 1. causa 2. Altera propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi is cui exceptio proposita competit, intra biennium decesserit, uel hæredem pupillum reliquerit. Hæc exceptio reprobatur l.8. C. de non numerata pecunia, his uerbis:* Si intra legibus definitum tempus, qui cautionem exposuit, nulla querimonia usus, defunctus est: residuum tempus eius hæres habebit tam aduersus creditorẽ, quàm aduersus eius hæredem. Sin autem questus est, exceptio non numeratæ pecuniæ hæredi & aduersus hæredem eius perpetuò competit. Sin uerò legitimum tempus excessit, in querimoniam creditore minimè deducto, omnimodo hæres eius, etiamsi pupillus sit, debitum soluere compellitur. *Tertia exceptio est: Nisi non numeratæ dotis exceptio à marito obijciatur: tunc enim non nisi decẽnalis præscriptio obstat. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur Nouell. c. 100. cuius uerba uide s. lib. 15. cap. 6. except. 22. repl. 1. Quarta exceptio uidetur: Nisi is qui exceptionem biennalem obijcit, delato iureiurando iurare nolit pecuniam numeratam esse. Hæc exceptio reprobatur l. 14. §. illo uidelicet. C. de non numerata pecunia. cuius uerba uide s. lib. 7. cap. 6. quæst. 2. except. 4. Concordat Nouell. c. 136. §. in illo utique. ibi. nam si id quoq;. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 3.*

### V. ADIVNCTA, SEV DE probatione.

*In exceptione non numeratæ pecuniæ probatio affirmanti, non neganti incumbit. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s. lib. 7. cap. 2. quæst. 2. reg. 1. exceptione 1. repl. 2.*

### VI. EVENTVS.

*Si reus conuictus fuerit numeratam esse pecuniam, in duplum tenetur. Quæ regula approbatur Nouell. c. 18. §. studium uerò. cuius uerba uide d. cap. 2. quæst. 5. reg. 1.*

### VII. ADFINIA REmedia.

I. *Regula, De condictione indebiti, proponitur l.7. C. de non numerata pecunia, his uerbis:* Si quasi accepturi mutuã pecuniam aduersario cauistis, quæ numerata non est: per condictionem obligationem repetere, etsi actor non petat, uel exceptione non numeratæ pecuniæ aduersus agentem uti potestis. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi pignore cautum sit: hoc enim casu pignus non condictione, sed in rem actione repetitur. Quæ exceptio approbatur l.1. C. d. tt. his uerbis:* Si pecuniam tibi non esse numeratam, atque ideo frustra cautionem emissam adseris, & pignus datum probaturus es: in rem experiri potes. Nam intentio dati pignoris neque numeratæ pecuniæ non aliter tenebit, quàm si de fide debiti constiterit. eademque ratione ueritas seruetur, si te possidente pignus, aduersarius tuus agere cœperit. *Concordat l.1. C. si pignoris conuentionem numerata pecunia secuta non sit. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 4. causa 15.*

II. *Regula, De doli exceptione, proponitur l. 3. C. de nõ numerata pecunia. cuius uerba uide s. hoc cap. in prin.*

III. *Regula, De exceptione in factum, proponitur l.9. C. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. 1. except. 9. repl. 1.*

## *DE LIBERATIONIbus in genere. Cap. V.*

*Duplices sunt exceptiones: aliæ siquidem sumũtur ex ijs quæ causæ ex qua agitur, insunt: aliæ uerò sumuntur ex ijs quæ causam agendi sunt secuta. Prioris generis sunt exceptiones desumptæ ex personis contrahentium uel delinquentium, ex re, ex causa, ex loco, ex tempore, ex antecedentibus & adiunctis. &c. de quibus singulis suprà in singulis con-*

*tractibus & delictis, adeoq; in singulis actionum cau sis actum est. Posterioris generis exceptiones libera tiones dicuntur, quando uidelicet ab initio utiliter quidem contracta est obligatio, sed ex pòst facto infirmatur, solutione puta, acceptilatione, nouatione, aut alio aliquo modo: quarum quasdam suprà etiam suis locis exposuimus: restant tamen ex ijs generaliores, quas deinceps in hoc libro proponemus, quibusdam tamen omnium communibus præmissis.*

I. *Definitio liberationis proponitur l.47.ff. de uerb. signif. his uerbis:* Liberationis uerbum eandem uim habet quam Solutionis. *Solutionis uocabulum hic accipe non solùm pro numeratione pecuniæ, sed pro omni modo, quo tollitur obligatio: quemadmodum l.54.ff.de solutionibus, his uerbis:* Solutionis uerbum pertinet ad omnem liberationem, quoquo modo factam: magisque ad substantiam obligationis refertur, quàm ad nummorum solutionem. *Plura de hac re uide J. cap. prox. in prin. Sed & specialiter solutionis uocabulum hic accipi potest pro nummorum solutione: ut sit sensus propositæ legis, Liberatione quocunque modò facta, perinde obseruari ac si pecunia debita esset soluta.*

## II. DIVISIONES LIBErationum.

I. *Diuisio, sumpta ex iure seu causa liberationis, quæ diuiditur in naturalem & ciuilem, proponitur l.107. ff. de solutionibus, his uerbis:* Verborum obligatio aut naturaliter resoluitur, aut ciuiliter. Naturaliter, ueluti solutione: aut cum res in stipulationem deducta, sine culpa promissoris in rebus humanis esse desijt. Ciuiliter, ueluti acceptilatione, uel cum in eandem personam ius stipulantis promittentisque deuenit.

II. *Diuisio, sumpta ex modo liberandi, hæc est, q. ex quibusdã causis ipso iure liberatio contingat, ex quibusdam non nisi per exceptionem. quæ proponitur ã.lib.37.cap.5.repl.14.dupl.1.*

## III. CAVSAE SEV MODI, quibus liberatio contingit.

*Huius loci regula proponitur l.35. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Nihil tam naturale est, quàm eo genere quodque dissoluere, quo colligatum est. Ideo uerborum obligatio uerbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur. *Concordat l.100. ff. eod. tt. his uerbis:* Omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt. *Concordat item l.153. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ferè quibuscunque modis obligamur, ijsdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, ijsdem in contrarium actis amittimus. *Concordat item l.80. ff. de solutionibus, his uerbis:* Prout quidque contractum est, ita & solui debet. ut cùm re contraximus, re solui debet: ueluti cum mutuum dedimus, ut retrò pecuniæ tãtundem solui debeat. Et cùm uerbis aliquid contraximus, uel re uel uerbis obligatio solui debet. uerbis, ueluti cum acceptum promissori fit: re, ueluti cum soluit quod promisit. Aequè cum emptio, uel uenditio, uel locatio contracta est: quoniam consensu nudo contrahi potest, & dissensu contrario dissolui potest. *Planè interdum obligatio alio modo dissoluitur, quàm quo est contracta: utputa uerborum obligatio nudo consensu tollitur, non quidem ipso iure, sed exceptionis ope: quemadmodum contrà obligatio quæ non uerbis contracta est, acceptilatione tollitur per exceptionem. de quo uide J. cap. 13. quæst. 5. exceptione 10. repl. 2. item ã.lib.37. cap. 5. repl. 14. dupl. 1. Hæc de causis liberationum in genere. Speciales causas uide in sequentibus capitibus. Nunc exceptiones generales harum caussarum uideamus.*

1. *Exceptio: Nisi alius quàm cui debetur, liberauerit debitorem. Hæc exceptio siue cuiusquam indignatione iusta est, eiusq; exempla proponuntur ã.lib. 37. cap. 7. in prin. Verùm eius replicatio prima hæc est: Nisi hæres qui hæreditatem restituere iussus est, ante eam restitutam, debitorem hæreditarium liberauerit. hoc enim casu, quamuis postea actiones ad fideicommissarium transeant: tamen liberatio ab hærede facta ualet. Quæ replicatio approbatur l.104. ff. de solutionibus, his uerbis:* Antè restitutam hæreditatem solutiones & liberationes factæ ab hærede, ratæ habebuntur. *Ait Iurisconsultus, Factæ ab hærede: non, Factæ hæredi: quemadmodum interpretatur Glossa. Planè si hæres dolo uel culpa liberauit debitores hæreditarios, tenetur eo nomine fideicommissario ex testamento.*[a] *Altera replicatio uidetur: Nisi cum quis sibi aut Titio stipulatus esset, Titius promissorem liberauerit. Hæc replicatio, excepta liberatione quæ fit per solutionem, reprobatur l.10. ff. de solutionibus, his uerbis:* Quod stipulatus ita sum, Mihi aut Titio: Titius nec petere, nec nouare, nec acceptum facere potest, tantumque ei solui potest. *Sanè de solutione Titio facta uide J.cap.8.repl.4. Tertia replicatio uidetur: Nisi procurator creditoris liberauerit. Sed & hæc replicatio, excepta causa mandati specialis, reprobatur l. 4. C. de nouationibus, his uerbis:* Non abstulit tibi procurator tuus actionem, si cum mandasses ei exactionem pecuniæ, quam hi tibi debebant, contra quos suppl. as parte accepta dere-

[a] l. 1. §. vn. q. 4. & l. 22. §. sed etiam & l. 70. §. 1. ff. ad S. C. Trebellian.

de reliquo eos liberauit: cum neque contra uoluntatem tuam nouationem facere, neque in eo quod non soluebatur, eos liberare potuerit. *Plura de exceptione propositis eiusq; replicationibus uide s. libro 37. capite 5.*

I. *Exceptio: Nisi debitor liberari nolit. Hec exceptio approbatur l. 91. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si debitor tuus non uult à te liberari, & præsens est: non potest inuitus à te absolui. *Ratio huius exceptionis est, quia inuito beneficium non datur.* *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi creditor inuito debitore ab alio nouandi animo debitum sit stipulatus. que replicatio approbatur d. l. 91. his uerbis:* Imò debitorem tuum & præsentem & inuitum liberare ita poteris, supponendo alium à quo debitum nouandi caussa ita stipuleris. quod etiamsi acceptum non feceris: tamen statim (quod ad te attinet) res peribit. Nam & petentem te doli mali præscriptio excludet. *Hæc de exceptionibus aduersus caussas liberationum generalioribus dicta sufficiant. Plures proponentur in sequentib. sub unaquaq; liberationis specie.*

### IIII. QVIBVS ET QVARVM rerum liberatio competat?

I. *Regula: Sublata principali obligatione, tolluntur & accessoriæ. Hæc regula approbatur l. 43. ff. de solutionibus, his uerbis:* In omnibus speciebus liberationum & accessiones liberantur: puta adpromissores, hypothecæ, pignora. prætetquam quòd inter creditorem & adpromissores confusione facta, reus non liberatur. *Concordat l. 95. §. naturalis. ibi: ideoq; fideiussor. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 1. de naturali obligat. proprio 1. Planè proposita regula suas etiam habet exceptiones, quas uide s. cap. 1. quæst. 7. reg. 4. item lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 54. repl. 1. cum sequentibus. item lib. 40. cap. 4. caussa 8.*

II. *Regula: Vno reo promittendi liberato, liberatur & alter. qua regula approbatur l. 2. ff. de duobus reis. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 12. reg. 2. in prin. Huius regule exceptio hæc est: Nisi persona tantùm liberetur, non obligatio tollatur. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. d. tit. his uerbis:* Cùm duo eandem pecuniam deberent, si unus capitis deminutione exemptus est obligatione alter non liberatur. Multum enim interest, utrum res ipsa soluatur, an persona liberetur. Cùm persona liberatur manente obligatione, alter durat obligatus. Et ideo si aqua & igni interdictum est alicui: fideiussor postea ab eo datus tenetur. *Aliud huius exceptionis exemplum uide s. lib. 37. cap. 6. regul. 1. exception. 9. replicat. 1. item j. cap. 10. regul. 2. exception. 8. Hæc de liberationibus in genere: quanquam plura huc pertinentia adduci possent ex iis quæ j. capitibus proximis de solutionibus proponentur. Siquidem Liberationis uerbum (ut suprà dictum est) eandem uim habet, quam Solutionis.*

## *DE SOLVTIONIBVS. Cap. VI.*

PRimò: *Definitio solutionis proponitur l. 176. §. fin. ff. de uerb. significat. his uerbis:* Soluere dicimus eum qui id facit, quod facere promisit. *Planè largiore significatione Solutionis uerbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, ut ostensum s. cap. prox. quæst. 1. Vnde d. l. 176. Vlpianus:* Solutionis uerbo (inquit) satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. *Planè huius largioris significationis exceptio prima hæc est: Nisi pecuniæ uocabulum adijciatur. quæ exceptio approbatur l. 49. in princip. ff. de solutionibus. cuius uerba uide j. cap. 8. replicat. 1. in prin. Altera exceptio est: Nisi obligatio accessoria, non principalis accepto feratur. quæ exceptio approbatur d. l. 49. in fine, his uerbis:* Quòd si acceptolatum sit, quòd stipulationis nomine hypotheca sit obligata, uel sine stipulatione accepta: solutionis quidem uerbum non proficiet, sed satisdationis proficit. *Sanè hic tantùm de solutione pecuniæ numeratæ, uel alterius rei quæ debetur, agetur, uel cum quis aliud pro alio ualente creditore soluerit.*

### II. EVENTVS SOLVtionis.

I. *Regula: Solutione tollitur obligatio, & liberatio contingit. quæ regula approbatur Instit. quibus mod. toll. obligat. in princip. his uerbis:* Tollitur omnis obligatio solutione eius quod debetur, uel si quis consentiente creditore aliud pro alio soluerit. Nec interest quis soluat, utrum ipse qui debet, an alius pro eo. liberatur enim & alio soluente, siue sciente siue ignorante debitore, uel inuito eo solutio fiat. *Concordat l. 107. in prin. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæst. 2. in prin. Huius regulæ exceptiones uide j. in sequentibus capitibus.*

II. *Regula: Solutione facta, chirographum debitor condicere potest, uel ad exhibendum actione repetere. quæ regula approbatur l. ult. C. ad exhibendum, his uerbis:* Si ex quocunque contractu apud Præsidem prouinciæ iure debitum cui oportuerat, te reddidisse probaueris: chirographa tua, ex quibus

ium nihil peti poteſt, & inſtrumenra ad eum contractum pettinentia, tibi naturaliter liberationem conſecuto exhiberi ac reddi iubebit. *Concordat l.2. C. de condictione ex lege, his uerbis:* Diſſolutæ quantitatis retantum inſtrumentum ineffieax penes creditorem remanere, & ideo per condictionem reddi oportere, non eſt ambigui iuris. *Concordat item l. ult. C. de ſolutionib. cuius uerba uide ī. lib. 7. cap. 2. quæſtion. 2. regul. 1. in princip.*

III. *Regula: Soluto debito, pignus reddendum. que regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea que propoſita ſunt ī. lib. 40. cap. 4. cauſſa 1. item cap. 12.*

IIII. *Regula: Creditor actiones ſuas, quas habet ex ea obligatione, cuius nomine ſolutio facta eſt, ſoluenti cedere tenetur. que regula approbatur exemplis l. 95. §. ſi mandatu. ff. de ſolutionibus, his uerbis:* Si mandatu meo Titio pecuniam credidiſſes: eiuſmodi contractus ſimilis eſt tutori & debitori pupilli. Et ideo mandatore conuento & damnato (quanquam pecunia ſoluta ſit) non liberari debitorem, ratio ſuadet. Sed & præſtare debet creditor actiones ſuas mandatori aduerſus debitorem, ut ei ſatisfiat. Et ad hoc pertinet, tutoris & pupilli debitoris nos feciſſe comparationem. Nam cum tutor pupillo tenetur ob id quòd debitorem eius non conuenit: neque iudicio cum altero accepto liberatur alter, nec ſi condemnatus tutor ſoluerit, ea res proderit debitori. quin etiam dici ſolet, tutelæ contraria actione agendum, ut ei pupillus aduerſus debitorem actionibus ſuis cedat. *Aliud exemplum proponitur l. 18. §. ſi filiusfamiliâs. ff. familiæ erciſcund. cuius uerba uide ī. lib. 44. cap. 9. quæſtion. 1. cauſſa 10. exception. 3. replication. 1. Aliud item exemplum proponitur Nouell. c. 4. §. quòd ſi tempus. ibi: & ceſſis. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 3. quæſtion. 6. regul. 2. Plura huiuſmodi exempla & leges concordantes uide d. cap. 3. quæſtion. 9. regul. 1. cum duabus regulis ſequentibus. Planè huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſoluens non ante uel in ipſa ſolutione, ſed poſt aliquod interuallum actionem ſibi cedi petierit: tunc enim licet ei à creditore actio cedatur, tamen ea ceſſione nihil agitur: tantum abeſt, ut creditor ad eam cedendam teneatur. que exceptio approbatur l. 76. ff. de ſolutionibus. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 5. regul. 6. exception. 1. replication. 6. Concordat l. 1. C. de contrario iudicio tutelæ. cuius uerba uide ī. lib. 18. cap. 10. quæſtion. 8. regul. 1. exception. 4. Altera exceptio eſt: Niſi quis inuito creditori ſolutionem pro alio offerens, actionem ſibi cedi petat. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de ſolutionibus. his uerbis:* Nulla tibi aduerſus creditorem alienum actio ſupereſt, eo quòd ei debitam quantitatem offerens, ius obligationis in te transferri deſideras: cum ab eo te nomen comparaſſe non ſuggeras: licet ſolutione ab alio facta nomine debitoris, euaneſcere ſolent obligatio. *Tertia exceptio eſt: Niſi quis ob id quòd dolo malo poſſidere deſijt, condemnatus ſoluit. Hæc exceptio approbatur l. 69. cum lege ſequente. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ī. lib. 22. cap. 1. cauſſa 19. exception. 1. replication. 1. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis ex cauſſa depoſiti uel commodati conuentus, dolo poſſidere deſijt, ideoq́; æſtimationem præſtitit: huic enim nihilominus actio cedenda. que replicatio approbatur l. 12. ff. de re iudicata, his uerbis:* In depoſiti uel commodati iudicio, quanquam dolo aduerſarij res abſit, condemnato ſuccurri ſolet, ut ei actionibus ſuis dominus cedat.

V. *Regula: Qui pro alio ſoluit, etiam mandati uel alia ſimili actione indemnis ſeruari poteſt. de qua re uide ī. lib. 45. cap. 4. quæſtion. 6. regul. 2.*

VI. *Regula: Si cum quis ſibi aut Seio dari ſtipulatus eſſet, Seio ſit ſolutum: ſtipulatori aduerſus Seium mandati competit actio ad id quod ei ſolutum eſt, ſibi reſtituendum. que regula approbatur Inſtit. de inutilibus ſtipulat. §. planè ſolutio, in fine. cuius uerba uide ī. lib. 37. cap. 3. exception. 26. replication. 11. Concordat l. 98. §. qui ſtipulatur. ibi: porrò ſi decem. ff. de ſolutionibus. cuius uerba uide ī. cap. 8. exception. 10. replic. 4. duplic. 10. Item concordat l. 131. §. qui fundum. ibi: nam intereſt. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide d. replicat. 4. dupl. 8.*

VII. *Regula: Solutio uenditioni ſimilis eſt. que regula approbatur l. ult. ff. quibus ex cauſſis in poſſeſſionem eatur. cuius uerba uide ī. lib. 41. cap. 10. quæſt. 3. reg. 4.*

VIII. *Regula: Solutione transfertur dominium, nec reuocari res poteſt. que regula approbatur l. 10. C. de ſolutionibus, his uerbis:* Succeſſores eius qui maior uiginti quinque annis in ſolutum pro debito iure mancipia dedit, hæc reuocare non poſſe conſtat. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi minor uiginti quinque annis aliud pro alio in ſolutum dederit. que exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Qui maior uiginti quinque annis, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi indebitum ſit ſolutum. hoc enim condictione indebiti repeti poteſt. de qua re dicetur ī. libro proximo. Tertia exceptio uidetur: Niſi res in ſolutum data melior ipſo debito ſit facta. Hæc exceptio reprobatur l. 24. C. de ſolutionibus, his uerbis:* Cum pro pecunia quam acceperas,

acceperas ; ſecundum placitum Euandro te fundum dediſſe profitearis:eius induſtriam uel euentum meliorem tibi,non ipſi prodeſſe , contrarium non poſtulaturus, ſi minoris diſtraxiſſet , non iuſtè peris.

I X. Regula : *Interdum ex eadem ſolutione & liberatio contingit unius , & obligatio alterius. quæ regula approbatur l.44.§. item ſi uſusfructus. ff. de ſolutionibus,his uerbis:* Si uſusfructus pecuniæ numeratæ legatus fuerit, euenit ut una numeratione libereur hæres ex teſtamento, & ut obliget ſibi legatarium. Tantundem eſt, etſi damnatus fuerit alicui uendere uel locare.nam uendendo uel locando liberatur ex teſtamento hæres, & obligat ſibi legatarium.

*DE EXCEPTIONIBVS ADuerſus ſolutionem: & primùm de ijs quæ ſumuntur ex perſona ſoluentis.& eius cui ſolutio facta eſt.*
*Cap. VII.*

*Effectus ſolutionis qui ſinit,iam enumerauimus quorum omnium exceptiones communes plures ſunt , partim ex perſona ſoluentis , partim ex perſona eius cui ſolutum eſt,deſumptæ: partim ex re in ſolutum data, partim denique ex alijs huiuſmodi circumſtantijs ſolutionis : quæ ordine nunc exponentur, & primùm eæ quæ ex perſona ſoluentis deſumuntur.*

I. Exceptio:*Niſi alius,non debitor ſoluerit. Hæc exceptio reprobatur l.17.C.de ſolutionibus, his uerbis:* Manifeſti iuris eſt, tam alio pro debitore ſoluente, quàm rebus pro numerata pecunia conſentiente creditore datis,tolli comparatam obligationem. *Concordat l.5. in fine. C. eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap. proxim.quæſtion.2.regul.4.exception.2. Item concordat Inſt.quib.mod.toll.obligat.in prin.cuius uerba uide d.quæſtion.2.regul.1.Concordat item l.56.ff. de ſolutionibus,his uerbis:* Qui mandat ſolui, ipſe uidetur ſoluere. *Concordat item l.64.ff. eod.tt.cuius uerba uide j.cap. proxim. exception.10. replicat. 1. in prin. Planè admittitur exceptio propoſita primùm quidem,ſi alius ſuo,non debitoris nomine ſoluat. quæ diſtinctio approbatur l.ſi quid poſſeſſor.31. in princip. ff. de petit. hæredit. his uerbis:* Quod quiſque ſuo nomine ſoluit, non debitoris : debitorem non liberat. *Concordat l.21.ff.mandati.cuius uerba uide ſ.lib.45.cap.3. quæſtion.9.regul.3.Concordat item l.58.§.de peculio.ibi: & magis.ff.de ſolutionibus . cuius uerba uide j. cap. 11.reg.1. in prin . Concordat item l. 101. in princip. ff. eod. tt. his uerbis :* Paulus reſpondit, non ideo eos qui uirilem portionem ex cauſſa fideicommiſſi inferre debuerant, liberatos uideri, quoniam quidam ex collegis per errorem plus debito intulerint. *Concordat item l.19.§. quamuis.ibi: hic enim. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. lib. prox.cap. 7. cauſſa 8. Huius primæ diſtinctionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is qui per errorem ſoluit,malit à uero debitore id quod ſoluit per negociorum geſtorum actionem repetere,quàm creditori indebitum condicere . tunc enim debitori ſolutio facta proficit.quæ replicatio approbatur l.ult.in fine.ff.negociorum geſtorum.cuius uerba uide ſ.lib.42.cap.9. quæſtion.1.cauſſa 6.exception.1. replicat.2. Concordat l.ſi quid poſſeſſor. 31. in princip.ibi: ſed & petitor.ff.de petit.hæred.cuius uerba uide ſ.lib.31.cap.1. quæſtion.8.reg.6. Altera replicatio eſt : Niſi cum quis dolo poßidere deſijſſet , poſſeſſor conuentus præſtiterit.hoc enim caſu is qui poßidere deſijt, liberatur . quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur ſ.lib.12.cap.2.regul.2.exception.4. replic.1. Tertia replicatio uidetur : Niſi is qui ſuo nomine ſoluit, à debitore pecuniam accepit , ut ipſius nomine ſolueret . Hæc replicatio reprobatur per ea quæ proponuntur j. cap. 10. in princip. Quarta replicatio eſt: Niſi is qui ſoluit,repetitionem non habeat. Hæc replicatio reprobatur in caſu l. 49. §. 2. ff.de fideiuſſoribus. cuius uerba uide ſ. lib. 45.cap.1. quæſtion.2.exception.55 replicat.2. Quinta replicatio eſt: Niſi cum plures in ſolidum tenerentur, unus ex ijs ſolidum ſoluerit.hic enim quamuis ſuo nomine ſoluerit, nihilominus & cæteros liberat. Hæc de prima propoſitæ exceptionis reprobatæ diſtinctione , eiusque replicationibus ſint dicta. Secundò admittitur exceptio propoſita, ſi alius debitorem qui mortuus eſt , defendens , condemnatus fuerit , eoque nomine ſoluerit . hoc enim caſu debitoris hæres non eſt liberatus ipſo quidem iure , defenditur tamen per exceptionem.quæ diſtinctio approbatur l. de qua re, 74.§.cum abſentem . ff. de iudicijs . cuius uerba uide ſ.lib.44.cap.7.quæſtion.1.exception.16.replicat.2. Tertiò admitti uidetur exceptio propoſita , ſi debitore inuito uel ignorante , alius pro eo ſoluerit . Sed hæc diſtinctio reprobatur l. 53 . ff. de ſolutionibus , his uerbis :* Soluere pro ignorante & inuito cuique licet: cum ſit iure ciuili conſtitutum , licere etiam ignorantis inuitique meliorem conditionem facere. *Concordat l.23. ff.eod.tt.his uerbis:* Solutionem uel iudicium pro nobis accipiendo, & inuiti & ignorantes liberari poſſumus . *Concordat item l. 40 . ff. eod . tt. cuius uerba uide ſ.lib. 40. cap. 4. cauſa 1. except.1. Concordat item l.96.§.cum pupilla.ff.eod.tt.his uerbis:* Cùm pupilla magiſtratui, qui per fraudem pupillo tutorem dedit,hæres extitiſſet , tutores eius cum adoleſcente tranſegerunt: eam tranſactionem pupilla ratam habere noluit . nihilomi-

nus

nus erit tutorum pecunia liberata: nec tutores contra adolescentem actionem nec utilem habebunt, qui suum recuperauit. Planè si adolescena pecuniam restituere tutoribus pupillæ maluerit: rescisso quod gestum est, actionem utilem in pupillam hæredem magistratus accipiet. Item concordat l. 8. §. fin. ff. de nouat. cuius uerba uide ȝ. cap. 15. specie 1. exception. 3. Item concordat l. soluendo. 58. ff. negocior. gestor. cuius uerba uide ī. lib. 16. cap. 5. regul. 6. in princip. Item concordat Inst. quibus mod. tollitur obligat. in princip. cuius uerba uide ī. cap. proxim. quæstion. 2. reg. 1. Quartò admittitur exceptio proposita, si obligatio non in dando, sed in faciendo consistat. tunc enim alius quàm qui debet, faciendo debitorem non liberat. quæ distinctio approbatur l. 31. ff. de solutionibus, his uerbis: Inter artificea longa differentia est & ingenij, & naturæ, & doctrinæ, & institutionia. Et ideo si nauem à se fabricandam quia promisit, uel insulam ædificandam, fossamúe faciendam: & hoc specialiter actum est, ut suis operis id perficiat: fideiussor ipse ædificana, uel fossam fodiens, non consentiente stipulatore, non liberabit reum. Quare etiamsi illis stipulationibus fideiussor accesserit, Per te non fieri, quo minus mihi ire agere liceat? prohibens ire fideiussor, stipulationem non committit: & si patientiam præster, non efficiet, quo minus committatur stipulatio. Postremò admittitur exceptio proposita, si seruus pro alio soluerit. quæ distinctio approbatur l. 19. cum lege sequente. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 4. quæstion. 6. regul. 1. exception. 5. Huius distinctionis replicatio hæc est: Nisi dominus serui solutionem ab eo factam ratam habeat, uel aduersus eum pro quo seruus soluit, agere malit. quæ replicatio approbatur l. 66. ff. d. tt. his uerbis: Si seruus alienus pro Titio fideiusait & soluit: liberatur Titius, si dominus mandati contra eum agere instituit. nam qui mandati agit, ratam habere solutionem uidetur. Hæc de prima exceptione aduersus solutionem.

II. Exceptio: Nisi seruus soluerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 19. cum lege sequente. Cui concordat l. 94. §. fin. in fine. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ȝ. cap. 12. regul. 1. exception. 2. replication. 8. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi seruus liberam peculij administrationem habens, ex contractu peculiari soluerit. Hæc replicatio approbatur l. 84. ff. de solutionibus, his uerbis: Egisti de peculio serui nomine cum domino: non esse liberatos fideiussores eius, Proculus respondit. At si idem seruus ex peculio suo, permissa administratione peculij, numos soluisset: liberatos esse fideiussores eius, rectè legisti.

III. Exceptio: Nisi pupillus soluerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur ī. lib. 18. cap. 7. quæstion. 1. regul. 1. exception. 5. replication. 2.

IIII. Exceptio: Nisi reus criminis soluerit. Hæc exceptio reprobatur l. 42. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ȝ. except. 10. Hactenus de exceptionibus sumptis ex persona soluentis: nunc de exceptionibus sumptis ex persona eius cui solutio facta est.

V. Exceptio: Nisi pupillo solutum sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 15. ff. de solutionibus, his uerbis: Pupillo solui sine tutoris authoritate non potest. Sed nec delegare potest: quia nec alienare ullam rem potest. Si tamen soluerit ei debitor, & numi salui sint: petentem pupillum doli mali exceptione debitor submonebit. Concordat Inst. quibus alienare licet. §. at ex contrario. ibi: aliequin non liberabitur, his uerbis: Omnes res pupillo & pupillæ sine tutoris authoritate rectè dari possunt. Ideoque si debitor pupillo soluat, necessaria est debitori tutoris authoritas: alioquin non liberabitur. Item concordat l. contra iuris. 28. in princip. ibi: nam nec solui. ff. de pactis. cuius uerba uide ī. lib. 17. cap. 3. exception. 17. in princip. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi tutoris authoritas interuenerit. quæ replicatio elicitur ex uerbis d. l. 15. iam propositis hisce: Sine tutoris authoritate. Item ex uerbis Instit. iam propositis hisce: Necessaria est debitori tutoris authoritas. Secunda replicatio est: Nisi pupillus pecunia in solutum accepta locupletior sit factus. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. si quis pupillo. ff. de doli mali & metus exception. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 3. exception. 1. replication. 3. Concordat Inst. quibus alienare licet. §. sed hoc etiam. ibi: sin autem aliter. cuius uerba uide ȝ. cap. proxim. replication. 9. duplication. 13. Huius replicationis species sunt aliquot replicationes proximè sequentes. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tempore quo agitur, pupillus locupletior ex ea pecunia esse desierit. quæ duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 47. ff. de solut. his uerbis: In pupillo, cui sine tutoris authoritate, &c. Concordat l. 4. ff. de exceptionibus, his uerbis: In pupillo, &c. Huius triplicatio est: Nisi necessariam sibi rem pupillus ea pecunia emerit, quæ ante litem contestatam perierit. Tertia replicatio est: Nisi numi apud pupillum adhuc salui sint. Hæc replicatio approbatur d. uers. sin autem aliter. Cui concordat l. 15. ff. de solutionibus.

cuius

cuius uerba uide s̄. ead. exception. in princip. Qgarta replicatio est: Nisi debitor iussu pupilli creditori eius pecuniam soluerit, ut pupillus obligatione sit liberatus. Hæc replicatio approbatur l. 66. in princip. ff. de solutionibus. cuius uerba uide j. exception. 10. replication. 1. duplication. 2. Quinta replicatio est: Nisi cum quis sibi aut pupillo dari stipulatus esset, promissor pupillo soluerit. Hæc replicatio approbatur l. 11. ff. de solutionibus his uerbis: Si stipulatus fuero, Mihi aut pupillo dari? promissor sine tutoris authoritate soluendo pupillo, liberabitur à me. Sexta replicatio uidetur: Nisi cum alicui quid legatum esset sub hac conditione, Si pupillo decem dedisset: is pupillo sine tutoris authoritate dederit. Hæc replicatio reprobatur l. 68. ff. de solutionibus, his uerbis: Seruus decem dare iussus pupillo, & liber esse, si hæres sit pupillus, siue tantùm conditio in eum collocata sit: an absente quoque tutore pupillo dando libertatem consequatur? moueri se, Seruius ait, comparatione conditionis quæ constitit in facto: ueluti si pupillo seruierit: quæ potest impleri citra interuentum quoque tutoris. Et quid (inquit) si curatorem habeat, & furioso dare iussus sit: an curatori dando liberetur? Et finge alicui fundum legatum, si dedisset pupillo furiosoue. Et sciendum est, in omnibus istis casibus tutori quidem uel curatori utiliter dependi: ipsis autem. id est furioso uel pupillo, non rectè persolui, ne datio ex illorum imbecillitate pereat. Nec enim huc égit testator, ut quoquo modo esset datum, expleta uideretur conditio.

VI. Exceptio: Nisi minori uiginti quinq; annis sit solutum. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. 1. ff. de minoribus uiginti quinque annis, hisce uerbis: Si minori pecunia à debitore paterno uel proprio soluta sit, & hanc perdidit: dicendum est, ei subueniri quasi gestum sit cum eo. Et ideo si minor conueniat debitorem: adhibere debet curatorem, ut ei soluatur pecunia. Cæterùm non ei compellitur soluere. Sed hodie solet pecunia in ædem deponi (ut Pomponius lib. XXVIII. scribit) ne uel debitor ultrà usuris oneretur, uel creditor minor perdat pecuniam: aut curatoribus solui, si sint. Permittitur etiam ex constitutione principum debitori, compellere adolescentes ad petendos sibi curatores. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi prætor decreuerit pecuniam minori sine curatoribus soluendam. quæ replicatio approbatur d. l. 7. §. quid tamen, his uerbis: Quid tamen si prætor decernat soluendam pecuniam minori sine curatoribus, & soluerit: an possit esse securus, dubitari potest? Puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nihil ei imputandum: nisi fortè quasi aduersus iniuriam appellandum quis ei putet. Sed credo Prætorem hunc minorem in integrum restitui uolentem, auditurum non esse. Altera replicatio est: Nisi minor se dixerit maiorem esse. Hæc replicatio approbatur l. 32. ff. d. tit. his uerbis: Minor uiginti quinque annis, adito Præside, ex aspectu corporis falsò probauit perfectam ætatem. Curatores cum intellexissent esse minorem, perseuerauerunt in administratione. medio tempore, post probatam ætatem, ante impletum uigesimumquintum annum, solutæ sunt adolescenti pecuniæ debitæ, easque malè consumpsit. Quæro, cuius sit periculum? Et quid si curatores quoque eo modo in eodem errore perseuerassent, curationem etiam restituissent: an periculum temporis quod post probatam ætatem intercessit, ad eos pertineat? Paulus respondit: Hi qui debi exoluerunt, liberati ipso iure, non debent iterum conueniri. Planè curatores qui scientes eum minorem esse, perseuerauerunt in eodem officio: non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas. & debebunt hoc nomine conueniri. Quòd si & ipsi decreto Præsidis crediderunt, & administrare cessauerunt, uel etiam rationem reddiderunt: similes sunt cæteris debitoribus, ideoq; non conueniuntur. Plures huiusmodi replicationes uide s̄. except. prox.

VII. Exceptio: Nisi furioso sit solutum. Hæc exceptio approbatur l. 68. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s̄. exception. 4. replicat. 6. Planè replicationes s̄. d. exception. 4. enumeratæ, & huic exceptioni non ineptè obijcientur: quia (ut ait Vlpianus) furiosi status & habitus à pupilli conditione non multum abhorret, l. 7. §. planè interdum. ff. quib. ex caussis in possess. eatur.

VIII. Exceptio: Nisi filiofamiliâs creditori solutum sit. Hæc exceptio reprobatur l. si unus. 27. in prin. ibi: sic enim & his. ff. de pactis. cuius uerba uide s̄. lib. 17. cap. 7. exception. 2. Concordat l. 26. §. qui filiofamiliâs. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. lib. 49. cap. 7. caussa 11. exception. 4. Item concordat l. 14. §. si ita quis. ff. quando dies legati cedat. cuius uerba uide s̄. lib. 13. cap. 1. quæstion. 3. regul. 2. exceptione octaua. Concordant item ea quæ proponuntur infrà exception. proxim. de seruo.

IX. Exceptio: Nisi seruo creditori solutum sit. Hæc exceptio reprobatur d. l. si unus. 27. in prin. ibi: sic enim & his. Concordat l. 25. ff. de nouat. cuius uerba uide j. cap. 14. quæstion. 4. exception. 1. replicat. 3. duplication. 3. Item concordat l. 19. ff. de

*de ſolutionib. his uerbis:* Fugitiuus meus cum pro libero ſe gereret, numos mihi ſubrepros tibi credidit. Obligari te mihi, Labeo ait. Sed ſi eum liberum exiſtimans, ſolueris ei: liberari te à me. Sed ſi alij ſoluiſſes iuſſu eius, uel is ratum habuiſſet: nõ liberari. quia prioro caſu mei numi facti eſſent, & quaſi mihi ſolutum intelligeretur. Et ideo ſeruus meus, qui peculiari nomine crediderit, exigendo liberabit debitorem: delegando autem uel nouando non idem conſequetur. *Concordat l. 15. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. prox. repl. 10. dupl. 1. tripl. 2. Concordat l. 21. ff. de iureiurando. cuius uerba uide ĩ. lib. 7. cap. 7. queſt. 1. except. 6. repl. 5. Item concordat l. 3. C. de ſolutionib. his uerbis:* Si cum ſeruus liberam peculij adminiſtrationem haberet, mutuam ab eo pecuniam accepiſti, eiq; ante ademptum peculium, uel priuſquam ademptum cognoſceres, eã exoluiſti: ea ſolutione liberatus es. *Concordat deniq; l. 11. ff. depoſiti. cuius uerba uide ĩ. lib. 19. cap. 7. queſt. 3. except. 10. repl. 2. Planè admittitur exceptio propoſita primùm quidem, ſi debitor fraudulenter ſeruo ſoluerit. quæ diſtinctio approbatur l. 10. §. uerſum, in fine. ff. de in rem uerſo. cuius uerba uide ĩ. lib. 45. cap. 11. queſt. 2. except. gener. 7. Concordat d. l. 11. ff. depoſiti.* Deinde *admittitur exceptio propoſita, ſi debitor ſciuit uel ſcire potuit, dominum ſeruo ſolui nolle. quæ diſtinctio approbatur d. l. 11. Concordat l. 35. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide J. cap. prox. repl. 10. dupl. 3. tripl. 2.* Tertiò *admittitur exceptio propoſita, ſi mortuo domino debitor peculiaris ſeruo ſoluerit. Hæc diſtinctio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi debitor dominum deceſſiſſe ignorauit. quæ replicatio approbatur l. 18. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si ſeruus peculiari nomine crediderit, eiq; debitor, cum ignoraret dominum mortuum eſſe, ante aditam hæreditatem ſoluerit: liberabitur. Idemq; iuris erit, etſi manumiſſo ſeruo debitor pecuniam ſoluerit, cum ignoraret ei peculiũ conceſſum non eſſe: neq; intererit, uiuo an mortuo domino pecunia numerata ſit. nã hoc quoq; caſu debitor liberatur, ſicut is qui iuſſus eſt à creditore pecuniam Titio ſoluere: quamuis creditor mortuus fuerit, nihilominus rectè Titio ſoluit: ſi modò ignorauerit creditorẽ mortuũ eſſe. *Concordat l. 41. ibi: placebat. ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ĩ. lib. 39. cap. 2. queſt. 1. except. 11. repl. 5.* Quartò *admittitur exceptio propoſita, ſi ſeruo manumiſſo, cui peculium ademptum eſt, debitor ſoluerit. quæ & ipſa diſtinctio iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi debitor ignorauit manumiſſo peculium eſſe ademptum. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 32. iam propoſitis hiſce:* Idemq; iuris erit, etſi manumiſſo ſeruo debitor pecuniã ſoluerit, cum ignoraret ei peculium conceſſum non eſſe. *Concordat l. 18. ibi: quod ſi ex cauſſa. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. prox. repl. 10. dupl. 3.* Quintò *admittitur exceptio propoſita, ſi non ex cauſſa peculiari, ſed ex credito domini ſeruo ſit ſolutum. quæ diſtinctio approbatur l. 19. in fine. C. de ſolut. cuius uerba uide d. repl. 10. in prin. Plures huiuſmodi diſtinctiones, quib. exceptio propoſita admittitur, uide d. repl. 10. dupl. 1. cum ſequentibus.*

X. Exceptio: *Niſi reo criminis poſtulato ſit ſolutum. Hæc exceptio reprobatur l. 41. cum lege ſequente. ff. de ſolution. his uerbis:* Reo criminis poſtulato nihil prohibet rectè pecuniam à debitoribus ſolui: alioquin pleriq; innocentium neceſſario ſumptu egebunt. Sed nec illud prohibitum uidetur, ne à reo creditori ſoluatur. *Concordat l. 46. §. in reatu. ff. de iure fiſci. cuius uerba uide ĩ. lib. 3. cap. 6. actu 6. reg. 1. Itẽ cõcordat l. 43. §. fin. ff. de ſolut. cuius uerba uide J. cap. prox. repl. 9. dupl. 5. Planè admittitur exceptio propoſita in reis criminis læſæ maieſtatis. quæ diſtinctio approbatur l. 7. §. ſic & diuus. C. ad l. Iul. maieſtatis, his uerbis:* Diuus Seuerus & Antoninus conſtituerunt, ex quo quis maieſtatis crimen contraxit, neq; alienare, neq; manumittere eum poſſe, nec ei ſoluere iure debitorem.

XI. Exceptio. *Niſi uni tantùm, non omnibus quib. eadem actio competit, ſit ſolutum. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, eiuſq; exemplum proponitur in reſtitutione dotis ĩ. lib. 15. cap. 6. except. 39. repl. 1. uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi unicuiq; in ſolidum actio competat. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur J. cap. prox. repl. 16.*

## *DE EXCEPTIONE, SI ALII quàm creditori ſit ſolutum. Cap. VIII.*

XII. Exceptio: *Niſi alij quàm creditori ſit ſolutũ. Hæc exceptio approbatur l. 12. C. de ſolutionib. his uerbis:* Inuito uel ignorante creditore qui alij ſoluit, non ſe liberat obligatione. quòd ſi hoc uel mandante, uel ratum habente eo fecerit: non minus liberationem conſequitur, quàm ſi eidem creditori ſoluiſſet. *Concordat l. ſoluendo, 38. ff. negocior. geſtor. cuius uerba uide ĩ. lib. 16. cap. 5. reg. 6. in prin. Item concordat l. 34. §. ſi nullo. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si nullo mandato intercedente, debitor falſò exiſtimauerit uoluntate mea pecuniam ſe numeraſſe: non liberabitur. Et ideo procuratori qui ſe ultrò alienis negocijs offerat, ſoluendo nemo liberabitur. *Concordat item l. 19. ff. de cõpenſationib. cuius uerba uide ĩ. lib. 16. cap. 13. queſt. 3. except. 17. Item concordat l. 19. in fine. C. de ſolutionib. cuius uerba uide J. repl. 10. in prin. Planè propoſitæ exceptionis replicationes plures ſunt, quarum prima hæc eſt: Niſi uoluntate creditoris alij ſit ſolutum. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 12. paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Quòd ſi hoc uel mandante, uel ratum habente eo fecerit: non minus liberationem conſequitur, quàm ſi eidem

creditori

creditori ſoluiſſet. *Concordat l.140.ff.de reg. iuris, his uerbis:* Quod iuſſu alterius ſoluitur, pro eo eſt quaſi ipſi ſolutum eſſet. *Concordat item l.49 in prin.ff.de ſolutionib. his uerbis:* Solutam pecuniam intelligimus utriq; naturaliter, ſi numerata ſit creditori. Sed et ſi iuſſu eius alij ſoluatur, uel creditori eius, uel futuro debitori, uel etiam ei cui donaturus erat: abſolui debet. Ratam quoq; ſolutionem ſi creditor habuerit, idem erit. Tutori quoq; ſi ſoluta ſit pecunia, uel curatori, uel procuratori, uel cuilibet ſucceſſori, uel ſeruo actori: proficiet ei ſolutio. *Concordat item l.64.ff.eod. tt. his uerbis:* Cùm iuſſu meo id quod mihi debet ſolui, ſoluis creditori meo: & tu à me, & ego à creditore meo liberor. *Concordat item l.4.C.de ſolutionibus, his uerbis:* Nihil intereſt utrum creditori mutuam pecuniam ſolueris, an ex eius uoluntate ſeruo numeraueris: nec enim ex eo quòd creditor in fatum conceſſit priuſquam inſtrumenta redderet, euacuatæ obligationis uires reparari queunt. *Concordat item l.13.ff.de leg.1. his uerbis:* Cum incertus homo legatus tibi eſſet, hæres Stichum ſeruo tuo tradidit. Neratius reſpondit, ſi uoluntate domini tradidit, uel ratum hoc dominus habuit: perinde eum liberatum, atque ſi Stichus legatus eſſet. *Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi creditor uoluntatem alij ſoluendi poſtea mutauit. quæ duplicatio approbatur l.82 ff. de ſolutionibus, his uerbis:* Si cum Cornelius fundum ſuum nomine Seiæ uiro eius doti dediſſet, nec de eo reddendo quidquam cauiſſet: efficit ut uir & Seia inter ſe paciſcerentur, ut diuortio facto is fundus Cornelio redderetur. non puto diuortio facto uirum uetante Seie eum fundum Cornelio redditurum eſſe: ſicuti ſi cum pactum conuentum nullum interceſsiſſet, diuortio facto mulier iuſsiſſet eum fundum Cornelio reddi, deinde antequam redderetur, uetuiſſet: non tutò redderetur. Sed ſi antequam Seie uetaret, Cornelio eum fundum reddidiſſet, nec cauſſam habuiſſet exiſtimandi ſe id inuita Seia facturum eſſe: nec melius nec æquius eſſe exiſtimarem, eum fundum Seiæ reddi. *Concordat l.106. in fine.ff eod.tt.cuius uerba uide J.tripl.prox. Huius autem duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi cum quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſſet, poſtea ne Titio detur, promiſſori denunciauerit. quæ triplicatio approbatur d.l.106. his uerbis:* Aliud eſt, iure ſtipulationis Titio ſolui poſſe: aliud, poſtea permiſſu meo id contingere. nam cui iure ſtipulationis rectè ſoluitur, ei etiam prohibente me rectè ſolui poteſt. Cui uerò aliàs permiſero ſolui, ei non rectè ſoluitur, ſi priuſquam ſolueretur, denunciauerim promiſſori, ne ei ſolueret. *Concordat l.12.§.ſed etſi quis. ibi: alia cauſſa. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis mandauerit ut Titio ſoluem, deinde uetuerit eum accipere: ſi ignorans prohibitum eum accipere, ſoluam, liberabor: ſed ſi ſciero, non liberabor. alia cauſſa eſt, ſi mihi proponas aliquem ſtipulatum, Sibi aut Titio: hic enim etſi prohibeat me Titio ſoluere, ſoluendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit ſtipulatio, quam ſtipulator immutare non potuit. *Concordat item Inſtit. de inutilibus ſtipul. §. planè ſolutio. ibi: ſolui autem Seio. cuius uerba uide ſ. lib.17.cap.3.except.26. repl.11. in prin.* *Altera triplicatio eſt: Niſi alius mandatu creditoris ſibi ſit ſtipulatus, nam & huic rectè ſoluitur etiam inuito creditore. quæ triplicatio approbatur l.ult. ibi: ideo etiam. ff. de ſolutionibus. cuius uerba uide J.dupl.7.* *Tertia triplicatio eſt: Niſi debitor creditoris uoluntatem mutatam ignorans ſoluerit. Hæc triplicatio approbatur uerbis d.l.12, ſ. triplicat.1. propoſitis hiſce:* Si ignorans prohibitum eum accipere, ſoluam: liberabor. *Concordat l.18. in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. replicat.10. duplicat.3. Concordant item ea quæ habentur J. replicat. 6. duplicat. 2. triplicat. 1. Huius triplicationis quadruplicatio prima hæc eſt: Niſi is cui à debitore ignorante ſoluitur, ea mente pecuniam acceperit, ut eam lucretur, nec debitor condictionem furtiuam aduerſus eum creditori præſtet. Hæc quadruplicatio approbatur l.38. §. ſi debitorem. ff. d. tt. his uerbis:* Si debitorem meum iuſſerim Titio ſoluere, deinde Titium uetuerim accipere, & debitor ignorans ſoluerit: ita eum liberari exiſtimaui, ſi non ea mente Titius nummos acceperit, ut eos lucretur. alioquin, quoniam furtum eorum ſit facturus, manſuros eos debitoris. Et ideo liberationem quidem ipſo iure non poſſe contingere debitoris exceptione tamen ei ſuccurri æquum eſſe, ſi paratus ſit condictionem furtiuam, quam aduerſus Titium habet, mihi præſtare: ſicuti ſeruatur, cum maritus uxori donaturus debitorem ſuum iubeat ſoluere. nam ibi quoque, quia nummi mulieris non fiunt, debitorem non liberari: ſed exceptione eum aduerſus maritum tuendum eſſe, ſi condictionem quam aduerſus mulierem habet, præſtet. furti tamen actionem in propoſito poſt diuortium mihi competiturem: quando mea intereſt interceptos nummos non eſſe. *Altera quadruplicatio eſt: Niſi debitor ignorans ſcire potuit creditoris uoluntatem mutatam. quæ quadruplicatio approbatur l. 82. in fine. ff. de ſolutionibus, cuius uerba uide ſ. ead. duplicat. in prin.* *Quarta triplicatio eſt: Niſi facta demum ſolutione, creditor alij ſolui prohibuit.*

biouit. Hæc triplicatio approbatur, simul & distinguitur d. l. 82. in fine. Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Nisi pupillus creditor debitorem suum alij soluere iusserit. Hæc duplicatio approbatur l. 66. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis: Si pupilli debitor, iubente eo sine tutoris authoritate, pecuniam creditori eius numerauit: pupillum quidem à creditore liberat, sed ipse manebit obligatus: sed exceptione se tueri potest. Si autem debitor pupilli non fuerat: nec pupillo condicere potest, qui sine tutoria authoritate non obligatur: nec creditori, cum quo alterius iussu contraxit: sed pupillus in quantum locupletior factus est (utpote debito liberatus) utili actione tenebitur. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi pupillus per solutionem alij factam locupletior factus sit, uel debito liberatus. Hæc triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Sed exceptione se tueri potest. Altera triplicatio est: Nisi pupillus dolo fingat se puberem, & ita debitorem iubens alij soluere decipiat. Hæc triplicatio approbatur l. 4. §. quæ in tutore. ibi: nam & de pupilli. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ī. cap. 2. quæstion. 2. exception. gener. 2. Tertia duplicatio est: Nisi furiosus alij soluere iusserit. Hæc duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio hæc est: Nisi id quod solutum est, in rem furiosi processerit. quæ triplicatio approbatur l. 16. ff. de doli mali exception. his uerbis: Si debitor à furioso delegatus creditori eius soluat, quem compotem mentis esse existimabat, & ita cum eo agatur: exceptione doli in id quod in rem furiosi processit, defenditur. Concordat d. §. quæ in tutore, in fine. Quarta duplicatio est: Nisi alterius quàm creditoris iussu debitor alij soluerit. Hæc duplicatio approbatur quidem ipso iure, uerùm eius triplicatio hæc est: Nisi tutoris iussu alij sit solutum. quæ triplicatio approbatur l. 96. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis: Pupilli debitor, tutore delegante, pecuniam creditori tutoris soluit: liberatio contingit, si non malo consilio cum tutore habito hoc factum esse probetur. Sed etiam interdicto fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit. Huius triplicationis quadruplicatio hæc est: Nisi dolo malo tutor debitorem pupillarem non ignorantem alij soluere iusserit. quæ quadruplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si non malo consilio cum tutore habito, &c. Quinta duplicatio est: Nisi seruus creditor alij soluere iusserit. Hæc duplicatio approbatur l. 19. ibi: sed si alij. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ĩ. replication. 10. duplication. 2. Sexta duplicatio est: Nisi maritus uxori donaturus debitorem suum ei iubeat soluere. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 38. §. si debitorem. ibi: sicuti seruatur. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. duplication. 1. triplication. 3. quadruplicat. 1. Planè triplicationis loco notandum erit, quòd quamuis debitor iussu mariti soluens eius uxori, ipso iure non liberetur: exceptionis tamen ope defendatur, si actionem quam aduersus uxorem habet, marito cedere sit paratus. quæ triplicatio approbatur d. uers. sicuti seruatur. Cui concordat l. 3. §. sed si debitorem. ff. de donationibus inter uir. & uxorem, his uerbis: Si maritus debitorem suum uxori soluere iusserit: hic quæritur, an nummi fiant eius, debitorque liberetur? Et Celsus libro X V. Digestorum scribit, uidendum esse, ne dici possit & debitorem liberatum, & nummos factos mariti, deinde uxoris. nam si donatio iure ciuili non impediretur: eum rei gestæ ordinem futurum, ut pecunia ad te à debitore tuo, deinde à te ad mulierem perueniret. nam celeritate coniungendarum inter se actionum unam actionem occultari. Cæterùm debitorem creditori dare, creditorem uxori. nec nouum aut mirum esse, quod per alium accipias, te accipere. nam etsi is qui se procuratorem tui creditoris esse simulauit, à debitore tuo iubente te pecuniam acceperit: & furti actionem te habere constat, & ipsam pecuniam tuam esse. Huic sententiæ consequens est quod Iulianus libro X V I I. Digestorum scribit. Ait enim, Si donaturum mihi, &c. Reliqua uerba uide ī. lib. 35. cap. 8. except. 9. Concordat item l. 26. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Si eum qui mihi uendidit, iusserim eam rem uxori meæ donationis caussa dare, & is possessionem iussu meo tradiderit: liberatus erit. Quia licet illa iure ciuili possidere non intelligatur, certè tamen uenditor nihil habet quod tradat. Concordat item l. 19. ff. eod. tt, cuius uerba uide ī. lib. 35. cap. 9. quæstion. 1. regul. 1. Septima duplicatio est: Nisi debitor alij soluere à creditore iussus, mortuo demum creditore soluerit. Hæc duplicatio approbatur l. ult. ff. de solutionibus, his uerbis: Ei qui mandatu meo post mortem meam stipulatus est, rectè soluitur: quia talis est lex obligationis. Ideoque etiam inuito me rectè ei soluitur. Ei autem cui iussi debitorem meum post mortem meam soluere, non rectè soluitur: quia mandatum morte dissoluitur. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi debitor ignorans creditorem decessisse, soluerit. quæ triplicatio approbatur l. 26. §. si quis debitori. ff. mandati, his uerbis: Si quis debitori suo mandauerit ut Titio solueret, & debitor mortuo eo, cum id ignoraret, soluerit: liberari eum oportet. Concordat l. 32. in fine. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ī. exception.

prom

*proxim. diſtinct. 3.* *Item concordat l. 19. §. ſi quis dederit. ff. de donationibus, his uerbis:* Si quia dederit pecuniam mutuam Titio, reddendam Seio, cui donatum uolebat: deinde Titius mortuo donatore, Seio dediſſe proponatur: erit conſequens dicere, pecuniam Seij fieri, ſiue mortuum ſciuit, ſiue ignorauit is qui dabat: quia pecunia fuit dantis. Sed ſiquidem ignorauit mortuum: erit liberatus, ſi ſic mutuam pecuniam accepit ſoluendam Seio. Sin autem mandauero tibi, ut pecuniam Titio des, cui donare uolebam, & tu ignorans me mortuum hoc feceris: habebis aduerſus meos hæredes mandati actionem. ſi ſciens, non habebis. *Concordat item l. 79. §. Mæuio. ff. de leg. 2. his uerbis:* Mæuio debitori ſuo rena ſtipulandi mandauit, ut Titio, cui mortis cauſſa donabat, pecuniam debitam ſolueret: cum ſciens dominum uita deceſsiſſe, Mæuius pecuniam dediſſet: non eſſe liberationem ſecutam conſtitit. Nec ſi Mæuius ſoluendo non eſſet, in Titium actionem ſolidi, uel iure Falcidiæ dandam eſſe: quia mortis cauſſa cepiſſe non uidetetur. Diuerſum probandum fore, ſi Mæuius ignorans dominum uita deceſsiſſe, pecuniam errore lapſus dediſſet. tunc enim portio iure Falcidiæ reuocaretur. *Octaua duplicatio eſt: Niſi debitor alij ſoluere iuſſus, ſuo, non iubentis nomine ſoluerit. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 82. ff. de iure dotium, his uerbis:* Cum uxor uirum ſuum pecuniam quam ſibi deberet, in dotem filiæ communi dare iuſſerit, & id feciſſe dicatur: puto animaduertendum eſſe, utrum eam dotem ſuo, an uxoris nomine dedit. Si ſuo, nihilominus uxori eum debere pecuniam: ſi uxoris nomine dederit, ipſum ab uxore liberatum eſſe. *Nona duplicatio eſt: Niſi is cui debitor donandi cauſſa ſoluere iuſſus eſt, pecuniam non donandi animo acceperit, ſed ut eam creditoris faceret. Hæc duplicatio reprobatur l. 34. §. ſi debitorem. ff. de ſolutionibus, his uerbis:* Si debitorem meum iuſſero pecuniam Titio dare, donaturus ei: quamuis Titius ea mente acceperit, ut nummos meos faceret, nihilominus debitor liberabitur. Sed ſi poſtea Titius eandem pecuniam mihi dediſſet: nummi mei fient. *Decima duplicatio eſt: Niſi debitor plus quàm iuſſus eſt, alij ſoluerit: in eo enim quod excedit, replicatio propoſita ei non prodeſt. quæ duplicatio approbatur l. 89. §. Lucius. ff. de ſolutionibus, his uerbis:* Lucius Titius ex duobus chirographis, quibus quadringenta ei à Seio debebantur, altero centum, altero trecenta, ſcripſit Seio ut unius chirographi centum per Mæuium & Septicium ſibi mitterentur. quæro, an Seius, ſi Mæuio & Septicio ex trecentis quoque ſoluiſſe ſe dicat, liberatus ſit? Scæuola reſpondit, ſi nec mandauit ut ex trecentia ſolueretur, nec ſolutum ratum habuit: non eſſe liberatum. *Vndecima duplicatio eſt: Niſi cum mulier dotis nomine debitorem ſuum ſoluere iuſsiſſet, nuptiæ non fuerint ſecutæ. Hæc duplicatio approbatur l. 37. ff. de iure dotium. cuius uerba uide ſ. lib. 25. cap. 6. exception. 22. replic. 4. duplicat. 1. Concordat l. 7. §. fin autem uerè. ff. de condictione cauſſa dati. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 10. quæſtion. 2. regul. 2. exception. 8. Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione, eiúſq; duplicationibus ſint dicta.*

*Secunda replicatio eſt: Niſi ei qui uoluntate creditoris ſtipulatus eſt, ſit ſolutum. Hæc replicatio approbatur l. ult. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide ſ. repl. prox. dupl. 7.*

*Tertia replicatio eſt: Niſi creditor ſolutionem alij factam ratam habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. fin. ff. de ſolut. his uerbis:* Etſi non uero procuratori ſoluam, ratum autem dominus habeat quod ſolutum eſt: liberatio contingit. rati enim habitio mandato comparatur. *Concordat l. 49. §. ratam quoque. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. replicat. 1. in princip. Item concordat l. 58. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 7. cauſſa 21. exception. 2. Item concordat l. 71. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 23. quæſtion. 5. exception. 21. Item concordat l. 12. ibi: uel ratum habente. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. replicat. 2. in princip. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi creditor, antequam ratum haberet, adrogandum ſe dederit. quæ duplicatio approbatur l. 58. §. ſi creditor. ff. de ſolutionibus. cuius uerba uide J. d. exception. 2. replicat. 1. Altera duplicatio eſt: Niſi debitor ratam haberi ſolutionem, & liberari nolit. Hæc duplicatio reprobatur l. 23. ff. de negocijs geſtis, hiſce uerbis:* Si hac mente pecuniam procuratori dem, ut ea ipſa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorem non adquiritur: poteſt tamen creditor etiam inuito me ratum habendo pecuniam ſuam facere: quia procurator in accipiendo creditoris duntaxat negocium geſsit. Et ideo creditoris ratihabitione liberor.

*Quarta replicatio eſt: Niſi cum quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſſet, Titio ſit ſolutum. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. interdum. ff. de ſolutionibus, his uerbis:* Interdum & non procuratori rectè ſoluitur: ut puta cuius nomen ſtipulationi inſertum eſt, ſi quis ſti-

puletur: Sibi aut Titio. *Concordat l.10. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 4. quæstion. 3. exception. 1. replication. 2. Item concordat l.59. ibi: etsi à filiofamilias ff. eod. tt. his uerbis:* Si à filiofamiliâs mihi aut Titio stipulatus sim: Paulus ait, patrem posse Titio soluere, quod in peculio est: scilicet si suo, non filij nomine soluere uelit. dum enim adiecto soluitur, mihi solui uidetur. Et ideo si indebitum adiecto solutum sit, stipulatori posse condici, Iulianus putat: ut nihil intersit, iubeam Titio soluere, an ab initio stipulatio ita concepta sit. *Item concordat Instit. de inutilibus stipulationib. §. planè solutio. cuius uerba uide s. lib.17. cap. 3. exception. 26. replication. 11. in princip. Item concordat l.43. §. accessio. ff. de action. & obligation. cuius uerba uide s. lib.16. cap. 2. diuis. 8. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi adiectus postea capite sit deminutus. Hæc duplicatio approbatur l. 38. in princip. ff. de solutionibus, his uerbis:* Cum quis sibi aut Titio dari stipulatus sit: Africanus magis esse ait, ut ita demum rectè Titio solui dicendum sit, si in eodem statu maneat, quo fuit cum stipulatio interponeretur. Cæterùm siue in adoptionem, siue in exilium ierit, uel aqua & igni ei interdictum, uel seruus factus sit: non rectè ei solui dicendum. tacitè enim hæc conuentio inesse stipulationi uidetur, si in eadem caussa maneat. *Contradicit l.95. §. usumfructum. ff. eod. tt. his uerbis:* Vsumfructum mihi aut Titio dari stipulatus sum. Titio capite minuto, facultas soluendi Titio non intercidit: quia & sic stipulari possumus: Mihi aut Titio, cum capite minutus erit, dari? nam etsi furiosi uel pupilli persona adiecta sit, ita tutori uel curatori pecunia rectè dabitur. Conditionis quoque implendæ caussa rectè pecunia tutori uel curatori datur. Quod quidem Labeo & Pegasus putauerunt utilitatis caussa recipiendum. idque ita recipi potest, si pecunia in rem uel pupilli uel furiosi uersa est: quomodo si domino dare iussus, seruo dedisset, ut domino daret. *Planè propositæ duplicationis triplicatio hæc est: Nisi adiectus in meliorem statum transierit. hoc enim casu capitis deminutio solutioni non officit. quæ triplicatio approbatur exemplo emancipationis l. 56. §. qui sibi aut filio. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide s. lib.17. cap. 3. exception. 26. replication. 11. duplication. 1. triplication. 2. Altera propositæ replicationis duplicatio uidetur: Nisi creditor postea adiecto solui prohibuit. Sed hæc duplicatio reprobatur per ea quæ proposita sunt s. replication. 1. duplication. 1. triplication. 1. Tertia duplicatio uidetur: Nisi stipulanti mihi aut Titio, tu mihi te daturum respondeas. Hæc duplicatio reprobatur l.141. §. si ita stipulatus. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide s. lib.18. cap. 4. exception. 21. replication 7. Quarta duplicatio uidetur: Nisi eum sibi aut Titio quis stipulatus esset, debitor postea stipulatori constituat se soluturum. Hæc duplicatio reprobatur l.59. in princip. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si ita stipulatus sim, Mihi aut Titio dare spondes? & debitor constituerit se mihi soluturum: quamuis mihi competat de constituta actio, potest adhuc adiecto soluere. *Contradicit l. 8. ibi: quod si posteaquam. ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide J. replication. 16. duplication. 3. Quinta duplicatio est: Nisi stipulator qui sibi aut Titio dari stipulatus erat, antequam adiecto solueretur, debitum petijt. Hæc duplicatio approbatur l. 57. in fine. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si mihi aut Titio stipulatus fuero dari, deinde petam: amplius Titio solui non potest, quamuis ante litem contestatam possit. *Sexta duplicatio uidetur: Nisi pars stipulatori sit soluta. Hæc duplicatio reprobatur l. 71. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Cum decem mihi aut Titio dari stipulatus, quinque accipiam: reliquum promissor rectè Titio dabit. *Septima duplicatio uidetur: Nisi aliter adiecto quàm sibi quis sit stipulatus. Hæc duplicatio reprobatur l.14. §. stipulatus sum. ff. de solutionib. his uerbis:* Stipulatus sum mihi decem, aut hominem Titio dari: si homo Titio datus fuisset, promissor à me liberabitur: & antequam homo daretur, ego decem petere possum. *Concordat l. 98. §. mihi Romæ. ff. eod. tt. his uerbis:* Mihi Romæ, aut Ephesi Titio dari stipulor: an soluendo Titio Ephesi à me liberetur, uideamus? nam si diuersa facta sint (ut Iulianus putat) diuersa res est. Sed cum præualet caussa dandi, liberator: liberaretur enim, etsi mihi Stichum, illi Pamphilum dari stipulatus essem, & Titio Pamphilum soluisset. At ubi meum factum stipulor, puta insulam in meo solo ædificari, aut in Titij loco: nunquid si in Titij loco ædificet, non contingat liberatio? nemo enim dixit, facto pro facto soluto liberationem contingere. Sed uerius est liberationem contingere: quia non factum pro facto solui uidetur, sed electio promissoris completur. *Concordat item l.141. §. cum mihi. ff. de uerb. obligation. cuius uerba cum alijs concordantibus uide s. lib. 17. cap. 3. exception. 26. replication. 11. duplication. 2. Octaua duplicatio est: Nisi traditione adiecto facta de euictione cautum non sit, uel res euicta sit. Hæc duplicatio approbatur l.131. §. qui fundum. ff. de uerb. obligat.*

*obligat. his uerbis:* Qui fundum sibi aut Titio dari stipulatur, quamuis fundus Titio traditus sit, nihilominus perere fundum poreſt, ut sibi de euictione promittatur. nam intereſt eius: quia mandati actione fundum recepturus sit à Titio. *Concordat l. 33. in prin. ff. de solutionib. cuius uerba uide* J. *exception. 35. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi donationis caussa Titius sit adiectus. quæ triplicatio approbatur d. §. qui fundum, his uerbis:* Sed si donationis caussa Titium interposuit, dicetur traditione protinus reum liberari. *Nona duplicatio est: Nisi alij quàm adiecto uel stipulatori, sit solutum. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 81. in princip. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si stipulatus sum mihi aut Titio dari: si Titius deceſſerit, hæredi eius soluere non poteris. *Concordat l. 55. ff. de uerb. obligation. his uerbis:* Cum quis sibi aut Titio dari stipulatus est: soli Titio, non etiam successoribus eius rectè soluitur. *Aliud exemplum proponitur l. 9. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si stipulatus sum mihi aut Sticho seruo Sempronij solui: Sempronio solui non poteſt, quamuis dominus serui sit. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi uoluntate adiecti alij sit solutum. quæ triplicatio approbatur exemplo l. 91. §. usumfructum. ibi: cæterùm. ff. de solution. his uerbis:* Qui seruo dare iussus est, domino dando non aliter impleſſe conditionem intelligendus est, quàm si ex uoluntate serui dederit. Idem respondendum est in solutione, si stipulato Sempronio sibi aut Sticho Mæuij seruo decem dari, debitor Mæuio domino pecuniam soluerit. *Altera triplicatio est: Nisi cum adiectus pupillus aut furiosus esset, tutori uel curatori eius solutum sit. quæ triplicatio approbatur d. §. usumfructum. ibi: nam etsi. cuius uerba uide* ī. *duplication. 1. Decima duplicatio est: Nisi non solidum adiecto sit solutum. Hæc duplicatio approbatur l. 98. §. qui stipulatur. ibi: contra. ff. de solutionib. his uerbis:* Si mihi quinque, aut Titio decem stipulatus sim: quinque Titio solutis, non facit conceptio stipulationis, ut à me liberetur. Porrò si decem soluerit: non quinque repetit, sed mihi per mandati actionem decem debebuntur. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi cum quis à filiofamiliâs sibi aut Titio stipulatus esset, pater non solidum, sed quatenus in peculio filij est, soluat. quæ triplicatio approbatur l. 59. §. etsi à filiofamiliâs. ff. de solutionibus. cuius uerba uide* ī. *ead. replication. in princip. Hæc de quarta replicatione, eius'que duplicationibus sint dicta. Sed & omnes ferè exceptiones aduersus solutionem hic duplicationum loco repeti possunt.*

*Quinta replicatio est: Nisi ei cui quis stipulatus est, solutum sit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi pater filio quem habet in potestate, stipulatus sit. huic enim non rectè soluitur. quæ duplicatio approbatur l. 56. §. qui sibi aut, in fine. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide* ī. *lib. 37. cap. 3. exception. 16. replication. 11. duplication. 1. triplication. 2. Altera duplicatio est: Nisi inutiliter alteri cui solutum est, stipulatio sit facta. quæ duplicatio approbatur l. 116. §. Chrysogonus. ibi: sed quod patrono. ff. de uerb. obligation. cuius uerba uide* ī. *lib. 38. cap. 9. regul. 5. exception. 1. Concordat l. 118. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide* J. *replication. 16. duplication. 2. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi quis dotem alteri reddi stipulatus uel pactus sit. hoc enim casu, quamuis actio non competat, solutio tamen alteri facta utilis est. quæ triplicatio approbatur l. 45. in fine. ibi: sed dicendum. ff. soluto matrimon. cuius uerba uide* ī. *lib. 15. cap. 7. reg. 5. except. 3. Concordat l. 82. §. fin. ff. de solutionib. cuius uerba uide* ī. *replicat. 1. dupl. 1.*

*Sexta replicatio est: Nisi procuratori creditoris sit solutum. Hæc replicatio approbatur l. 12. in princip. ff. de solution. his uerbis:* Vero procuratori rectè soluitur. uerum autem accipere debemus eum cui mandatum est uel specialiter, uel cui omnium negociorum administratio mandata est. *Huius replicationis ratio proponitur l. 34. §. si Titium, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide* J. *duplication. 2. Concordat l. 49. ibi: uel procuratori. ff. eod. tit. cuius uerba uide* ī. *replication. 1. in prin. Item concordat l. 11. ff. de pactis. cuius uerba uide* ī. *lib. 17. cap. 6. exception. 6. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi procuratori mandatum non sit, ut uel pecuniam exigeret, uel uniuersa negocia administraret. Hæc duplicatio elicitur ex uerbis d. l. 12. iam propositis hisce:* Verum autem accipere debemus, &c. *Concordat l. 34. §. si nullo. ff. de solutionib. cuius uerba uide* ī. *ead. exception. in princip. Altera duplicatio est: Nisi procurator negocia gerere à domino fuerit prohibitus. Hæc duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio hæc est: Nisi debitor soluens ignorauit procuratorem prohibitum esse. quæ triplicatio approbatur d. l. 34. §. si Titium, his uerbis:* Si Titium omnibus negocijs meis præposuero, deinde uetuero eum ignorantibus debitoribus administrare negocia mea: debitores ei soluendo liberabuntur. Nam is qui omnibus negocijs suis aliquem præponit, intelligitur etiam debitoribus mandare, ut procuratori sol-

uant. *Concordat l. 51. ff. eod. tt. his uerbis:* Diſpenſatori qui ignorante debitore remotus eſt ab actu, rectè ſoluitur: ex uoluntate enim domini ei ſoluitur, qoam ſi neſcit mutatam qui ſoloit, liberatur. *Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſ. replication. 1. duplication. 2. triplication. 1. ubi etiam huius triplicationis uide quadruplicationes.* *Tertia duplicatio eſt: Niſi litis procuratori ſit ſolutum.* *Hæc duplicatio approbatur l. 86. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Hoc iure otimur, ut litis procuratori oon rectè ſoluatur. Nam & abſurdum eſt, cui iudicati actio non datur, ei aote rem iudicatam ſolui poſſe. *Huius triplicatio hæc eſt: Niſi ſpecialiter & ad hoc datus ſit, ut ei ſolui poßit. quæ triplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Si tamen ad hoc datus ſit, ut & ſolui ei poſſit: ſoluendo ei liberabitur. *Plura de replicat. propoſita uide J. lib. prox. cap. 7. cauſſa 11. except. 1.*

*Septima replicatio eſt: Niſi creditor ab alio cui ſolutum eſt, pecuniam receperit. quæ replicatio approbatur l. 34. §. ſi prædo. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si prædo id quod à debitoribus hæreditarijs exegerat, petenti hæreditatem reſtituerit: debitores liberabuntur. *Concordat l. 18. ff. eod. tt. his uerbis:* Debitores ſoluendo ei qui pro tutore negocia gerit, liberantur, ſi pecunia in rem pupilli peruenerit. *Item concordat l. 61. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 38. cap. 5. exception. 36. replication. 1. Item concordat l. 25 §. certè ſi minore. ibi: ſed etſi id. ff. de petit. hæred. his uerbis:* Si id quod à debitoribus exegit poſſeſſor, petitori hæreditatis ſoluit: poterit dici liberari debitores. Iulianus libro quarto Digeſtorum ſcribit, ſiue etiam bonæ fidei poſſeſſor, ſiue prædo fuit, qoi debitum ab his exegerat: ipſo iure eos liberari. *Concordat item l. 31. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Quod poſſeſſori hæreditatis ſolutum eſt, ſi reſtituerit, Caſſius ſcribit & Iulianus libro VI. liberari ipſo iure debitores. *Item concordat l. 12. §. ſi mandauero. ibi: quod ſi mandaueris. ff. mandati. cuius uerba uide ſ. lib. 43. cap. 12. quæſtion. 3. except. 17. in princip.*

*Octaua replicatio eſt: Niſi creditori creditoris ſit ſolutum. Hæc replicatio approbatur l. 6. ff. de doli mali exception. his uerbis:* Si creditori eius nomeratam pecuniam, ratam creditor non habeat: exceptione doli mali remooebitur. *Huius ratio proponitur l. 115. in princip. ff. de regul. iuris, in hæc uerba:* Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt uideri accepiſſe. *Exemplum huius replicationis proponitur l. ſi liber. 35. in fine. ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ. lib. 44. cap. 5. quæſtion. 4. cauſſa 12. Aliud exemplum proponitur l. 11. §. ſolutam. ibi: unde ſi domum. ff. de pignor. actione. cuius uerba uide ſ. lib. 40. cap. 4. cauſſa 1. exception. 2. replication. 5. Aliud exemplum proponitur l. 20. §. 1. ff. de bonis libertorum, his uerbis:* Si Titio legatum fuiſſet, eiusque fidei commiſſum, ut patrono reſtitueret: denegatur legatorum actio Titio, ſi patrono pro debita parte à ſcripto hærede erit ſatisfactum. *Aliud exemplum proponitur l. 16. ff. de doli mali exception. cuius uerba uide ſ. replication. 1. duplication. 3. Aliud exemplum proponitur l. 66. in prin. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide d. replicat. 1. duplicat. 2. Aliud denique exemplum proponitur l. 15. in princip. ff. de ſtatuliberis. cuius uerba uide ſ. lib. 19. cap. 9. exception. 38. replication. 11.*

*Nona replicatio eſt: Niſi tutori uel curatori creditoris ſit ſolutum. Hæc replicatio approbatur l. 49. §. tutori quoq;. ff. de ſolution. cuius uerba uide ſ. repl. 1. in prin. Concordat l. 45. §. tutelæ. ibi: Paulus reſpondit. ff. de adminiſtr. tutor. cuius uerba uide ſ. lib. 18. cap. 9. except. 27. repl. 1. Item concordat d. l. 45. §. fin. cuius uerba uide ſ. lib. 18. cap. 3. officio 5. reg. 10. Item concordat l. 100. ibi: Paulus reſpondit. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide J. duplication. 12. Item concordat l. 14. §. curatori quoque. ff. eod. tt. his uerbis:* Curatori furioſi rectè ſoluitur: item curatori non ſufficientis ſibi uel per ætatem, uel per aliam iuſtam cauſſam. Sed & pupilli curatori rectè ſolui conſtat. *Item concordat l. 65. ff. eod. tt. his uerbis:* Si filia furioſi à uiro dioerterit: dicendum eſt, adgnato curatori uoluntate filiæ, uel filiæ conſentiente adgnato, dotem rectè ſolui. *Planè huius replicationis plures ſunt duplicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi ei qui inutiliter tutor datus eſt, uel qui pro tutore negocia gerit, cum tutor non ſit, ſolutum ſit. Hæc duplicatio approbatur exemplo matris l. liberto. 30. §. quanquam. ibi: uel debitorem. ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ſ. lib. 5. cap. 6. quæſtion 4. exception. 6. repl. 1. duplication. 1. Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi ex eo contractu qui cum pro tutore factus eſt, ſolutum ſit. Hæc triplicatio approbatur l. 88. ff. de ſolution. his uerbis:* Filiæ inteſtato patri hæredis negocia mater geſſit, & res uendendas per argentarios dedit, idque ipſum codice conſcriptum eſt. Argentarij uniuerſum redactum uenditionis ſoluerunt: & poſt ſolutionem nouem ferè annis, quidquid agendum erat nomine pupillæ, mater egit, eamque marito nuptui collocauit, & res ei tradidit. Quæſitum eſt, an puella cum argentarijs aliquam actionem habeat: quoniam non ipſa ſtipulata ſit pretium rerum quæ in uenditionem da-

tæ

tæ sunt, sed mater. Scæuola respondit: Si de eo quæreratur, an inte ea solutione argentarij liberati essent: respondeo, inte liberatos. *Huius triplicationis quadruplicatio hac est: Nisi debitores scinerint precium ad pupillum pertinuisse, eumq; cum quo contraxerint, ius administrandi non habuisse. Quæ quadruplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Claudius. Subest enim illa ex iurisdictione pendens quæstio, an precia rerum quæ sciabant esse pupillæ, bona fida soluisse uidaantur matri, quæ ius administrationis non habebat? Idaoque si hoc sciebant, non libarentur, scilicet si mater soluando non sit. *Huius quadruplicationis quintuplicatio est: Nisi protutor sit soluendo. Quæ elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Scilicet si matar soluendo non sit. *Altera triplicatio est: Nisi pecunia protutori in solutum data, in rem pupilli peruenerit. Quæ triplicatio approbatur l.28. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. replicatione 7. Altera duplicatio est: Nisi tutori remoto, uel ei qui aliàs tutor esse desijt, solutum sit. Hæc duplicatio approbatur l.14. §. quòd si remoto. ff. d. tit. his uerbis:* Quòd si remoto tutori soluerit aut qui tutor esse desierat: non liberabitur. *Tertia duplicatio est: Nisi ei cui à Prætore administratio est interdicta, solutum sit. Hæc duplicatio approbatur d.l.14. §.1. ibi: nisi interdicta. cuius uerba uide s. duplicatione 8. Quarta duplicatio est: Nisi suspecto postulato solutum sit. Hæc duplicatio approbatur d. §. 1. ibi: idem dico etsi. cuius uerba uide d. duplicatione 8. Quinta duplicatio est: Nisi tutori capitis reo postulato solutum sit. Hæc duplicatio reprobatur l.45. §. fin. ff. dicto titulo, his uerbis:* Vlpianus respondit, perseueranti tutori in tutelæ administratione, licet capitis reo, potuisse id quod pupillo bona fida dabetur, exolui. *Sexta duplicatio est: Nisi tutori, in cuius locum curator erat substituendus, solutum sit. Hæc duplicatio reprobatur l.14. §. quid ergo. ff. de solutionibus, his uerbis:* Quid si soluit ei, in cuius locum curator erat constituendus: utputa relegato in parpetuum, uel ad tempus? Dico, si antè soluit, quàm substitueretur curator, oportere liberari. Sed & qui absfuturo caussa reipub. soluit, rectè soluit: quinimò etsi absenti: si modò non est alius in loco eius substitutus. *Septima duplicatio uidetur: Nisi tutori reipub. causa absenti solutum fit. Hæc duplicatio reprobatur sub conditione uerbis iam propositis hisce:* Quinimò etsi absenti, &c. *Octaua duplicatio, sumpta ex causa propter quam tutor datus est is cui solutũ est, reprobatur d.l.14. §. 1. his uerbis:* Sunt quidam tutores qui honorarij appellantur, sunt qui rei noticiæ gratia dantur, sunt qui ad hoc dantur ut gerant: & hoc uel pater adijcit, ut unus (puta) gerat: uel uoluntate tutorum uni committitur gestus, uel Prætor ita decernit. Dico igitur, cuicunque ex tutoribus fuerit solutum, etsi honorarijs (nã & ad eos periculum pertinet) rectè solui: nisi intardicta eis fuerit à Prætore administratio, nam si interdicta est, non rectè soluitur. Idẽ dico, etsi sciens quis suspectis postulatis soluat: nã his interim uidatur interdicta administratio. *Cõcordat d.l.14. §. et qui, his uerbis:* Ei qui noticiæ gratia datus est, an rectè soluatur, uidendum est: quia ad instruẽdos contutores datur? Sed cum tutor sit, nisi prohibitum fuerit ei solui, puto liberationem contingere. *Nona duplicatio, sumpta ex causa ex qua tutor efficitur, reprobatur d.l.14. §. siue autem, his uerbis:* Siue legitimi sint, siue testamentarij, siue ex inquisitione dati: rectè uel uni soluitur. *Decima duplicatio uidetur: Nisi uni tantùm ex pluribus tutoribus solutum sit. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Rectè uel uni soluitur. *Concordat d.l.14. § 1. cuius uerba uide s. duplicatione 8. Concordat item l. 7. §. fin ff. de curator. furioso & alijs. cuius uerba uide s. lib. 12. cap. 7. quæst. 2. reg. 1. except. 11. Planè admittitur duplicatio proposita primùm quidem, si alter tutorum præsens solui prohibeat. Quæ distinctio approbatur d. §. fin. Deinde admittitur duplicatio proposita, si tutores ita dati sint, ut omnia omnes simul gerant, nec ab uno gestum sine altero ratum esset. Quæ distinctio approbatur l.46. in prin. ff. de administratione tutorum, his uerbis:* Titium & Mæuium tutores quis dedit, & cauit ita: *Βούλομαι καὶ παρακαλῶ πάντα γίνεσθαι μετὰ τῆς Μαιβίου τοῦ ἀδελφοῦ μου γνώμης· δίχα αὐτοῦ τὸ γιγνόμενον, ἄκυρον ἔστω.* id est: Volo efflagitoque, ut omnia ex sententia ac cõsilio Mæuij fratris mei gerantur: quodque sine ipso gestum erit, irritum esto. Titius solus à debitoribus exegit: an liberati essent, quæritur? Scæuola respondit, si & administrationem Mæuio dedisset: non rectè solutum. *Vndecima duplicatio est: Nisi cum sub conditione hac, Si pupillo uel furioso dedisset: quid relictum esset, tutori uel curatori conditionis implendæ caussa sit datum. Hæc duplicatio reprobatur l.68. ibi: & quid inquit. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. capite prox. exceptione quinta, replicatione sexta. Concordat l. 91. §. usumfructum. ibi: nam etsi furiosi. ff. eodem titulo. cuius uerba uide s. replicatione quarta, duplicatione 1. in prin. Planè admittitur duplicatio proposita, si datum in rem pupilli uersum non sit. Quæ distinctio approbatur d. §. usumfructum. ibi: idq; ita recipi potest.*

*Duodecima duplicatio est: Nisi tutori rerum prouincialium ex contractu Italico sit solutum. Haec duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 100. ff. de solutionibus, his uerbis:* Quaero, an curatoribus uel tutoribus in prouincia datis, Romae pecunia solui possit, quae in prouincia ita ab his foenerata esset, ut Romae soluetur: cum ijdem curatores uel tutores rerum Italicarum administrationem non sustinaant: an si soluerit debitor, liberetur? Paulus respondit, tutoribus his uel curatoribus rectè pupillo pecuniam debitam solui, qui negocia eius administrant. Eos autem qui prouincialium rerum curatores uel tutores sunt, Italica nagocia administrare non solere: nisi specialiter tutores prouincialium rerum, ut sibi Romae res redderet, promitti curauerunt. *Huius duplicationis triplicatio haec est: Nisi prouincialium rerum tutores, ut sibi in Italia soluetur, pacti sunt: hoc enim casu, quamuis ibi quisque contraxisse uideatur, ubi se soluturum constituit:* a *tamen rectè eis in Italia soluitur. Quae triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi specialiter tutores, &c. *Decimatertia duplicatio est: Nisi sententia iudicis, ut tutori soluatur, non praecesserit. Haec duplicatio approbatur l. 25. C. de administ. tutor. his uerbis:* Sancimus, creatione tutorum & curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum uel adultorum ad eos solutionem facere: ita tamen, ut prius sententia iudicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit. Quo subsecuto, si & iudex hoc pronunciauerit, & debitor persoluerit: sequitur huiusmodi caussam plenissima securitas, ut nemo in posterum inquietetur. Non enim debet quod ritè & secundum leges ab initio actum est, ex alio euentu resuscitari. *Concordat Inst. quibus alienare licet. §. at ex contrario. ibi: sed hoc etiam, his uerbis:* Hoc euidentissima ratione statutum est in constitutione, quam ad Caesarienses aduocatos ex suggestione Triboniani uiri eminentissimi, quaestoris sacri palatij nostri, promulgauimus: qua dispositum est, ita licere tutori uel curatori debitorem pupillarem soluere, ut prius iudicialis sententia sine omni damno celebrata hoc permittat. quo subsecuto, si & iudex pronunciauerit, & debitor soluerit: sequitur huiusmodi solutionem plenissima securitas. Sin autem aliter quàm disposuimus, solutio facta fuerit: pecuniam autem saluam habeat pupillus, aut ex ea locupletior factus sit, & adhuc eandem pecuniae summam petat: per exceptionem doli mali poterit submoueri.

a l. 20. ff. de action. & obligat.

Quòd si malè consumpserit, aut furto aut ui amiserit: nihil proderit debitori doli mali exceptio, sed nihilominus condemnabitur: quia temerè sine tutoris authoritate, & non secundum nostram dispositionem soluerit. *Huius duplicationis triplicatio prima haec est: Nisi pupillus pecunia in solutum accepta locupletior sit factus. Quae triplicatio approbatur uerbis Inst. iam propositis hisce:* Sin autem aliter quàm disposuimus, &c. *de qua re uide plura s. cap. prox. except. 5. repl. 2. Altera triplicatio est: Nisi non sortis, sed usurarum, pensionum uel redituum solutio fiat: haec enim etiam sine iudiciali sententia procedit. Quae triplicatio approbatur d. l. 25. §. non autem, his uerbis:* Non autem hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quae uel ex reditibus, uel ex pensionibus, uel alijs huiusmodi causis pupillo uel adulto accedunt: sed si extraneus debitor ex foeneraticia forsitan cautione, uel alijs similibus causis solutionem facere, & se liberare desiderat: tunc enim eam subtilitatem obseruari censemus. *Huius triplicationis quadruplicatio prima est: Nisi non unius aut alterius, sed plurium annorum pensiones & usurae simul soluantur. Altera quadruplicatio est: Nisi centum solidorum quantitatem excedant pensiones & usurae soluendae. Hae duae quadruplicationes approbantur d. l. 27. C. d. tt. his uerbis:* Constitutionem quam nuper fecimus, disponentes quemadmodum debeant solutiones in contractibus minorum caussa fieri ex reditibus, siue ex pensionibus, siue ex alijs similibus casibus, etiam in usuras extendimus: quae tamen non summatim neque ex multis annis collectae iam debeantur, biennales metas, & centum solidorum quantitatem minimè excedantes. *Decimaquarta duplicatio est: Nisi pecunia tutori uel curatori soluta, minori non sit salua. Haec duplicatio approbatur, caussa tamen cognita, l. 1. C. si aduersus solutionem, cuius uerba uide 3. lib. 4. cap. 4. quaest. 4. caussa 9. Hactenus de nona replicatione eiusque duplicationibus sit dictum.*

*Decima replicatio est: Nisi seruo creditoris actori pecunijs exigendis praeposito sit solutum. Haec replicatio approbatur l. 19. C. de solutionibus, his uerbis:* Si actore tam mutuis dandis pecunijs, quàm debitis recipiendis praeposito, in hoc quod susceperas eiusdem dominae per ipsum fecisti satis: instrumentum inane solutione celebrata nihil tibi nocere potest. aliter enim soluentes seruo de domini actione liberari minimè possunt. *Concordat l. 49. ibi: uel seruo actori. ff. eodem titulo. cuius uerba uide 5. repl. in prin. Huius replicationis duplicatio prima*

*prima hæc est: Nisi ab actu remoto solutum sit. Quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio hæc est: Nisi debitor soluens eum remotum esse ignorauit. Quæ triplicatio approbatur l. 51. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. repl. 6. dupl. 2. Altera duplicatio est: Nisi seruo, dum est in fuga, solutum sit. Hæc duplicatio approbatur l. 34. §. & cùm fugitiuus, ff. de solutionibus, his uerbis:* Cum fugitiuus qui pro libero se gerebat, rem uendidisset: responsum est, emptores fugitiuo soluentes à domino liberatos non esse. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi debitor ignorauit seruum fugitiuum esse. Quæ triplicatio approbatur l. 19. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis:* Fugitiuus meus, cùm pro libero se gereret, nummos mihi subreptos tibi credidit: obligari te mihi, Labeo ait. Sed si eum liberum existimans solueris ei: liberari te à me. Sed si alij soluisses iussu eius, uel is ratum habuisset: non liberari. quia priore casu mei nomi facti essent, & quasi mihi solutum intelligeretur. Et ideo seruos meus, qui peculiari nomine crediderit, exigendo liberabit debitorem: delegando autem uel nouando non idem consequetur. *Tertia duplicatio est: Nisi seruo manumisso uel alienato sit solutum. Hæc duplicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius triplicatio prima hæc est: Nisi debitor soluens ignorauit seruum manumissum uel alienatum esse. Quæ triplicatio approbatur l. 11. in fine. ff. depositi. cuius uerba uide s. lib. 39. cap. 7. quæst. 3. except. 10. repl. 2. Concordat l. 18. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si quis seruo pecunijs exigendis præposito soluisset post manumissionem: siquidem ex contractu domini, sufficiet quòd ignorauerit manumissum. Quòd si ex caussa peculiari: quamuis sciens manumissum, si tamen ignorauerit ademptum ei peculium, liberatus erit. Vtroque autem casu manumissus, si interuertendi caosa id fecerit, furtum domino facit. Nam etsi debitori meo mandauero, ut Titio pecuniam solueret, deinde Titium uetuero accipere, idque ignorans debitor Titio simulanti se procuratorem soluerit: & debitor liberabitur, & Titius furti actione tenebitur. *Concordat item Inst. de mandato. §. & huic simile. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 12. quæst. 1. except. 18. repl. 2. Altera triplicatio est: Nisi ex peculiari causa debitor manumisso soluit. Hæc triplicatio approbatur uerbis d. l. iam propositis hisce:* Quòd si ex causa peculiari: quamuis sciearit manumissum, &c. *Concordat l. 32. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 9. distinct. 1. Concordat item l. 35. ff. eod. tit. his uerbis:* Quod seruus ex peculio suo credidisset, aut deposuisset: id ei, siue uenisset, siue manumissus esset, rectè solui potest: nisi aliqua caussa intercederet, ex qua intelligi posset, inuito eo, cuius tunc seruus fuisset, ei solui. Sed etsi quis pecuniam dominicam ab eo fœneratus esset, si permissu domini seruus negocium dominicum gessisset, idem iuris est. Videri enim uoluntate domini eos qui cum seruo negotium contraherent, & ab eo accipere, & ei soluere. *Concordat item l. 13. §. fin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Si seruo qui mutuam mihi pecuniam dederat, manumisso soluam: liberor. *Item concordat l. 3. ff. de manumissionibus quæ seruis. cuius uerba uide s. lib. 19. cap. 10. quæst. 13. reg. 6. in prin. Huius triplicationis quadruplicatio est: Nisi debitor soluens sciuerit manumisso uel alienato peculiũ ademptũ. Quæ quadruplicatio approbatur uerbis d. l. 18. s. tripl. prox. propositis hisce:* Si tamen ignorauerit ademptum ei peculium. *Concordat d. l. 32. ibi: cum ignoraret. Quarta propositæ replicationis duplicatio est: Nisi conditionis implendæ causa domino dare iussus, seruo eius dederit. Hæc duplicatio approbatur l. 44. in prim. ibi: contrà qui. ff. de condit. & demonstrat. cuius uerba uide s. lib. 34. cap. 5. membr. 3. de condit. impleta, except. 7. repl. ult. Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi consentiente domino, seruo eius detur. Quæ triplicatio approbatur d. uers. contrà qui. Altera triplicatio est: Nisi pecunia seruo soluta in rem domini sit uersa. Quæ triplicatio approbatur l. 95. §. usumfructũ. ibi: idq; ita recipi. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. repl. 4. dupl. 1. in prin. Hæc de decima replicatione eiusq; duplicationibus sunt dicta. Sed & plures huiusmodi duplicationes uide s. cap. prox. except. 9. distinct. 1. cum sequentibus.*

*Vndecima replicatio est: Nisi seruo creditoris ex caussa peculiari sit solutum. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt d. except. 9.*

*Duodecima replicatio est: Nisi filiofamiliâs creditoris ex caussa peculiari solutum sit. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap. prox. except. 8.*

*Decimatertia replicatio est: Nisi marito creditricis solutum sit. Hæc replicatio reprobatur l. 11. C. de solutionibus, his uerbis:* Cum maritum tuum à debitoribus tuis, minoris uigintiquinque annis constitutæ, uelut ex caussa tibi debiti aliquas accepisse quantitates, nec tamen te consensum accommodasse significes: nullum tibi præiudicium potuit fieri, nisi factam solutionem post maiorẽ ætatem ratam feceris.

*Decimaquarta replicatio est: Nisi eùm substituto solutũ esset, instituto adhuc deliberãte: hereditas postea ad substitutũ sit deuoluta. Hæc replicatio approbatur l. 96. §. fin. ff. de solut. his uerbis:* Cũ institutus

tus deliberaret, substituto pecunia per errorem soluta est: ad eum hæreditate postea deuoluta, causa condictioois euanoscit. Quæ ratio facit, ut obligatio debiti soluatur.

Decimaquinta replicatio est: Nisi alij tanquam hæredi solutum sit, adita ab eo hæreditate: hoc enim casu, quamuis postea aduersus aditionem in integrum restituatur, nihilominus debitor per solutionem ei factam uidetur liberatus. Hæc replicatio approbatur l.90.ff. de solutionibus, his uerbis: Filius qui admioistrabat ut hæres paterna booa, pecuniam ex his Sempronio motuam dedit, & eandem particulatim recepit: deinde se abstinuit, quia minor anoia erat, ab ea hæreditate. quæsitum est, curator bonorum patris coostitutus, an aduersus Sempronium utilem actionem habeat? Scæoola respondit, nihil proponi cur non is qui soluisset id quod motuom iam ita acceperat, liberatus esset. Planè replicatio proposita in eo tantùm debito, quod cum eodem cui solutio facta est, contractum sit, locum habet: ut patet ex uerbis iam propositis hisce: Qui soluisset id quod mutuum iam ita acceperat. In alijs autem hæreditarijs debitis solutio huic possessori hæreditatis facta prodesse debitori non uidetur, nisi is quod ei solutum est, uero hæredi restituerit: ut patet ex ijs quæ proposita sunt s. repl.7.

Decimasexta replicatio est: Nisi alij cui solutum est, æquè actio competebat, ac ei qui nunc agit, quiq; exceptione proposita utitur. Hæc replicatio approbatur exemplo duorum reorum stipulandi, Institut. de duobus reis stipul.§ ex huiusmodi. cuius uerba uide s. libro 18. capite 12. reg.2. in prin. Concordat l.2.ff.eod.tt. cuius uerba uide d.reg.2.in prin. Item concordat l.3. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide d.reg.2.in prin. Item concordat l.31.§.si duo. ibi: ferè autem.ff.de nouat. cuius uerba uide J. capite 14. exceptione 5. Aliud exemplum proponitur in duobus, quibus noxalis actio competit: hoc enim casu occupantis melior est conditio, ut si uni ex ijs prius ad sententiam peruenienti seruus noxæ deditus sit, dominus ab altero etiam liberetur. Quod exemplum proponitur l.14. in prin.ff. de noxalibus actionibus. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 3. quæstione 2. exceptione 15. repl.11. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi eius actio cui solutum est, per exceptionem potuit elidi. Hæc duplicatio approbatur exemplo l.118. in prin.ff. de uerb. oblig. his uerbis: Si duo rei stipulandi ita extitissent, ut alter utiliter, alter inutiliter stipularetur: ei qoi non habet promissorem obligatum, non rectè soluitur: quia non alterioa nomine ei soluitur, sed suæ obligationis, quæ nulla est. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi cum Titius & Seius decem aut Stichum, qui Titij est, stipulati essent: Titio decem sint soluta. hoc enim casu, quamuis Titius Stichum tanquam rem suam inutiliter erat stipulatus: solutio tamen ei facta etiam alterius actionem peremit. Quæ triplicatio approbatur l.15.§.item ait. ff. de duobus reis constituen. cuius uerba uide s. libro 18. capite 12. reg.2. exceptione 11. Altera duplicatio est: Nisi cum ex duobus, quibus eadem competit actio, unus rem in iudicium deduxisset, alteri postea soluatur. Quæ duplicatio approbatur l.16. ff. d.tt. his uerbis: Ex duobus reis stipulandi si semel unus egerit, alteri promissor offerendo pecuniam nihil agit. Concordat l.9. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. libro 18. capite 7. reg.5. Item concordat l.57. in fine.ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. repl.4. dupl.5. Tertia duplicatio est: Nisi cum ex duobus quibus eadem competit actio, uel solui potest, uni constitutum esset, alteri postea soluatur. Hæc duplicatio approbatur l.8. cum duabus legibus sequentibus. ff. de constituta pecunia, his uerbis: Si mihi aut Titio constitueris te soluturum: mihi comparit actio. Quòd si posteaquam soli mihi te soluturum constituisti, solueris Titio: nihilominus mihi teneberis. Titius tamen indebiti condictione tenebitur, ut quod ei perperam solutom est, ei qui soluit reddatur. Idem est, etsi ex duobus reis stipolandi post alteri constitutum, alteri postea solutum est: qoia loco eius cui iam solotum est, haberi debet is cui constituitur. Quarta duplicatio est: Nisi cum singulis non in solidum, sed pro parte competeret actio, uni ex ijs solidum sit solutum: hoc enim casu alter postea agens proposita replicatione non repellitur. Quæ duplicatio approbatur exemplo hæredum, quibus singulis non nisi pro parte hæreditaria competit actio: ut ostensum s. libro 36. capite 15. reg.7. exceptione 8. ubi huius etiam duplicationis uide triplicationes, item s. libro 19. capite 7. quæstione 3. exceptione 10. repl. 8. Hactenus de exceptionibus aduersus solutionem, desumptis ex persona tam soluentis, quàm eius cui solutio facta est. Sequitur tertium genus, earum scilicet exceptionum quæ sumuntur ex re in solutum data.

## DE EXCEPTIONIBVS aduersus solutionem, desumptis ex re in solutum data.

### Cap. IX.

XIII. Exceptio: Nisi aliud pro alio sit solutum. Hæc exceptio approbatur l.2.§.mutui, in fine. ff. si certum petatur, his uerbis: Aliud pro alio inuito creditori solui non potest. Concordat l.91.§.Rome. ibi: nemo enim. ff. de solu-

*de solutionibus. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. repl. 4. dupl. 7. Concordat item l. 50. ff. eod. tt. his uerbis:* Si cũ aurũ tibi promisissem, ignoráti quasi aurum æs soluerim: non liberabor. Sed nec repetam hoc quasi indebitum solutum, quod sciens feci, petentem tamen aurum exceptione submouebo, si non reddas æs quod accepisti. *Item concordat l. 16. C. de solutionib. his uerbis:* Eum à quo mutuam pecuniam sumpsisti, in solutum nolentem suscipere nomen debitoris tui, compelli iuris ratio non permittit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi consentiente creditore aliud pro alio sit solutum. Hæc replicatio approbatur Inst. quib. mod. tollitur obligat. in prin. cuius uerba uide ĩ. cap. 6. quæst. 2. reg. 1. Concordat l. 17. C. de solutionib. cuius uerba uide ĩ. cap. 7. except. 1. in prin. Huius exemplum proponitur l. 20. C. d. tt. his uerbis:* Si operas certi serui in debitum compensare placuit: his secundum fidem conuentionis præstitis, de mancipio restituendo pacti tenor seruari debet. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi id quod in solutum datum est, sit euictum. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur J. except. 15. Altera duplicatio est: Nisi nomine debitoris in solutum dato, debitor desierit esse soluendo. Hæc duplicatio reprobatur l. 96. §. soror. ff. de solutionib. cuius uerba uide ĩ. lib. 9. cap. 5. except. 30. Tertia duplicatio est: Nisi cum conuenisset ut aliud pro alio solueretur: creditor antequam solutum esset, id quod ab initio debebatur in iudicium deduxerit. hoc enim casu debitor aliud de quo cõuenit offerendo non liberatur. Quæ duplicatio (teste Accursio) approbatur l. 57. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si quis stipulatus fuerit decem in melle: solui quidẽ mel potest antequam ex stipulatu agatur. Sed si semel actum sit, & petita decem fuerint: amplius mel solui non potest. Item si mihi aut Titio, &c. *reliqua uerba, similem casum proponentia, uide ĩ. cap. prox. repl. 4. dupl. 5. Quarta duplicatio est: Nisi pro pecunia debita res immobilis maioris precij, quasi plus debeatur, soluta sit. Quæ duplicatio approbatur l. 26. §. si certum. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 6. quæst. 1. reg. 2. except. 2. Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi cum creditor aliud pro re debita stipulatus esset, debitor postea ipsum quod ab initio debebatur, obtulerit: hoc enim casu liberatur, quamuis aliud pro eo stipulanti creditori promisisset. Quæ replicatio approbatur exemplo dotis l. 45. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Quamuis stipulanti uxori uir spoponderit, dirempto matrimonio prædia quæ doti erant obligata, in solutum dare: tamen satis esse offerre dotis quantitatem. *Tertia replicatio est: Nisi debitor pecuniam numeratam non habens, pro ea res soli in solutum dare sit paratus. Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 4. §. quod autem consequitur, his uerbis:* Si quis fidem & facultates mutuantis secutus aurum credat, cui ad solutionem non aurum, sed tantùm res immobilis suppetat: creditor autem urgeat, & omnino aurum efflagitet, tametsi neque aurum, neque ulla res mobilis in parato sit: liberum creditori per nos fuerit, si uelit uel immobiles res pro auro capere. Certè si nemo qui res eius immobiles compararet, adsit, creditore subinde rumores spargente, pignori nexa esse bona eius cui mutuum dederit, eaque re ad emptionem accedere uolentes deterrente: tunc in hac quidẽ alma urbe gloriosissimi reipub. nostræ proceres, pro modo iurisdictionis unicuique à lege & nobis assignatæ, in prouincijs uerò gentium præsides procurent, ut exacta rerum debitoris æstimatione inita, creditoribus res immobilis pro portione debiti cum cautione, qualem debitor dare poterit, addicatur. Cæterùm in addictione earum rerum talis processus sit: quæ quidem meliores & præstantiores erunt, has addicat creditori: quæ uerò deteriores, eas post solutionem debiti patiatur residere apud debitorem. Neque enim iustum fuerit, ut qui aurum mutuum dedit, aurum autem recipere nequit, sed possessionem immobilem agnoscere compellitur: non item præstantiores debitoris res percipiat, & per hoc saltem se consoletur, quòd quamuis aurum non recepit, aut eorum aliquid quæ asportari possunt, possessionem tamen sibi habere licet haud despicabilem. Atque in hoc quidem perspicua quædam legis humanitas elucet, agnoscantque creditores, quòd ipsa necessitatis ratio rem eò perductura fuisset, tametsi hanc legem non perscripsissemus: Nam nec debitor pecuniæ indigens, emptoresue non inueniens, quidquam aliud facturus erat, quàm ut bonis cederet: & consequenter rursus ad creditorem res peruenissent, creditam pecuniam recipere nequeuntem. Vnde quod tam creditori quàm debitori cum contumelia & amarulento effectu accidisset, id nos cum summa humanitate, & ut legislatorẽ decet, temperantes, & aduersa fortuna oppressis debitoribus opem ferimus, & neque asperrimis creditoribus incommodi uideri possumus, id illis iniungentes, ad quod, si pergant minus dicto audientes esse, omnino ipsi deuenturi sint. Sanè si creditor paratus sit aliquem perquirere qui emat, necessitatem habeat debitor hoc

facere,

facere, arbitrio iudicis oblata cautiõe, qualem pro sua dare poterit. Ita enim undiq; creditorum commodia prospiciendũ est, ne nllo debitores modo grauentur. Creditoram autem ueteres secuti leges constituimus, quicunque actionem cõtra aliquẽ habere potest, etsi non mutuum contractũ, sed aliud genus contractus subsistat: ut tamen ea quæ argenti distractores constituerint, propter utilitatem illorum cõtractuum in suo ordine permaneant. *Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi res ipsa quæ debetur, præstari non poßit. tunc enim æstimationem aius præstando debitor liberatur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.16. cap.8. reg.3. item lib.12. cap.3. reg.15. Quinta replicatio est: Nisi tignum ædibus iunctum uindicetur: hoc enim casu, si debitor duplum præstiterit, est absoluendus. de qua re uide s̄. lib.47. cap. 13. Sexta replicatio est: Nisi creditor id quod accepit, non restituat. Quæ replicatio approbatur l.50. in fine. ff. de solution. cuius uerba uide s̄. ead. except. in prin. Septima replicatia est: Nisi parte bonorum legata, hæres æstimationem offerat, uel tertas res ex bonis, non singularum rerum partes: hoc enim casu liberatur, quamuis non partem legatam, sed aliud soluat. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.32. cap.3. reg.15. except.2.*

XIIII. Exceptio: *Nisi alterius formæ numi, quàm accepti sunt, in solutum dentur. Hæc exceptio approbatur sub conditione l. 99. ff. de solutionibus, his uerbis:* Paulus respondit, creditorem non esse cogendum in aliam formam numos accipare, si ex ea re damnum aliquod passurus sit.

X V. Exceptio: *Nisi non solidum quod debetur, sit solutũ. Hæc exceptio approbatur l.7. C. de exceptionib. his uerbis:* Si ex maiore debiti quantitate minor tibi soluta ast, nec liberationẽ debitori tuo præstitisti: petere quod non probatur radditum, contra axceptionem pacti replicatione tuam adiuuans intantionem, minimè prohiberis. *Concordat l.34. §. si dotem ff. de solutionib. cuius uerba uide J. except. prox. Item concordat l.46. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quia per dolum pluris æstimatum fundum in solutum dederit, non liberatur: nisi id quod deest, repleatur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quoad partẽ quæ soluta est: pro ea enim parte nihilominus prodest solutionis exceptio. Quæ replicatio approbatur l.9. §. qui decem. ff. de solutionib. his uerbis:* Qui decẽ dabat, partem soluando in partem obligationis libaratur, & reliqua quinque sola in obligatione remanent. Item qui Stichum debat, parte Stichi data, in raliquam partẽ Stichi tenatur. *Concordat l.21. ff. si certum petatur. his uerbis:* Quidam existimauerunt, neque eum qui decem peteret, cogendũ quinque accipere, & reliqua persequi: neque eum qui fundum suum dicaret, partem dũtaxat iudicio paisequi. Sed in utraq; causa humanius mihi facturus uidatur Prętor, si actoram compularit ad accipiendum id quod offertur: cum ad officium aius pertinaat litas deminuere. *Concordat item l.8 ff. si pars hered. petatur, his uerbis:* Permittendum erit possessori hæreditatis, partem quidam hæreditatis defendara, partem uerò cedere. Nec anim prohibet aliquem totam hæraditatem posaidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere, deq; altera parto controuarsiam non facere. *Item concordat l. ult. ff. quib. mod. pignus soluitur. cuius uerba uide s̄. lib. 40. cap.4. causa 1. except.9. Item cõcordat Inst. quib. mod. tollitur obligat. §. sicut autem. cuius uerba uide J. cap.13. quæst.5. except.21. repl.1. Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi rei quæ diuisionem non recipit, pars sit soluta: hoc enim casu pro nulla parte liberatio contingit. Quæ duplicatia approbatur l.2. in prin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba cum concordantib. uide s̄. lib.16. cap.6. reg.5. except. 7. repl.2. Altera duplicatio est: Nisi cum genus deberetur, pars speciei sit soluta. Quæ duplicatio approbatur exemplo l.9. §. qui autem. ff. de solutionibus, his uerbis:* Qui hominem debet, partem Stichi dando nihilominua hominem debere non desinit. deniq; homo adhuc ab eo peti potest. Sed si debitor reliquam partam Stichi soluerit, uel per actorem steterit, quo minus acciplat: liberatur. *Concordat l.85. §. pro parte. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uida s̄. lib.18. cap.8. reg.19. Plura de hac duplicatione uida s̄. lib.16. cap.6. reg.5. except.7. repl.3. Tertia duplicatio est: Nisi una res ex duabus debeatur: hoc enim casu partis solutio in nulla parte præstat liberationẽ. Quæ duplicatio approbatur per ea quæ habentur d. except.7. repl.4. Concordat l.26 §. si decem. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. lib. prox. ca.6. quæst. 5. reg.7. Quarta duplicatio est: Nisi quoad obligationem accessoriam: puta pœnalem, usurarum, pignoraticiam. ab his enim obligationibus, nisi solidum quod debetur sit solutum, in nulla parte liberatio cõtingit. Quæ duplicatio in pœnali quidem obligatione approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.16. cap. 6. reg.5. except.7. repl.6. In usurarum obligatione approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.16. cap.9. quæst.1. except. generali 4. repl. 2. In pignoratitia obligatione duplicatio proposita approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄. lib.40. cap.4. causa 1. except. 4. Quinta duplicatio est: Nisi quoad partem fideiussorum: nam licet pluribus fideiussoribus datis, pars debiti soluta sit: nullus tamen fideiussorum liberatur, nisi solidum sit solutum, ut omnes simul liberentur. Cuius tamen triplicatio prima hæc est: Nisi in solutione specialiter id sit actum, ut partis solutione quidam ex fideiussoribus liberentur. Quæ triplicatio approbatur l.5. §. si*

duos

duos.ff.de solutionib. his uerbis: Si duos quis dederit fideiussores: potest ita soluere, ut unum liberet. Altera triplicatio est: Nisi unus fideiussorum suam partem soluerit: hic enim liberatur, quamuis alter maneat obligatus. Quæ triplicatio approbatur l.19. ff. d.tit. his uerbis: Quoties unus ex fideiussoribus suam partem soluisset, tanquam negocium reo gessisset: perinde habendum est, ac si reus ipse unius fideiussoris partem soluat: sed tamen ut nō ex sorte decedat, sed is fideiussor solus liberetur, cuius nomine solutio facta fuerit. Huius triplicationis quadruplicatio hæc est: Nisi quis decem aut hominem promisisset, duob. fideiussoribus datis: hoc enim casu, quamuis unus ex iis quinq; soluerit, uel partem hominis: nondum tamen liberatur. Quæ quadruplicatio approbatur l.34.§.si decem.ff. de solutionib. cuius uerba uide J.except.prox. Sexta duplicatio est: Nisi emptor empti actione agens, solidum precium nondum soluerit: hoc enim casu, quamuis partem precij soluerit, pro nulla tamen parte empti actio illi competit. Quæ duplicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.42.cap.1. except.generali 10.repl.2. Septima duplicatio est: Nisi fundi debitor usumfructum eius soluerit, qui postea extinctus ad suam proprietatem reuertitur: hoc enim casu pro nulla parte liberatio contingit. Quæ duplicatio approbatur l.126.§.1. in fine. ff.de uerb. obligat. cuius uerba uide J.cap.prox.exc.16. Octaua duplicatio est: Nisi conditionis implendæ causa soluatur. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur s̄.lib.34.cap.5.quæst.3.except.10. Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione: de qua plura uide apud Alciatum in l.21.ff.si certum petatur. Sanè si, cum ex pluribus causis deberetur, pars debiti sit soluta: à quo debito liberatio contingat, dicetur J.cap.12. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi parte debiti soluta, reliqua pars per pactum sit remissa: hoc enim casu in solidū liberatio contingit. Quæ replicatio approbatur l.5.C.de pactis. cuius uerba uide s̄.lib.37.cap.5.in prin. Tertia replicatio est: Nisi parte debiti recepta, creditor totum se recepisse scripserit. Hæc replicatio reprobatur sub conditione l.6. C.de solutionib. cuius uerba cum cōcordantib. uide s̄. lib.7.cap.3.quæst.8.except.3.in prin. Quarta replicatio est: Nisi cum quis sibi decem aut Titio quinq; dari stipulatus esset, Titio quinq; sint soluta: hoc enim casu in solidum contingit liberatio. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.93.§. qui stipulatur.ff.de solutionib. his uerbis: Qui stipulatur sibi aut Titio: si hoc dicit, Si Titio non solueris, dari sibi: uidetur conditionaliter stipulari. Et ideo etiam sic facta stipulatione, Mihi decem aut Titio quinque dari? quinque Titio solutis, liberabitur reus à stipulatore. Quod ita potest admitti, si hoc ipsum expressim agebatur, ut quasi pœna adiecta sit in persona stipulantis, si Titio solutum non esset. At ubi simpliciter sibi aut Titio stipulatur: solutionis tantùm causa adhibetur Titius. Et ideo quinque ei solutis, remanebunt reliqua quinq; in obligatione. Contrà si mihi quinq:, &c. reliqua uerba uide s̄.cap.prox.repl.4. dupl.10. Concordat l.141.§.cum mihi.ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide s̄.lib.37.cap.3.except.26.repl.11.dupl.2. Quinta replicatio est: Nisi quis eādem rem sæpius promiserit: tūc .n. eā semel præstādo in solidū liberatur. Quæ replicatio approbatur, simul et distinguitur p ea quæ pposita sunt d.ca.3.exc.31. Sexta replicatio est: Nisi unus hæredū debitoris suā partē hæreditariā soluerit: hic enim in solidum liberatur, etiamsi eius cohæredes nihil soluant. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt s̄.lib.36.cap.6.reg.5.except.7.

XVI. Exceptio: Nisi nōn eiusdem, sed diuersarū rerum partes in solutum sint datæ. Hæc exceptio approbatur l.34.§.si duo.ff.de solutionib. his uerbis: Si duo rei stipulandi hominem dari stipulati fuerint, & promissor utrique partes diuersorum hominum dederit: dubium non est, quin nō liberetur. Sed si eiusdem hominis partes utriq; dederit, liberatio contingit: quia obligatio communis efficit, ut quod duobus solutum est, uni solutū esse uideatur. Nam ex contrario, cum duo fideiussores hominem dari spoponderint: diuersorum quidem hominum partes dantes non liberabuntur. at si eiusdem hominis partes dederint, liberabuntur. Concordat d.l.34.§.si decem, in fine, his uerbis: Si decem aut hominem dari stipulatus fuero, & duos fideiussores accepero Titium & Mæuium, & Titius quinq; soluerit: nō liberatur, priusquam Mæuius quoque quinque soluat. quòd si Mæuius partem hominis soluerit: uterq; remanebit obligatus. Item concordat l.15.ff.de leg.2. his uerbis: Si quis duobus hæredibus institutis, ita legauerit: Stichum aut decem hæredes danto: nō potest alter hæredum quinque, alter partem Stichi dare: sed necesse est utrūq; aut Stichum totum, aut decem soluere. Item concordat l.85.§.pro parte. ibi: alioquin.ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide s̄.lib.38.cap.8.reg.19. Item cōcordat l.21. ibi: quia nec soluere.ff.de condict.indebiti. cuius uerba uide J.lib.prox.cap.6.quæst.3.reg.2 except.1. Concordat item l.26.§.fin.ff.eod.tit. cuius uerba uide J.d.cap.6.quæst.5.reg.7.

XVII. Exceptio: Nisi eadem res sæpius in solutum sit data. Hæc exceptio reprobatur l.67.ff.de solutionib. his uerbis: Si quis duos homines promiserit, & Stichum soluerit: poterit eiusdem Stichi dominium postea consecutus dando liberari. In nummis minor uel propè nulla dubitatio est. Nam etiam apud Alfenum Seruius eū qui minus à debitore suo acciperet, & liberare eum uellet, respon-

dit, posse sępius aliquot numos accipiēdo ab oo, eiq; retrò dādo, ac rursus accipiēdo id efficere: ueluti si centum debitorem decē acceptis liberare creditor uelit, ut cum decē acceperit, eadē ei retrò reddat, mox ab eo accipiat, ac nouissimè retineat. Etsi in dubitationem à quibusdā hoc malè deducatur, quòd nō possit uideri is qui ita acceperit, ut ei à quo accepit, retrò reddat: soluisse potius, q̄ dedisse. Concordat l.68.§.!duorum.ibi: atq; etiam hanc.ff.de leg.2.cuius uerba uide s̄.lib.32.cap.11.causa 57.except.5.

XVIII. Exceptio: Nisi debitor non suā, sed alienā rē in solutū dederit. Hæc exceptio approbatur l.47.§.fin.ff.mandati.cuius uerba uide s̄.lib.45.cap.4.quæst.1.exc.2. Cōcordat l.17.ff.de solut.cuius uerba uide J.ea.prox. in prin. Cōcordat itē l.78.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.repl.3. Huius exceptionis species est, si quis creditoris numos ei in solutū dederit. Quæ species proponitur l.22.§.si mandauerim, in fine.ff. mādati.cuius uerba s̄.lib.43.ca.14. quæst.1.exc.18.repl.1. Alia species est, si debitor rem à se legatam in solutum dederit. Quæ species proponitur l.83.§.si rem quā.ibi: quia et ipse.ff.de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄.lib.38.cap.5.ext.36.repl.1. Cōcordat l.98.in prin. ff. de solut. cuius uerba uide J.cap.10.exc.35.in prin. Huius exceptiōis prima replicatio in iam dicta secūda specie est hæc: Nisi cū res in solutū data, sub cōditione ab eo legata esset, cōditio ista defecerit. Quæ replicatio approbatur d.§. si rē quā, & d.l.98.in prin. Altera replicatio est: Nisi creditor rem alienā in solutū acceptam usuceperit. Hæc replicatio approbatur l.60.ff.de solut. his uerbis: Is qui alienū hominem in solutū dedit, usucapto homino liberatur. Cōcordat l. 47. §. fin.ibi: sed si stipul.ff.mādati.cuius uerba uide s̄.lib.45.cap.4.quæst.1.exc.2. Tertia replicatio est: Nisi numi alieni in solutū dati alijs sint mixti. Hæc replicatio approbatur l.78.ff.de solut.his uerbis: Si alieni numi inscio uel inuito domino soluti sont, manent eius cuius fuêre. Si misti alijs essent, ita ut decerni nō possent: eius fieri qui accepit, in libris Caij scriptum est: ita ut actio domino cum eo qui dedisset, furti cōpeteret. Quarta replicatio est: Nisi pecunia in solutū data, sit à creditore cōsumpta. Hæc replicatio approbatur l.19.§.fin.ff.si certum petatur. cuius uerba uide s̄.lib.39.cap.2.quæst.1.in fine, repl.1. Cōcordat l.17.in fine.ff.de solut. cuius uerba uide J.ca.prox.in prin. Concordat itē l.94. in prin.ibi: sed etsi fideiussor.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. lib.45.cap.4.quæst.1.exc.2.repl.1. Quinta replicatio est: Nisi creditor numos alienos in solutum acceptos debitori nō restituat. Hæc replicatio approbatur d.l.94.in prin. his uerbis: Si is cui numos debitor soluit alienos, numis integris pergat petere quod sibi debeatur, nec offerat quod accepit: exceptione doli mali submouebitur. Sexta replicatio est: Nisi pars tantùm rei in solutū data alienus sit: hoc enim casu pro reliqua parte cōtingit liberatio. Quæ replicatio approbatur d.l.94.in prin.his uerbis: Si communes numos credā aut soluā: confestim pro parte mea nascetur & actio & liberatio, siue in singulis numis cōmunionē pro indiuiso quis esse intelligat, siue in pecunia non corpora cogitet, sed quantitatē. Septima replicatio est: Nisi debitor qui rem alienā in solutū dedit, postea eius rei dominiū sit nactus. Hæc replicatio approbatur exēplo l.98.§.rē aūt.ff.de solut. his uerbis: Rem castrensis peculij soluente patre, perinde accipere debemus, ac si alienā dedisset: quāuis possit residere apud eū cui soluta est, mortuo prius intestato filio. Sed tūc adquisita creditur, cū filius decesserit, & utiq; cuius fuerit euentus declaret: sicq; & hoc ex his q̄ ex pòst facta sunt, in pręteritū cuius quid fuerit, declaret. Aliud exemplū proponitur l.94. §. sed etsi fideiussor.ff.eod tt.cuius uerba uide s̄.lib.45.cap.4.quæst.1.except.2.repl.1. Huic replicationi concordat s.repl.1.

XIX. Exceptio: Nisi res cuius usufructus alienus est, in solutū sit data. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.4.§.fin.ff.de re iudicata, his uerbis: Celsus scribit, si noxali condemnatus eum seruū in quo usufructus alienus est, noxæ dedisti: posse tecū adhuc agi iudicati. Sed si usufructus interierit: liberari ait. Concordat l.69.ff.de solut.his uerbis: Si hominē in quo usufructus alienus est, uel qui erat pignori Titio obligatus, noxæ dedisti: poterit is cui condemnatus es, tecum agere iudicati: nec expectabimus ut creditor eū uendicet. Sed si usufructus interierit, uel dissoluta fuerit pignoris obligatio: existimo processuram liberationem. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi usufructus rei sit extinctus. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.4.§.fin. & d.l.69.iam propositis. Huius replicationis duplicatio est: Nisi propter rei interitum usufructus sit extinctus. Quæ duplicatio approbatur l.38.§.qui hominem.ibi: alioquin.ff.de solut.cuius uerba uide J.except.21.repl.2.dupl.1.

XX. Exceptio: Nisi res alij pignori obligata in solutum data sit. Hæc exceptio approbatur l.20.ff.de solutionib.his uerbis: Si rem eam quæ pignoris nomine alij obligata esset, tibi debitā soluero: non liberabor. quia auocari tibi res possit ab eo qui pignori accepisset. Concordat l. 69. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.exc.prox. Cōcordat item l. 98. in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pignoris obligatio fuerit dissoluta. Hæc replicatio approbatur d.l.69.in fine. Concordat d.l.98.in prin. ibi: nisi ex euentu. Altera replicatio uidetur: Nisi creditor nondum euicerit rem sibi pignori obligatam. Hæc replicatio reprobatur d.l.69. ibi: nec expectabimus.

XXI. Ex-

XXI. Exceptio: Nisi pro homine statuliber sit solutus. Hæc exceptio approbatur l.63. ff. de condictione indebiti, his uerbis: Neratius casum refert, ubi si quis id quod soluerit, repetere possit, quasi debitum dederit, nec tamẽ liberetor: ueluti si is qui cum certum hominem deberet, statuliberũ dederit: nam ideo enim non liberari, quia nõ in plenum stipulatoris hominem fecarit: nec tamẽ repetere eum posse, quòd debitum dederit. Concordat l.31. in prin. ibi quemadmodum. ff. de solutionib. cuius uerba uide j. cap. prox. except. 35. Item concordat l.72. §. qui hominem. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. except. 24. Huius exceptionis replicatio prima hæc uidetur: Nisi conditio libertatis nondum extiterit. Hæc replicatio approbatur l.38. §. qui hominẽ. ff. de solutionib. his uerbis: Qui hominem promiserat, si statuliberom soluat: magis puto non asse expectandam condirionem, sed & creditorem agere posse, & illi condictionem competere. Altera replicatio est: Nisi cõditio libertatis defecerit. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis: Quòd si interim cõditio defecerit: liberabitur perindeatq; si quis pendẽte conditione soluerit peterto rem, & antequam condicerer, conditio extiterit. Concordat l.98. in prin ibi: ac si statuliberũ, ff. eod. tit. cuius uerba uide j. cap. prox. exc. 35. in prin. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi mortuo demum statulibero conditio defecerit. Hæc duplicatio approbatur d. §. qui hominem, his uerbis: Illud nollo modo dici conueniet, si mortuo Sticho conditio deficiat, liberari debitorem: quamuis si uiuente eo defecerit, liberaretur. quoniam isto casu nullo tẽpore perfectè hominem meum feceris. alioquin propè erit, ut etiamsi eum seruum in quo ususfructus alienus est, mihi solueris, isque decesserit: ea solurione liberari uidearis. quod nullo modo probandum est: sicuti si communem soluisses, isq; decessisset. Tertia replicatio est: Nisi non generaliter homo debebatur, sed is qui in solutum datus est. Hæc replicatio approbatur l.92. in fine. ff. de solutionibus, his uerbis: Si quis seruum, quem dari promisit hæres à domino scriptus, statuliberum dederit: liberabitor. Concordat l.9. §. illud. ff. de statuliberis, his uerbis: Vlpianus. Illud tractatum est, an liberatio contingat ei qui noxæ dederit statolibetum? & Octauenus putabat liberari. Et idem dicebat, etsi ex stipulatu Stichum deberet, eumq; statuliberũ soluisset. At etsi ante solutionem ad libertatem peruenisset, extingueretur obligatio. Tota enim ea in obligatione consistere, quæ pecunia lui præstarique possint: libertatem autem pecunia lui non posse, nec reparari posse. quæ sententia mihi uera uidetur. Huius replicatiõis duplicationes uide s. lib. 38. cap. 5. exc. 34. repl. 1. cũ sequentib.

XXII. Exceptio: Nisi rem deteriorem soluerit. Hæc exceptio approbatur l.3. ff. si certũ petatur, his uerbis: Cũ qd mutuũ dederimus, etsi nõ cauimus, ut æquè bonũ nobis reddatur: nõ licet debitori deteriorẽ rẽ, quæ ex eodem genere sit, reddere. ueluti uinũ nouũ pro uetere. Nam in cõtrahendo quod agitur, pro cauto habendũ est. Id autẽ agi intelligitur, ut eiusdem generis & eadẽ bonitate soluatur, quà datũ est. Concordat l.33. §. qui Stichum. ff. de solut. his uerbis: Qui Stichũ aut Pamphilum dare promisit, si Stichũ uulnerauerit: non magis eũ dando liberatur, q̃ si Stichũ solum promisisset, & à se uulneratũ daret. Itẽ qui hominẽ dare promisit, & uulneratũ à se offert, non liberabitur. Iudicio quoq; accepto, si hominẽ is cũ quo ageretur, uulneratum à se offerat: condẽnari debebit. Sed & ab alio uulneratũ si det, condemnandus erit, cũ possit alium dare. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nõ genus, sed species debeatur: tũc enim debitor rem talẽ præstando, qualis est, liberatur. Quæ replicatio approbatur exemplo legatorum per ea quæ proponuntur s. lib. 32. cap. 6. reg 1. in prin. Concordat l.59. ff. de contrah. empt. Cuius uerba uide s. lib. 42. cap. 3. reg. 9. Cuius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi dolo uel culpa debitoris res deterior sit facta. Quæ duplicatio constat ex uerbis d. §. qui Stichum, iam propositis hisce: Quàm si Stichũ solum promisisset, & à se uulneratum daret. de qua re uide itẽ d. reg. 1. exc. 1. Altera replicatio est: Nisi post moram debitoris res deterior sit facta. Quæ replicatio approbatur l.2. ff. de usuris. cuius uerba cũ cõcordantibus uide s. lib. 36. cap. 10. quæst. 1. except. 1 repl. 1. Tertia replicatio est: Nisi cum genus debeatur, non optima res soluatur, nec pessima. Hæc replicatio approbatur l.52 ff. mandati, his uerbis: Fideiussorẽ, si sine adiectiona bonitatis tritici pro altero triticum spopondit, quodlibet triticum dando liberari posse existimo. à reo autem non aliud triticum repetere poterit, q̃ quo pessimo tritico liberare se à stipulatore licuit. Itaq; si paratus fuerit reus, quod dando ipse creditori liberari potuit, fideiussori dare, & fideiussor id quod dedit, id est, melius triticum condicet: exceptiõe eum doli mali submoueri existimo.

XXIII. Exceptio: Nisi seruus furtis noxáue nõ solutus datus sit. Hæc exceptio approbatur l.72. §. qui hominem. ibi similiq; ff. de solutionib. cuius uerba uide j. excep. prox. Huius exceptionis eædẽ sunt replicationes quæ supradictæ 21 & 22 exceptionis.

XXIIII. Exceptio: Nisi serui debitor uel pẽllionem aut aliàs turpem soluerit. Hæc exceptio reprobatur d. §. qui hominem, his uerbis: Qui hominem debebat Stichũ, cui libertas ex causa fideicommissi præstanda est, soluit: nõ ui-

detur liberatus. Similiq; modo si soluerit seruum, qui noxa solutus non est: non liberabitur. Item qui hominē noxæ deditū soluit, nō liberabitur. Nam uel minus hic seruū dedit, quàm ille qui seruū nondum noxa solutum. Num ergo etsi uespillonem aut aliàs turpem dedit hominē, idem sit? Et sanè datum negare nō possumus. Sed differt hęc species à prioribus: habet enim seruum, qui ei auferri non possit.

X X V. *Exceptio: Nisi seruus qui manumitti nō potest, in solutū sit datus. Hæc exceptio approbatur d.l.72.§.fin. his uerbis:* Promissor serui eū debet hominē soluere, quē si uelit stipulator, possit ad libertatem perducere.

X X V I. *Exceptio: Nisi rei in solutū datæ aliquid iuris desit. Hæc exceptio approbatur l.27.ff.de solut. his uerbis:* Etiam circa stipulationē & ex testamento actionē, si res tradita fuerit quæ debebatur, quamdiu aliquid iuri rei deest, adhuc tamen ipsa res petenda est: utpote fundū possum petere, licet mihi traditus sit, si ius quoddā cautionis supererit. *Huius exemplū proponitur l.131.§.qui fundum.ff. de uerb. obligat.cuius uerba uide ī.cap.prox.repl.4. dupl.8.*

X X V I I. *Exceptio: Nisi numi reprobi sint soluti. Hæc exceptio approbatur l.24.§.qui reprobos.ff.de pignor.action.cuius uerba uide ī.lib.40.cap.4.causa 1.exc.7. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi creditor reprobos numos quos accepit, non restituat. Quæ replicatio approbatur d.§.qui reprobos.ibi: reprobis uidelicet numis reddendis. Altera replicatio est: Nisi antequam reprobati sint numi, per creditorē steterit quo minus pecuniā acciperet. Hæc replicatio reprobatur l.102. in prin. ff. de solut. his uerbis:* Creditor oblatam à debitore pecuniam, ut alia die accepturus, distulit: mox pecunia qua illa respublica utebatur, quasi ærosa iussu Præsidis sublata est: item pupillaris pecunia, ut possit idoneis nominibus credi seruata, ita interempta est. quæsitum est, cuius detrimentum asset? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerētur, nec tutoris nec creditoris detrimentum esse.

### *DE RELIQVIS EXCEptionibus aduersus solutionem.*

### *Cap. X.*

X X V I I I. *Exceptio: Nisi nē rei conuenti, sed alterius nomine solutio facta sit. Hæc exceptio approbatur l.17 ff.de solut.his uerbis:* Cassius ait, si cui pecuniā dedi, ut eam creditori meo solueret: si suo nomine dederit, neutrū liberari me, quia nō meo nomine data sit illū, quia alienā dederit. Cætarùm mādati eum teneri. Sed si creditor eos numos sine dolo malo consumpsisset: is qui suo nomine eos soluisset, liberabitur: ne si aliter obseruaretur, creditor in lucro uersaretur. *Cōcordat.l.82.ff.de iure dotium. cuius uerba uide ī. cap.8. repl.1.dupl.8. Item concordat ea quæ proposita sunt ī.cap.7.except.1.distinct.1.*

X X I X. *Exceptio: Nisi ex alia causa, quàm ex qua agitur, solutū sit. Hæc exceptio approbatur exēplo l.74.ff.de solut.his uerbis:* Id quod pœnæ nomine à debitore exactū est, Modestinus ait lucro debere creditoris cadere. *Concordāt ea quæ proposita sunt ī.lib.40.cap.12. quæst.4. reg.6.exc.1. Aliud exemplum est ī.exc.prox.*

X X X. *Exceptio: Nisi eo animo debitor dederit, ut recipiat. Hæc exceptio approbatur l.55.ff.de solut. his uerbis:* Qui sic soluit ut recuperat, nō liberatur: quēadmodū nō alienātur numi, qui sic dātur ut recipiantur. *Huius replicatio hæc est: Nisi creditor parte debiti accepta, debitori eam reddiderit, rursusq; ab eodē receperit. Quæ replicatio approbatur l.67.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.except.17.*

X X X I. *Exceptio: Nisi id quod solutū est, cōdictione indebiti repeti possit. Hæc exceptio approbatur l.13.§.si quis post, in fine.ff.de cōdictione indebiti.cuius uerba uide ī.lib.9.cap.5.exc.15.repl. 4.dupl. 2. Cōcordat l.61.ibi: nec quod solutū est, repeti possit. ff.de solut. cuius uerba uide ī.lib.18.cap.5. exc.36. repl.1. Huius exēplum proponitur l.14.§.fin.ff.de solutionib. his uerbis:* Qui ꝑpetua exceptione se tueri potest, solutū repetit: & ideo nō liberatur. Quare si ex duob. reis ꝓmittendi alter pepigerit, ne ab eo peteretur: quamuis soluerit, nihilominus alter obligatus manebit. *Aliud exēplū proponitur l.18.§.qui hominē. ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.cap.prox. exc.21. repl.1. Item aliud exēplū proponitur l.38.§. de peculio. ibi: & magis. ff.eod tt.cuius uerba uide ĵ.cap.prox.reg. 2. Cōcordat l.101.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba cum alijs cōcordantib.uide ī.cap.7.exc.1.distinct.1. Itē cōcordāt ea quæ proponūtur ĵ.cap.prox. reg.2. exc.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi cū alius ꝑ errorē indebitū soluisset, malit solutū à debitore repetere, quàm à creditore. Hæc replicatio approbatur ꝑ ea quæ proposita sunt d.distinct.1.repl.1.*

X X X I I. *Exceptio: Nisi nō debito loco sit solutū. Hæc exceptio approbatur l.9.in fine.C.de solut.cuius uerba uide ī.lib.36.cap.9.quæst.1.exc.4.repl.3. Cōcordat l.16.§.qui certo.ff.de fideiussorib.cuius uerba uide ī.lib.41.ca.1.quæst.2.exc.10.in prin. Cōcordat item l.122.in prin.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide ī.lib.38.cap.13.quæst.7.reg.2. Item concordat l.9.ff. de eo quod certo loco.cuius uerba uide ī.lib.38. cap. 13.quæst.1.causa 3.in prin. Item concordat l.2.§.item Iulianus.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.causa 3.exc.4. Item cōcordat l.5.§.in sequestrū.ff.depositi.cuius uerba uide ī.lib.39.cap.7.quæst.3.exc.10. repl.8. Sanè pro declaratione propositæ exceptionis sciendū, quis sit locus solutioni debitus: de qua re paulo inferius dicetur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliqua sit iusta causa alio loco soluendi,*

uendi, quæ in licem moueat. Hæc replicatio approbatur l.8.C.de solutionibus, his uerbis: Vsuras quę quotannis in urbe numerandæ sunt, permittere alio loco dependi (nisi ex iusta causa) oxempli ratio minimè sinit. Altera replicatio est: Nisi creditor uolens alio loco acceperit. Quæ replicatio approbatur l.2.§. item Iulianus. ff. de eo quod certo loco. cuius uerba uide s̄. lib.38.cap. 13.quæst.3. causa 3. except.4. Tertia replicatio est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio alibi solutum sit, debitorq́; interesse loci præstare sit paratus. Quæ replicatio approbatur d.§. idem Iulianus. Nunc quis sit locus solutioni debitus, definiendum. de qua re hæc regula notāda, quòd ibi, ubi res est, solutio sit celebranda, non alibi. Quæ regula approbatur l.12.§.1.ff. depositi, his uerbis: Depositum eo loco restitui debet, in quo sine dolo malo eius est, apud quem depositū est. Vbi uerò depositum est, nihil interest. Eadem dicenda sunt cōmuniter & in omnibus bonæ fidei iudicijs. Concordat l.3.§.fin. ibi: nam quod à Bruto. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. lib.42.cap.2. reg.13. Concordat item l. 11. §. quo autem. ff. ad exhibendum, his uerbis: Quo loco exhiberi rem oporteat, uel cuius sumptibus, uideamus? Et Labeo ait, ibi oxhibēdam, ubi fuerit cum lis cootestaretur: periculo autem & impendijs actoris perferendam perducendamúe eo loci, ubi actū sit. Concordat item l.10. cum duab. legib. sequentibus. ff. de rei uendicat. his uerbis: Si res mobilis petita sit, ubi restitui debeat, si præsans nō sit? Et non malum est (si bonę fidei possessor sit is cum quo agitur) aot ibi restitui ubi res est, aut ubi agitur: sed sumptibus petitoris, qui extra cibaria in iter uel nauigationem faciendi sunt: nisi malit petitor luis impensis & periculo ibi ubi iudicatur, rem restitui: tunc enim de restitutione cū satisdatione cauebitur. Si uerò malæ fidei sit possessor, qui in alio loco eam rem nactus sit: idem statui debet. Si uerò ab eo loco ubi lis contestata est, eam subtractam aliò transtulerit: illic restituere debet, unde subtraxit, sumptibus suis. Concordat deniq; l.38. in prin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. lib. 51. cap.11. in prin. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res dolo malo debitoris aliò sit translata: tunc enim ibi dari debet, ubi petitur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si uerò ab eo loco ubi lis cōtestata est, &c. Concordat d.l.38. in prin. ibi: nisi dolo malo, &c. Cōcordat item l. 12. §. 1. ff. depositi. ibi: in quo sine dolo malo, &c. cuius uerba uide paulo superius ead. reg. in prin. Item cōcordat l.11. §. interdum. ff. ad exhibendum, his uerbis: Interdum eo loco exhibere debet suis sumptibus, ubi agitur: si fortè proponatur data opera eum in locum abditum res contulisse, ut actori incommodior esset exhibitio. Nam in hunc casum suis sumptibus & periculo debebit exhibere in eum locum, ubi agetur: ne ei calliditas sua prosit. Secunda exceptio uidetur: Nisi alibi sit contractum. Hæc exceptio reprobatur d.l. 12.§.1. s̄. ead. reg. in prin. propositis hisce: Vbi uerò depositum est, nihil interest. Concordat l.3. in fine. ibi: etsi uenditio alibi facta sit. ff. de action. empti. cuius uerba uide s̄. lib.42.cap.2.reg.13. Tertia exceptio est: Nisi actor suis impensis suoq́; periculo rem aliò transferri uelit. Quæ exceptio approbatur uerbis d.l.11.§.1. hisce: Sed dicendum est, si uelit actor suis impensis suoq́; periculo perferri rem Romam, ut audiendus sit: quoniam & in ad exhibendum actione id seruatur. Concordat l.11.§. quo autem loco. ibi: periculo autem. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide s̄. ead. reg. in prin. Concordat item l. 10. in fine, cum lege sequente. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s̄. ead. reg. in prin. Quarta exceptio est: Nisi inter actorem & reum conuenerit, ut alio loco soluatur. Quæ exceptio approbatur l.9. ff. de eo quod certo loco. cuius uerba uide s̄. lib.38. cap.13. quæst.3. causa 3. in prin. Concordat l.17.§. qui certo. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide s̄. lib.45. cap.1. quæst.2. exc. 30. in prin. Concordat item l.51. ff de iudicijs. cuius uerba uide s̄. lib.51. cap.11. causa 58. except.1. in fine. Huius exceptionis replicationes uide s̄. lib.38. cap. 13. quæst.3. Quinta exceptio est: Nisi reus alibi cœperit soluere. Hæc exceptio approbatur l.50.§. fin. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s̄. li.51. ca.1. quæst.2. reg.2. exc.1. Plura de regula proposita eiusq́; exceptionib. uide d. quæst.2. reg.1. item s̄. lib.32. cap.12. caussa 58. except.1.

REGVLA de loco solutionis.

XXXIII. Exceptio: Nisi non debito tempore solutum sit. Hæc exceptio approbatur l.83. ff. de solutionibus, his uerbis: Solidum non soluitur non minus quantitate, quàm die. Concordat l. cum res.47. in prin. ff. de leg.1. cuius uerba uide s̄. lib.51. cap.11. causa 58. except.2. Item concordāt ea quæ preponuntur s̄. lib.36. cap.9. quæst.1. causa 2. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ante tempus soluatur: Hæc replicatio approbatur l.137.§. cum ita stipulatus. ibi: nam & quod. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Quod in diem debetur, antè solui potest, licet antè peti non possit. Concordat l.98.§. mihi decem. ibi: nam cum in. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s̄. lib.57. cap.5. except.26. repl.11. dupl.2. Item concordat l.49. ff. de action. & obligat. his uerbis: Quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare dānatur: ei potestas est quolibet eius anni die dandi. Concordat item l.70. ff de solutionibus, his uerbis: Quod die certa promissum est, uel statim dari potest: totum enim medium tempus ad soluendum promissori liberum relinqui intelligitur. Cōcordat itē l.7. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s̄. lib.8. ca.1. except.17. repl.1. Concordat item l.1.§.1. ff. de conditio-

 nibus

*nibus & demonſtrat. cuius uerba uide ī.lib.31.cap.8.reg.2.except.2.repl.1.Item concordat l.12. C.de fideicommiſſis,his uerbis:* Poſt mortem ſuam rogatam reſtituere hæreditatem,defuncti iudicio & antequā fati munus impleat,poſſe ſatisfacere,id eſt reſtituere hæreditatē, quarta parte uel retenta uel omiſſa (ſi uoluerit) explorati iuris eſt.*Concordat item l.16. ibi: & hoc etiam. ff. de ſolut. cuius uerba uide J.cap.13.quæſt.5 except.19. Concordat item l.38.§.qui hominem.ibi:perinde atq; ſi.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.cap.prox.except.21.repl.2.in prin.Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt:Niſi tempus creditoris gratia ſit adiectum:hoc enim caſu etiam ante tempus ſolutio facta non parit liberationem.Quæ duplicatio approbatur l.15 ff. de annuis legatis,his uerbis:* Eum qui rogatus poſt decem annos reſtituere,pecuniam ante diem reſtituerat, Iabolenus reſpōdit,ſi propter capientis perſonam,quòd rem familiarem tueri non poſset, in diem fideicommiſſum relictum probaretur, & perdituro ei id hæres ante diem reſtituiſſet: nullo modo liberatū eſſe.Quòd ſi tempus hæredis cauſa prorogatum eſſet,ut commodum medij temporis ipſe ſentiret: liberatum eum intelligi. riam & plus eum præſtitiſſe,quàm debuiſſe.*Item cōcordat l.122.in prim.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide ī.lib.38.cap.13. quæſt.7.reg.2. Altera duplicatio eſt: Niſi cum ei qui in patris poteſtate eſt, ſub conditione legatum eſſet,ante exiſtentem conditionem legatum ſolutum ſit adhuc in patris poteſtate conſtituto.Hæc duplicatio approbatur l. filium ſamilias.111.§.diui ff.de leg.1.his uerbis:* Diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: eum qui rogatus eſſet ſub conditione fratris ſui filijs reſtituere, ante diem fideicommiſsi cedentem,ne quidem ex uolunrate eorum poſſe reſtituere his in poteſtate patris agentibus: cum poſsit die fideicommiſsi cedente ſui iuris conſtitutis ipſis reſtitui, uel ſi aliquis ex his antè deceſſerit,non omnibus. *Tertia duplicatio eſt:Niſi [illegible] ei qui in patris poteſtate eſt conſtitutus,legatum eſſet hoc modo, Rogo des filio tuo,faciasq; ut ad eum perueniat: adhuc in patris poteſtate conſtituto legatum ſolutum ſit. Hæc duplicatio approbatur l.19.in prin.ff.ad S.C.Trebell.cuius uerba uide ī. lib.31.cap.8.reg 1.except.10. Quarta duplicatio eſt:Niſi cùm plurib. ſub cōditione,uel in diē incertū legatum relictū eſſet, uni ex iſs pendēte cōditione portio eius ſoluta ſit,isq; pendēte eadē cōditione deceſſerit.Hæc duplicatio approbatur uerbis d.§.diui,ſuprà dupl.2. propoſitis hiſce:* Vel ſi aliquis ex his antè deceſſerit, non omnibus.*Cōcordat l.30.§.Seium. ff de leg.3 cuius uerba uide ī.lib.33.cap.7.reg.25.except 17.repl.5.Huius duplicationis triplicatio proponitur l.22.in prin ff ad S.C.Trebell.cuius uerba uide d.repl.5.Quinta duplicatio eſt:Niſi cum in diem incertum deberetur,ante diem ſit ſolutum.Hæc duplicatio approbatur l.38.§.inter certā ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Inter certā incertāq; diem diſcrimē eſſe,ex eo quoq; apparet,quòd certa die promiſſum uel ſtatim dari poteſt:totū enim mediū tempus ad ſoluēdum liberum promiſſori relinquitur.At qui promiſit, Si aliquid factum ſit,uel cū aliquid factum ſit:niſi cum id factum fuerit, dederit: non uidebitur feciſſe quod ꝓmiſit.*Concordat l.48.ff.de cōdict. indebiti,his uerbis:* Qui ꝓmiſit, ſi aliquid à ſe factum ſit, uel cú aliquid factum ſit,dare ſe decem:ſi priuſquā id factū fuerit,quod promiſit dederit:nō uidebitur feciſſe quod promiſit, atq; ideo repetere poteſt.*Huius duplicationis ratio hæc eſt,quia pendente conditione uel die incerta, debiti dies nondum cedit:ſed cum cōditio extiterit,deberi incipit.* [a] *Ideoq; cum obligatio adhuc nulla ſit:nec liberatio p illam ſolutionem contingere poteſt. Itaq; ſolutum repetitur.Conditione tamen exiſtente, liberatio contingit.l.16.& l.38.§.qui hominem. ibi: perinde atq;. ff. de ſolutionib.niſi in caſibus ī.in duplicationib.precedentib.propoſitis. Sexta duplicatio eſt:Niſi is qui ſoluendo non eſt,uni ex creditoribus ante diem ſoluerit: hoc enim caſu Pauliana competit actio.de qua re uide J.lib. prox.cap 14.quæſt.5.except. 5. repl.2. Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione,eiusq; duplicationibus ſunt dicta.*

[a] *l.40.ff.de cond. & demonſtrat. & l.7.in prin. ibi: [illegible] ff. de di trab.empt.*

*Secunda replicatio eſt: Niſi non multo poſt tēpus ſolutum ſit.Hæc replicatio approbatur l.105.ff.de ſolutionib.his uerbis:* Quod dicimus in eo hærede,qui fideiuſſori teſtatoris id quod ante aditam hęreditatem ab eo ſolutum eſt, debere ſtatim ſoluere:cum aliquo ſcilicet temperamento temporis intelligendum eſt.Nec enim cum ſacco adire debet.*Cōcordāt ea quæ proponūtur ī.lib.38.cap.6.exc.8.repl.1.dupl.1.Plures propoſitæ exceptionis replicationes uide d.cap.6.item ī.lib.36.cap.9.quæſt.1.cauſſa 2.*

XXXIIII.*Exceptio:Niſi inſtrumētū contractus non ſit redditum.Hæc exceptio reprobatur l.22.C.de ſolut. his uerbis:* Inductū, id eſt cancellatum, nec'ne ſit chirographū ueſtrum,ſemel debiti ſolutionē factā ei qui exigēdi poteſtatē habuit,probantiū,nihil intereſt.*Concordat l. 4. in fine. C. eod.tt. cuius uerba uide ī.cap.1. repl.1.in prin Itē concordat l.19.C.eod.tt.cuius uerba uide d. cap.10. repl.19. Itē concordat l. 3. in fine. C.depoſiti.*

XXXV.*Exceptio:Niſi res in ſolutū data euicta ſit.Hæc exceptio approbatur l.46 ff.de ſolut.his uerbis:* Si quis aliam rem ꝓ alia uolēti ſoluerit,& euicta fuerit:remanet priſtina obligatio. Sed etſi ꝓ parte fuerit euicta,tamē pro ſolido obligatio durat.nā nō accepiſſet re integra creditor, niſi pro ſolido eius fieret. Sed etſi duos fundos (uerbi gratia) pro debito dederit: euicto altero fundo,

rema-

remanet pristina obligario. tunc ergo res pro re soluta liberationem præstat, cum pro solido facta est fulcipientis. *Concordat l.98. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui res suas obligauit, postea aliquam possessionem ex his pro filia sua promittendo dotem obligauit, & soluit: si ea res à creditore euicta est, dicendum est, maritum ex dotis promissione agere posse, ac si statuliberum uel rem sub conditione legatam dotis nomine pro filia pater soluisset. harum enim rerum solutio non potest, nisi ex euentu, liberare: scilicet quo casu certum erit remanere eas. *Concordat denique l.35. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Qui sibi aut Titio fundum dari stipulatus est, quamuis fundus Titio datus fuerit: tamen si postea euictus est, habet actionem: quemadmodum si hominem stipulatus esset, & statuliberum promissor Titio dedisset, isque ad libertatem peruenisset. *Huius exceptionis replicatio prima hæc uidetur: Nisi pars tantùm rei sit euicta. quæ replicatio reprobatur uerbis d. l. 46. §. propositis hisce:* Sed etsi pro parte fuerit euicta, tamen pro solido obligatio ducat, &c. *Altera replicatio est: Nisi per Fauianam actionem res in solutum data euincatur. Hæc replicatio approbatur l. 98. §. diuersum. ff. de solutionibus, bis uerbis:* Diuersum respondetur in ea pecunia siue re, quam patronus post mortem liberti per Fauianam aufert. hæc enim actio cum sit noua, partam liberationem non potest reuocare. *Concordat l.25. §. si à socero. ibi: nec ullum regressum. ff. quæ in fraudem cred. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 34. quæst. 10. reg. 1. Tertia replicatio est: Nisi per in integrum restitutionem minor rem quam in solutum dedit, reuocat. Hæc replicatio approbatur d. l. 98. §. huic applicatur. bis uerbis:* Huic applicatur minor XXV. annis, qui à creditore circumscriptus in rem ex caussa debiti solutam restituitur.

XXXVI. *Exceptio: Nisi res in solutum data interierit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. C. de naufragiis hisce uerbis:* Pro his quæ semel à collatoribus illata naufragio perierunt, nolumus nobis aliquam cum possessoribus (siue senatores, siue priuati sint) esse commotionem, uel aliquid periculi ad eos redundare. *Concordat l. 126. §. 1. ff. de uerb. obligat. bis uerbis:* Titius à Mæuio detracto usufructu fundum stipulatus est, & ab eodem eiusdē fundi usumfructū. Duæ sunt stipulationes, & minus est in eo usufructu, quē per se quis promisit, quàm in eo qui proprietatē comitatur. Denique si ille usumfructum dederit, eumque stipulator non utendo amiserit: tradendo postea fundum detracto usufructu liberabitur. Non idem contingit ei qui fundum pleno iure promisit, & usumfructum dedit, deinde amisso eo proprietatem sine usufructu tradidit. ille enim liberatus est dando usumfructum: hic in nulla parte obligationis exoneratur, nisi pleno iure fundum effecerit stipulatoris. *Ait Iurisconsultus:* Non idem contingit ei qui fundum, &c. *De hoc dictum §. cap. prox. exception. 15. replication. 1. duplicat. 7.*

XXXVII. *Exceptio: Nisi debitor antea ut solueret à domino interpellatus, soluere noluit. hoc enim casu uidetur postea per procuratorem conuentus solutionem offerendo condemnationem non effugere. Sed hæc exceptio reprobatur l. 71. ff. de procuratoribus, his uerbis:* Si reus paratus sit ante litem contestatam pecuniam soluere, procuratore agente, quid fieri oporteat? nam iniquum est cogi eum iudicium accipere. propter quod suspectus uideri potest, qui præsente domino non obtulerit pecuniam. Quid enim si tunc facultatem pecuniæ non habuit: numquid cogi debet iudicium accipere? quid si & famosa sit actio? Sed hoc constat, ut ante litem contestatam Præses iubeat in æde sacra pecuniam deponi. hoc enim fit & in pupillaribus pecuniis. Quòd si lis contesta ta est: hoc omne officio iudicis dirimendum est. *Hactenus de exceptionibus aduersus solutionem.*

## *QVIBVS EX SOLVTIONE liberatio competit?*

### *Cap. XI.*

P*Rima regula: Reo soluente, fideiussoribus quoque solutionis exceptio prodest. quæ regula approbatur Inst. quib. mod. toll. obligation. §. item si reus, bis uerbis:* Si reus soluerit, etiam ii qui pro eo interuenerunt, liberantur. *Concordat l. 38. §. de peculio. ff. de solutionibus. bis uerbis:* De peculio cum domino actum est, is damnatus soluit: & fideiussores pro seruo acceptos liberari, Africanus respondit. Eandem enim pecuniam in plures caussas solui posse, argumento esse, quòd cum iudicatum solui satisdatum est, & damnatus reus soluit: non solùm actione iudicati, sed etiam ex stipulatu & ipse & fideiussores liberentur. Et magis dissimile esse, quòd cum possessor hæreditatis existimans se hæredem esse soluerit, hæres non liberetur. tunc enim propterea id euenire, quòd ille suo nomine indebitam pecuniam dando, repetitionem eius habeiet. *Concordat item l. 84. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. cap. 7. exception. 2. replication. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pars tantùm debiti soluta sit ita, ut alter tantùm ex fideiussoribus liberetur. hoc enim casu alteri fideiussori solutionis exceptio non prodest. de qua re uide §. cap. 9. exception. 15. replic. 2. duplication. 5. triplicat. 2. Altera exceptio est: Nisi*

ex alia caussa, quàm pro qua fideiussor intercessit, solutio facta sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi cum iudicatum solui satisdatum esset, reus condemnatus ex caussa iudicati soluerit. hoc enim casu etiam iudicatum solui stipulatio, pro qua fideiussor acceptus est, extinguitur. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. de peculio, paulo superius propositis hisce: Eandem enim pecuniam, &c.

II. Regula: Fideiussore uel mandatore soluente, reus quoq; principalis liberatur. quæ regula approbatur Inst. quibus mod. tollitur obligat. §. item si reus, his uerbis: Si fideiussor soluerit, non ipse solus liberatur, sed etiam reus. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi fideiussor, cùm exceptione tutus esset, per errorem soluit. Hæc exceptio approbatur l. 59. ff. de condictione indebiti, his uerbis: Si fideiussor iure liberatus soluerit per errorem pecuniam, repetenti non oberit. Si uerò reus promittendi per errorem & ipse postea pecuniam soluerit, nō repetet: cum prior solutio, quæ fuit irrita, nec naturale uinculum dissoluit, nec ciuile, si reus promittendi tenebatur. Huius exemplum proponitur l. 12. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 7. caussa 7. specie 10. Aliud exemplum proponitur l. 94. §. fin. in fine. ff. de solution. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 1. except. 2. repl. 3. Altera exceptio est: Nisi cum quis pro duobus fideiussisset, ita soluerit, ut unus tantùm liberetur. hoc enim casu alteri solutionis exceptio non prodest. quæ exceptio approbatur l. 24. ff. de solutionib. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 1. except. 1. Tertia exceptio est: Nisi fideiussor soluens cessa sibi à creditore actione experiatur: hoc enim casu reus solutionis exceptione aduersus fideiussorem agentem non defenditur. quæ exceptio approbatur l. 28. ff. mandati. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 3. question. 9. reg. 3. Concordat l. 95. §. si mandatu. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ī. cap. 6. question. 2. reg. 4.

III. Regula: Vno reorum promittendi uel socio debiti soluente, alter quoq; reus uel socius liberatur. quæ regula approbatur Inst. de duobus reis stipul. §. ex huiusmodi. ibi: in utraq; cuius uerba uide ī. lib. 18. cap. 12. regul. 2. in princip. Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. regul. 2. in princip. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi unus exceptione tutus per errorem soluerit. Hæc exceptio approbatur l. 14. §. fin. ff. de solutionib. cuius uerba uide ī. cap. prox. except. 12. in prin. Altera exceptio est: Nisi cum unusquisq; ex pluribus non in solidum, sed pro parte uirili teneretur, per errorem solidum soluit. hoc enim casu etiam id quod plus sua parte soluit, repetere potest ideoq; socius debiti non liberatur. quæ exceptio approbatur l. 101. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. cap. 7. except. 1. distinct. 1.

IIII. Regula: Si cum quis à Seio stipulatus esset, quanto minus à Titio consequi possit: Titius totum soluerit. hoc enim casu Seio quoq; solutionis exceptio prodest. quæ regula approbatur l. 31. in fine ff. de solutionib. cuius uerba uide J. cap. 17. reg. 1. except. 6. repl. 3. Hæc de quæstione, Quibus solutionis exceptio competat, sint dicta. Plures huiusmodi regulas uide ī. cap. 7. except. 1. Aduersus quos competat solutionis exceptio, uide ī. cap. 8.

## QVID VENIAT IN SOLVtionis exceptionem? seu à quo debito per solutionem contingat liberatio? Cap. XII.

PRima regula: Si cum ex pluribus caussis eidem ab eodem deberetur, pars, non omnis pecunia debita soluta sit, non expressa caussa in quam soluatur: in duriorem caussam id quod solutum est, acceptoferendum. quæ regula approbatur l. 3. ff. de solutionib. his uerbis: In duriorem caussam creditor semper uidetur sibi debere acceptoferre: ita enim & in suo constitueret nomine. Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. reg. 10. Pro declaratione huius regulæ sciendum, quæ duriores, quæ leuiores caussæ dicantur? de qua re in regulis proximè sequentibus tractabitur. nunc propositæ regulæ exceptiones sunt enumerandæ. quarum prima hæc est: Nisi debitor, cum soluit, exprimat in quam caussam uelit solutum: in hanc enim caussam, quamuis leuiorem, à creditore solutum est acceptoferendum. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de solutionib. his uerbis: Quoties quis debitor ex pluribus caussis unum debitum soluit, in arbitrio soluentis est dicere, quod potius debitum uoluerit solutum: & quod dixit, id erit solutum. possumus enim certam legē dicere ei quod soluimus. Concordat l. 14. ff. eod. tt. his uerbis: Vbi fideiussor pro duobus in denos fideiussit, obligatus est in uiginti: & siue uiginti siue dena soluerit, utrūq; reū liberabit. Sed si quinq; soluerit, uideamus quem ex reis releuet in quinq;? Et erit ille releuatus de quo actum est: at si non appareat, antiquius debitum erit inspiciendum. Idem & si quindecim sint soluta. Siquidē appareat quid actum sit: in decem & aliunde quinq; erunt releuata. Si uerò non appareat: ex antiquiore contractu decē, ex alio quinq; erunt releuata. Concordat item l. 5. §. si duos. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. 9. except. 15. repl. 1. dupl. 5. Item concordat l. 101. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. repl. 3. Item concordat l. 102. §. cum de sorte. ff. eod. tt. his uerbis: Cum de sorte debita constaret, de usura litigatum esset: nouissimè ex appellatione pronunciatum est, solutas quidem usuras non repeti, in futurū uerò non deberi. Quæro, pecunia data utrū usuris cedere deberet, quod petitor desenderet: an uerò sorti proficeret? Scæuola respondit, si qui dabat, in sortem se dare dixisset, usuris non debere proficere. Concordat

*cordat denique l.1.C.eod.tt. his uerbis:* In potestate eius est qui ax pluribus contractibus pecunism debet; tempore solutionia exprimera in quam caussam reddat. Quod si dabitor non fecit, conuertitur electio ad eum qui accepit. Si uaucet uoluntatem suam ax presit: prius in usuras id quod soluitur, deinda in sortam accepto fatetur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi debitor non statim in ipsa solutione, sed ex interuallo dicat, in quod debitum uelit esse solutum. Hæc replicatio approbatur l.1.in fine, cum sequentib. ff. de solutionibus. cuius uerba uide J. except. prox. repl. 2. Altera replicatio est: Nisi in indebita in caussam se soluere debitor per errorem expresserit. Hæc replicatio approbatur l. 102. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Titiua mutuam pacuniam accepit, & quincuncas usuras spopondit, easq; paucis annis soluit: postea nullo pacto interuenienta, per erroram & ignoraotiam samisses usuras soluit. quæro, an patefacto errore id quod amplius usurarum nomine solutum essat, quàm in stipulatum deductum, sortem minuerat? Scæuola raspondit; si errore plus in usuris soluisset, quàm deberet: habendam rationem in sortam aius quod amplius solutum esset. *Tertia replicatio est: Nisi non soluat debitor, sed ex distractione pignoris creditor debitum retineat. Hæc replicatio approbatur l. 101. §. Paulus. ff. d. tt. his uerbis:* Paulus respondit, aliam caussam esse dabitoris soluandis, aliam creditoris pignus distrahentis. Nam cum dabitor soluit pecuniam: in potestate eius esse commemorant in quam caussam soluerit. Cum autem creditor pignus distrahit: licare ei precium acceptum referra etiam in aam quantitatem, quæ natura tantùm debabatur. Et idao deducto eo dabitum peti posse. *Concordat l. 35. in prin. ibi: nec audiendus. ff. de pignor. action. cuius uerba uide J. reg. 11. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi creditor cui soluitur, exprimat in quod debitum accipere uelit. Hæc exceptio approbatur l.1. §. quoties. ff. de solutionibus, his uerbis:* Quoties non dicimus id quod solutum sit: in arbitrio est accipientis, cui potius dabito acceptum ferat: dummodo in id constituat solutum, in quo si ipse daberet, esset soluturus: id est, in id debitum, quod non est in controuersia: aut in illud quod quia pro alio fideiusserat, aut cuius dias nondum uenarat. Æquissimum enim uisum est, creditorem ita agare rem dabitoris, ut suam gereret. Permittitur ergo creditori constituere, in quod solutum ualit: dummodo sic constituat, ut in re sua constituaret. *Concordat l.1. §. quod si debitor. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. proxim. in prin. Item concordat l.21. C. de usuris, his uerbis:* Siusuras præstari pignore dato conuenerat, & in continenti numeratione facta, postea ual antè, propter quod debitum solutionam fecaras, non designasti: habuit creditor in usuras tibi accepto ferendæ solutæ quantitatis facultatam. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi debitor antè dixerit, in quod debitum uelit esse solutum. quæ replicatio legibus iam propositis approbatur. cuius duplicationes uide ſ. exception. proxim. replication. 2. cum duabus sequentibus replicationibus. Altera replicatio est: Nisi non statim cum ei soluitur, sed ex interuallo creditor dicat, in quod debitum id quod soluitur, accipiat. Hæc replicatio approbatur l. 2. in fine, cum duabus legibus sequentibus. ff. de solutionibus, his uerbis:* Constituere in re præsenti, hoc ast statim atque solutum est, debere: cum in re agenda hoc fiat, ut uel creditori liberum sit non accipere, uel debitori non dara, si alio nomine exolutum quis eorum ualit. Cætarùm postea non permittitur. *Tertia replicatio est; Nisi creditor non in id debitum constituat solutum, in quo si ipse deberet, se esset exoneraturus. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. ibi: dummodo in id. cuius uerba uide ſ. ead. exception. in prin. Huius replicationis exemplum est, si creditor in naturale tantùm debitum constituat: hoc est, quod solutum quidem per exceptionem retineri potest, non autem solutum per actionem peti non potest. quod exemplum proponitur l. 94. §. Fauius. ff. de solutionibus, his uerbis:* Fauius Ianuarius Papiniano S. Cum Titiua Caio Saio debaret ex caussa fideicommissi certam quantitatem, & tantundem aidem ax alia caussa, quæ peti quidem non poterat, ax solutione autem patitionem non præstabat: Titij satuus actor absenta domino soluit eam summam, quæ sufficaret ad quantitatem unius dabiti, cautumque est ei solutum ex uniuerso cradito: quæro, id quod solutum est, in quam caussam accaptum uideatur? Papinianus raspondit: Siquidem Titio Seiua ita cauisset, ut sibi solutum ex uniuerso credito significaret: crediti appellatio soliua fideicommissi pecuniam demonstrare uidatur, non aam quæ petitionam quidem non habet, solutione antam facta repeti pecunia non potest. Cum uerò seruua Titij actor absante domino pecuniam solueret: ne dominium quidē numorum in ea specie obligationis, quæ habuit auxilium axceptionis, translatū fora, si ex ea caussa solutio facta proponeretur: quia non est uerisimile, dominum ad aam speciem soluendis pacunijs seruum præposuisse, quæ solui non debuerint: non magis quàm ut nummos patuliarea ex caussa fideiussionis, quam seruus non

ex utilitate peculij suscepit, solueret. *Concordant ea quæ proponũtur ∫.reg.11.except.1. Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi creditor non ex solutione debitoris, sed ex distractione pignoris pecuniam acceperit. quæ duplicatio approbatur l.101.§.Paulus ff. de solutionib. cuius uerba uide ĩ. except. prox. repl.3 Cõcordat l.5.§.Imperator.ff.eod. tt. cuius uerba uide ∫.reg.11.except.1.repl.2. Item concordat l.73.ff.eod.tt.his uerbis:* Ob triginta aureos pecuniæ creditæ fideiussorem in uiginti dedi, & pignus in decem. Ex uẽditione autem pignoris creditor decem cõsecutus est. Vtrum ex uniuersitate id decedat, ut quidam putant, ac si in soluendis decẽ nihil debitor dixisset: an (sicut ego puto) in totis decem fideiussori contigerit liberatio: quia hoc dicendo potuit efficere debitor, ut ubi non dixit, id potius solutum existimetur, quod satisdatò debebatur? magis tamen existimo licuisse creditori in id quod solus debebat reus, accepto referre. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi cùm eodem tempore duobus contractibus pignora obligarentur: creditor in unum, non in utrunq; contractum precium ex distractione pignorum redactum accepto ferre uelit. quæ triplicatio approbatur l.96.§. cùm eodem.ff.d.tt.his uerbis:* Cùm eodem tempore pignora duobus contractibus obligãtur, precium eorũ pro modo pecuniæ cuiusq; contractus creditor acceptofacere debet: nec in arbitrio eius electio erit. cũ debitor precium pignoris sorti omni subiecerit. Quòd si tẽporib. discretis superfluũ pignorum obligari placuit: prius debitũ precio pĩgnorũ iure soluetur, secundũ superfluo cõpensabitur. *Quarta replicatio est: Nisi cum creditor eodẽ tempore in duos contractus pignora accepisset, ijs distractis preciũ in unum tantùm contractũ, non in utrunq; acceptoferre uelit. quæ replicatio approbatur uerbis d.§. cùm eodem, iam propositis. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio uidetur: Nisi pecunia numerata maior sit, quã illud debitum, in quod lex solutum uult acceptũ ferri. Hæc exceptio reprobatur l.97.§. fin. ff. de solut. his uerbis:* Si maior pecunia numerata sit, quã ratio singulorum expostulat: nihilominus ex primo contractu soluto qui potior erit, superfluum ordini secundo, uel in totũ, uel pro parte minuendo, ui debitur datum. *Cõcordat l.96.§. cùm eodem, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. except. prox. repl.3. in fine. Hæc de prima propositæ quæstionis regula, cuius aliquot species sequuntur.*

II. Regula: *Quod solutum est, potius in eam caussam cuius dies uel conditio uenit, quàm in eam cuius adhuc conditio pendet, uel dies nondum uenit, acceptoferendum est. quæ regula approbatur l.1. in fine. ff. de solutionib. his uerbis:* Quod si fortè à neutro dictum sit: in his quidem nominibus quæ diem uel conditionem habuerint, id uidetur solutum, cuius dies iam uenit. *Concordat l.103.ff.eod.tt.his uerbis:* Cum ex pluribus caussis debitor pecuniam soluit: Iulianus elegantissimè putat, ex ea caussa eum soluisse uideri debere, ex qua tunc, cum soluebat, compelli poterat ad solutionem. *Concordat item l.1. ibi: aut cuius dies. ff. eod.tt. cuius uerba uide ĩ. reg. proxim. exception.2. in prin.*

III. Regula: *Quod solutum est, potius in id debitum quod soluens suo, quàm quod alieno nomine debet, acceptoferendum. quæ regula approbatur l.4. in prin. ff. de solutionib. his uerbis:* Magis id uidetur solutum, quod meo nomine, quàm quod pro alio fideiussorio nomine debeo. *Concordat l.97. ibi: post hunc. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫.reg.12.*

IIII. Regula: *Quod solutum est, potius in id quod sub pœna, quàm quod sine pœna debetur, acceptoferendum. quæ regula approbatur d. l.4. his uerbis:* Potius id uidetur solutum, quod cum pœna, quàm quod sine pœna debetur. *Concordat l.7. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ex caussa quæ inficiatione crescit, uel pœnali debetur: dicendum est, id solutum uideri, quod pœnam habet liberationem. *Concordat item l.97. in prin. ibi: mox eius. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫.reg.12.*

V. Regula: *Quod solutum est, potius in id quod cum fideiussore, quàm quod sine fideiussore debetur, acceptoferendum. Hæc regula approbatur d.l.4. in fine, his uerbis:* Potius id uidetur solutum, quod satisdatò, quàm quod sine satisdatione debeo. *Concordat l.5. in prin. ibi: grauior autem. ff. eod. tt. his uerbis:* Grauior etiam caussa uidetur, quæ sub satisdatione debetur, quàm ea quæ pura est.

VI. Regula: *Solutum potius in id debitum quod sub pignore, quàm quod sine pignore debetur, acceptoferendum. quæ regula approbatur l.97. in prin. ibi: tertio. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ∫. reg.12.*

VII. Regula: *Solutum potius in id quod ex caussa famose, quàm quod ex non famosa caussa debetur, acceptoferendum. quæ regula approbatur l.7. in prin. ff. de solutionib. his uerbis:* Si quid ex famosa caussa & non famosa debeatur: id solutum uidebitur, quod ex famosa caussa debebatur. *Concordat l.97. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide ∫.reg.12. Concordat item l.104. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Si in duabus actionibus alibi summa maior, alibi infamia est: præponenda est caussa æstimationis. Vbi autem æquiparantur famosa iudicia: etsi summã disparem habeant, pro paribus accipienda sunt.

VIII. Regula: *Si ex alia caussa maior summa, ex alia minor debetur: neutra alteri præponenda. quæ*

regula

*regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Etſi ſummam diſparem habeant.

IX. *Regula: Cauſſa iudicati durior habetur. quæ regula approbatur l. 7. ibi: proinde. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Si quid ex cauſſa iudicati, & nõ iudicati debeatur: id putem ſolutum, quod ex cauſſa debeatur iudicati: & ita Pomponius probat.

X. *Regula: Antiquior cauſſa præponenda minus antiquæ. Hæc regula approbatur l. 5. in prin. ff. de ſolutionib. his uerbis:* In his quæ præſenti die debentur, conſtat quoties indiſtinctè quid ſoluitur: in grauiorem cauſſam uideri ſolutum. Si autem nulla prægrauet, id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint: in antiquiorẽ. *Concordat l. 24. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 1. Item concordat l. 97. in prin. ibi: etſi nihil. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. regul. 12. Huius exemplum proponitur l. 89. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Lucius Titius duabus ſtipulationibus, una quindecim ſub uſuris maioribus, altera uiginti ſub uſuris leuioribus, Seium eadem die obligauit ita, ut uiginti prius ſoluerentur, id eſt idibus Septembribus. Debitor poſt diem utriuſq; ſtipulationis cedentem ſoluit uiginti ſex, neq; dictum eſt ab altero, pro qua ſtipulatione ſolueretur. quæro, an quod ſolutum eſt, eam ſtipulationem exonerauerit, cuius dies anteceſsit: id eſt, ut uiginti ſortis ſoluta uideantur, & in uſuras eorum ſex data? Scæuola reſpondit, magis id accipi ex uſu eſſe. *Aliud exemplum proponitur l. 96. §. cum eodem, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 2. repl. 3. dupl. 1. triplic. 1. Item aliud exemplum proponitur l. 102. §. Valerius. ff. eod. tt his uerbis:* Valerius Lucij Titij ſeruus ſcripſit: Accepi à Marino Materno ex ſumma maiore tot aureos. quæro, an hæc ſumma in proximum annum ei accepto ferri debeat, cum ſuperioris anni ſit reliquator? Scæuola reſpondit, uideri in primam quanq; ſummam liberationem proficere.

XI. *Regula: Solutum prius in uſuras, deinde in ſortem accepto ferendum. quæ regula approbatur l. 5. §. imperator. ibi: eidem autem. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Generaliter conſtitutum eſt, prius in uſuras numum ſolutum accepto ferendum. *Concordat l. 35. in prin. ff. de pignor. actione. his uerbis:* Cum & ſortis nomine, & uſurarum aliquid debetur ab eo qui ſub pignoribus pecuniam debet: quidquid ex uenditione pignorum recipietur, primùm uſuris, quas iam tunc deberi conſtat: deinde ſi quid ſupereſt, ſorti accepto ferendum eſt. nec audiendus eſt debitor, ſi cum parum idoneum ſe eſſe ſciat, eligat quo nomine exonerari pignus ſuum malit. *Concordat item l. 21. C. de uſuris. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 2. Item concordat l. 1. in fine. C. de ſolutionib. cuius uerba uide ſ. d. reg. 1. except. 1. in prin. Item concordat l. 48. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 8. reg. 25. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uſuræ ſint indebitæ. hoc eſt, quæ peti quidem non poſſunt, ſolutæ autem non repetuntur. Hæc exceptio approbatur d. §. Imperator. ibi: ſed ſi fortè, his uerbis:* Si fortè uſuræ non ſunt debitæ, & quis ſimpliciter ſoluerit, quas omnino non erat ſtipulatus: Imp. Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit, ut in ſortem cedant. Eidem autem reſcripto ita ſubijcitur: Quod generaliter conſtitutum eſt, prius in uſuras numum ſolutum accepto ferendum, ad eas uſuras uidetur pertinere, quas debitor exoluere cogitur: & ſicut ex pacti conuentione datæ repeti non poſſunt, ita proprio titulo non numeratæ pro ſolutis ex arbitrio percipientis non habebuntur. *Concordat l. 94. §. Fauius. ff. eod. tt. de ſolutionib. cuius uerba uide ſ. reg. 1. exception. 2. replic. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ſpecialiter in uſuras indebitas pecunia ſit ſoluta. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et ſicut ex pacti conuentione, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi non ex ſolutione debitoris, ſed ex diſtractione pignorum creditor pecuniam acceperit. quæ replicatio approbatur d. §. Imperator, his uerbis:* Imperator Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit: cùm diſtractis pignoribus creditor pecuniam redegit, ſi ſint uſuræ debitæ & aliæ indebitæ: quod ſoluitur in uſuras, ad utrãq; cauſſam uſurarum tam debitarum quàm indebitarum pertinere: puta quædam earum ex ſtipulatione, quædam ex pacto naturaliter debebantur. Si uerò ſumma uſurarum debitarum & non debitarum non eadẽ ſit, æqualiter ad utranq; cauſſam proficit quod ſolutum eſt, non pro rata: ut uerba reſcripti oſtendunt. *Concordat l. 101. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 1. repl. 3. Altera propoſitæ regulæ exceptio uidetur: Niſi creditor debitori cauerit, ſolutum ſe in ſortem & in uſuras accipere. Sed hæc exceptio reprobatur l. 5. §. fin cum legẽ ſequente. ff. de ſolutionib. his uerbis:* Apud Marcellum libro XX. Digeſtorum quæritur: ſi quis ita cauerit debitori, in ſortem & uſuras ſe accipere: utrum pro rata & ſorti & uſuris decedat: an uerò prius in uſuras, & ſi quid ſupereſt, in ſortem? Sed ego non dubito, quin hæc cautio in ſortem & in uſuras admittetur: ſed prius in uſuras, tunc demum, ſi quid ſuperfuerit, in ſortem cedat. Nec enim ordo ſcripturæ ſpectatur, ſed potius ex iure ſumitur id quod agi uidetur.

XII. *Regula: Si plures cauſſæ potiores cõcurrãt, utra utri ſit præferenda, definitur l. 97. in prin. ff.*

de

*de ſolutionib. bis uerbis:* Cum ex pluribua cauſſis debitor pecuniã ſoluit, utriuſq; demonſtratione ceſſante, potior habebitur cauſſa eiua pecuniæ quæ ſub infamia debetur, mox eius quæ pœnam continet, tertiò quę ſub iure hypothecæ uel pignore contracta eſt: poſt hunc ordinem potior habetur propria quàm aliena cauſſa, ueluti fideiuſſoris. Quod ueterea ideo definierunt, quòd neribmile nideretur, diligentem debitorem admonitum ita negocium ſuum geſturum fuiſſe: & ſi nihil eorum interueniret, uetuſtior contractus antè ſolueretur.

XIII. *Regula: Si omnes cauſſæ ex quibus debetur, pares ſint, ut neutra alteri ſit præponenda: in omnes cauſſas pro portione id quod ſolutum eſt, acceptoferendum. quæ regula approbatur l. 8. ff. de ſolutionib. bis nerbis:* Illud non ineleganter ſcriptum eſſe Pomponius ait, ſi par & dierum & contractuũ cauſſa ſit: ex omnibus ſummis pro portione uideri ſolutum. *Ait Iuriſconſultus:* Proportione. *Scilicet æquali, non pro rata. Cui concordat l. 5. §. Imperator. ibi: ſi uerò ſumma. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. reg. 11. except. 1. repl. 2.*

*Exceptiones hactenus enumeratarum regularum generales uide ſ̄. reg. 1.*

XIIII. *Regula: Interdum ex una cauſſa ſolutio facta, parit etiam liberationem cauſſæ alterius. quæ regula approbatur, ſimul & exemplis declaratur l. 44. in prin. ff. de ſolutionib. bis uerbis:* In numerationibus aliquando euenit, ut una numeratione duæ obligationes tollantur uno momento: ueluti ſi quis pignus pro debito uẽdiderit creditori: euenit enim ut ex uendito tollatur obligatio & debiti. Item ſi pupillo qui ſine tutoris authoritate mutuam pecuniam accepit, legatum à creditore fuerit ſub ea conditione, ſi eam pecuniam numerauerit: in duaa cauſſas uideri eum numeraſſe: & in debirum ſuum, ut in Falcidiã hæredi imputetur: & conditionis gratia, ut legatum conſequatur. *Concordat l. 38. §. de peculio. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. cap. prox. reg. 1. in prin. Hæc de ſolutionibus.*

## *DE ACCEPTILATIONIbus. Cap. XIII.*

PRimò: *Definitio acceptilationis proponitur l. 1. ff. de acceptilationibus, bis uerbis:* Acceptilatio eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua utriuſq; contingit ab eodem nexu abſolutio. *Declaratur hæc definitio Inſt. quib. mod. toll. obligat. §. item per acceptil. bis uerbis:* Item per acceptilationem tollitur obligatio. Eſt autem acceptilatio, imaginaria ſolutio. Quod enim ex uerborum obligatione Titio debetur, id ſi uelit Titius remittere, poterit ſic fieri, ut patiatur hæc uerba debitorem dicere: Quod ego tibi promiſi, habea'ne acceptum? & Titius reſpondeat: Habeo. *Concordat l. 7. ff. de acceptil. bis nerbis:* Et ſic acceptilatio fieri poteſt: Accepta faciã decem? ille reſpondet: Facio.

### II. GENVS ACCEPTIlationis.

*Ciuilis liberationis ſpecies eſt. l. 107. in fine. ff. de ſolutionib. cuius uerba nide ſ̄. cap. 5. quæſt. 2. diuiſ. 1. Huic quodammodo contradicit l. 8. §. fin. ibi: quia hoc iure utimur. ff. de acceptilat. cuius uerba uide J. quæſt. 5. except. 7.*

III. *Differentia inter acceptilationem & apocham proponitur l. 19. §. fin. ff. de acceptilatione, bis uerbis:* Inter acceptilationem & apocham hoc intereſt, quòd acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: apocha non aliâs, quàm ſi pecunia ſoluta ſit. *Quod hic dicitur de apocha, de eo uide plura ſ̄. lib. 7. cap. 3. quæſt. 8. ſpecie 1. except. 3.*

### IIII. SIMILE.

*Acceptilatio ſolutioni ſimilis eſt. quæ regula approbatur l. 5. ff. de acceptil. bis uerbis:* In diem acceptilatio facta nullius momenti eſt. nam ſolutionis exemplo acceptilatio ſolet liberare. *Concordat l. 8. §. ſi is qui. ff. de liberat. legata, bis uerbis:* Acceptilatio ſolutioni comparatur: & quemadmodum ſi Stichum ſoluiſſet, debitor liberaretur, ita & acceptilatione liberatur.

### V. DE EXCEPTIONIBVS ADuerſus acceptilationem.

*Regulariter quidem per acceptilationem tollitur obligatio, & liberatio contingit. quæ regula approbatur uerbis d. l. 5. & d. §. ſi is qui, iã propoſitis. Quib. concordat Inſt. quib. mod. toll. obligatio. §. item per acceptilat. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 1. Sed huius regulæ plures etiam ſunt exceptiones nunc ordine proponendæ: & primùm eæ quæ ſumuntur ex perſona acceptoferentis.*

I. *Exceptio: Niſi alius quàm creditor acceptotulerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 13. §. tutor. ff. de acceptilat. bis uerbis:* Tutor curatorúe furioſi acceptum ferre non poſſunt: ne procurator quidem poteſt facere acceptum. Sed hi omnes debent nouare: poſſunt enim & ſic acceptofacere. Ne his quidẽ acceptũ fieri poteſt. Sed nouatione facta poterunt liberari per acceptilationẽ. Nam & in abſentium perſona hoc remedio uti ſolemus, cum ſtipulamur ab aliquo id nouandi cauſſa, quod abſens nobia debet, & ita accepto liberamua eum à quo ſtipulati ſumus: fitq; ut abſena nouatione, præſena per acceptilationem liberetur. *Ait Iuriſconſultus:* Ne his quidem acceptũ fieri poteſt. *De hac re uide J. except. 5. repl. 2. Concordat l. 22. C. de pactis. cuius nerba uide ſ̄. lib. 17. cap. 5. repl. 2. dupl. 1. Concordat item l. 3. ff. de acceptil. bis nerbis:* Per procuratorem nec liberari,

nec

nec liberare quisquam acceptilatione sine mandato potest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi alius mandato creditoris interueniente acceptumfecerit. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Sine mandato. *Cuius duplicatio hæc est: Nisi seruus iussu creditoris domini sui acceptumfecerit. quæ duplicatio approbatur l. 22. ff. de acceptilatione, his uerbis:* Seruus nec iussu domini acceptumfacere potest. *Altera replicatio est: Nisi tutor, curator, uel procurator creditoris prius nouauerit obligationem. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. tutor, s. propositis hisce:* Sed hi omnes debent nouare: possunt enim & sic acceptofacere. *Tertia replicatio est: Nisi hæres creditoris acceptumfecerit. Hæc replicatio approbatur l. 13. §. penult. ff. de acceptil. his uerbis:* Hæres quoq; & liberare & liberari accepto potest, & honorarij successores. *Quarta replicatio est: Nisi unus ex reis stipulandi acceptumfecerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 13. §. ult. his uerbis:* Ex pluribus reis stipulandi, si unus acceptumfecerit, liberatio contingit in solidum. *Concordat l. 31. §. si duo. ibi: item unus. ff. de nouationib. cuius uerba uide J. cap. prox. except. 5. Item concordat l. 2. in fine. ff. de duob. reis constit. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 12. reg. 2. in prin.*

II. Exceptio: *Nisi unus tantùm ex duobus uel pluribus creditoribus acceptotulerit. Hæc exceptio reprobatur in reis stipulandi per ea quæ iam repl. prox. sunt proposita.*

III. Exceptio: *Nisi pupillus acceptotulerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi tutoris authoritate interueniente, pupillus acceptotulerit. quæ replicatio approbatur l. 1. C. de acceptilationib. his uerbis:* Iam tibi scripsi, posse apud iudicem quæri, an solennibus uerbis tutoris authoritate interueniente soror tua acceptilatione debitorem suum liberauerit. Quare si in repetenda pecunia quam exoluit, diuersa pars perseuerauerit: uteris defensionibus competentibus.

IIII. Exceptio: *Nisi seruus acceptotulerit. Hæc exceptio approbatur l. 22. ff de acceptil. cuius uerba uide s. except. 1. repl. 1. Hæc de exceptionibus sumptis ex persona acceptoferentis: sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex persona eius cui est acceptolatum.*

V. Exceptio: *Nisi alij quàm debitori sit acceptolatum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit exemplo l. 13. §. tutor. ibi: ne his quidem. ff. de acceptil. cuius uerba uide s. except. 1. in prin. Concordat l. 8. §. filiusfamil. ibi: pater. ff. de acceptilat. cuius uerba uide J. except. 7. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nouatione interueniente alij quàm debitori sit acceptolatum. quæ replicatio approbatur d. uers. ne his quidem. Cui concordat l. 91. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s cap. 5. quæst. 3. except. 2. Altera replicatio est: Nisi hæredi debitoris sit acceptolatum. Hæc replicatio approbatur l. 13 §. penult ff. de acceptilat. cuius uerba uide s. except. 1. repl. 3. Tertia replicatio est: Nisi seruo debitoris sit acceptolatum. Hæc replicatio approbatur l. 8. §. seruus. ff. de accept. his uerbis:* Seruus communis, sicut uni ex dominis stipulari potest, ita etiam acceptum rogare uni ex dominis potest, eumq; in solidum liberat. Et ita Octauenus putat. Accepto liberare seruus communis alterum ex dominis etiam ab altero domino potest: id enim & Labeoni placuit. Deniq; Labeo libris πιθανῶν scribit: si à primo domino, secundo domino socio suo stipulatus fuerit, posse à secundo accepto rogare, & per acceptilationem primum liberare, quem ipse obligauerat. Sic fieri ut per unum atq; eundem seruum & constituatur & tollatur obligatio. *Concordat l. 11. ff. eod. tit. his uerbis:* Species adquirendi est, liberare dominum ab obligatione. Et ideo fructuarius quoq; seruus liberare acceptum rogando fructuarium potest: quia ex re eius uidetur ei adquirere. Sed etsi tantùm usum habuit, idem fiet. Idemque dicemus & in eo qui bona fide nobis seruit, & in cæteris qui nostro iuri subiecti sunt. Sed etsi seruo, quod ipse mihi promisit, acceptumfecero: inutiles mihi erunt aduersus dominum honorariæ actiones, quæ de peculio uel in rem uerso dantur. Si seruus hæreditarius ante aditam hæreditatem acceptum roget, quod defunctus mihi promiserat: uerius puto contingere liberationem, ut per hoc hæreditas ipsa liberetur. Sed etsi dominus apud hostes sit: dicendum est, iure postliminij confirmari acceptilationem. Nam & stipulari ei qui apud hostes est, seruus potest. *Ait Iurisconsultus:* Et ideo fructuarius quoque seruus, &c. *Huic concordat l. 63. ff. de solutionib. his uerbis:* Si debitor sit serui fructuarius, potest is seruus per acceptilationem liberare eum: uidebitur enim ex re eius adquirere. Idem in pacto dicemus. *Quarta replicatio est: Nisi ei qui bona fide à debitore possidetur, sit acceptolatum. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 11. iam propositis hisce:* Idemq; dicemus & in eo qui bona fide nobis seruit, & in cæteris qui nostro iuri subiecti sunt. *Quinta replicatio est: Nisi filiofamiliâs debitoris sit acceptolatum. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et in cæteris qui nostro iuri subiecti sunt. *Sexta replicatio est: Nisi uni ex reis promittendi sit acceptolatum. Hæc replicatio approbatur per ea quæ proponuntur J. quæst. prox. reg. 2.*

VI. Exceptio: *Nisi seruo sit acceptolatum. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 11. s. propositis hisce:* Sed etsi seruo, quod ipse mihi promisit, acceptumfecero: inutiles mihi erunt aduersus dominum honorariæ actiones, quæ de peculio uel in rem uerso dantur. *Concordat*

*l.8.§.filiusfamiliâs ibi:idem erit & in.ff.eod.tt.de acceptil.cuius uerba uide J.except.prox.*

VII. Exceptio: *Niſi filiofamiliâs ſit acceptolatum. Hæc exceptio reprobatur d.§.filiusfamiliâs,his uerbis:* Filiusfamiliâs promittendo patrem ciuiliter non obligat, ſed ſe obligat. propter quod acceptò rogare filiusfamiliâs poteſt,ut ſe liberet:quia ipſe obligatus eſt.Pater autem acceptū rogando nihil agit:cum non ipſe obligatus ſit, ſed filius. Idem erit & in ſeruo dicendum. Nam & ſeruus accepto liberari poteſt: & tolluntur etiam honorariæ obligationes,ſi quæ ſunt aduerſus dominum. quia hoc iure utimur, ut iuris gentium ſit acceptilatio.

VIII.Exceptio: *Niſi pupillo ſit acceptolatū. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. de acceptilat. his uerbis:* Pupillum per acceptilationem & ſine tutoris authoritate liberari poſſe,placet.

IX.Exceptio: *Niſi uni ex pluribus eiuſdem rei debitorib.ſit acceptolatum. Hæc exceptio reprobatur l. 10.in fine.ff. de acceptilat. cuius uerba uide J.except. 11.repl.1.Plura de hac exceptione uide J queſt.prox. regul.2.*

IX. Exceptio: *Niſi maritus uxori acceptotulerit. Hæc exceptio ap.pbatur l.5.§.ſi maritus.ff.de don.inter uir.& uxor.cuius uerba uide ꝰ.lib.35.cap.8.except. 11. Hactenus de perſonis acceptilationis tam acceptoferentium, quàm eorum quibus acceptofertur.Sequuntur nunc exceptiones deſumptæ ex re quæ acceptofertur.*

X. Exceptio: *Niſi alia quàm uerborum obligatio acceptoferatur.Hæc exceptio approbatur l.8.§ acceptum.ff.de acceptilat.his uerbis:* Acceptum ferri non poteſt,niſi quod uerbis obligatum eſt. Acceptilatio enim uerborum obligationē tollit:quia & ipſa uerbis fit.Non enim poteſt uerbis tolli, quod nō uerbis contractū eſt. *Concordat Inſt.quib.mod.tollitur obligat.§.itē per acceptilat.ibi:quo genere,his uerbis:* Acceptilatione tantùm eæ ſoluūtur obligationes, quæ ex uerbis conſiſtunt, non etiam cæteræ. Conſentaneum enim uiſum eſt, uerbis factam obligationem alijs poſſe uerbis diſſolui. *Concordat item l.80. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide ꝰ.cap.9.queſt.3.in prin.Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alia obligatio nouetur, & in uerborum obligationem transformetur. Hæc replicatio approbatur Inſt.d. §.item per acceptilat. ibi: ſed & id,his uerbis:* Et id quod ex alia cauſſa debetur,poteſt in ſtipulationem deduci, & per acceptilationem diſſolui. *Concordat l.17.ff.de donationib.his uerbis:* Si in ſtipulatum iudicatum nouationis cauſſa deductum ſit,& ſtipulatio donationis cauſſa acceptolata:dicendum eſt, liberationem locum habere. *Concordat item l.4..ff. de tranſactionib. his uerbis:* Aquiliana ſtipulatio omnino omnes præcedentes obligationes nouat & perimit,ipſaq; perimitur per acceptilationem. Et hoc iure utimur. Ideoq; & legata ſub conditione relicta in ſtipulationē Aquilianam deducuntur. *Concordat item l. 2. C.de acceptilat.his uerbis:* Si donationis gratia nouatione facta,per acceptilationem præſtiti ſti liberationem: omnis agendi uia perempta eſt. *Concordat item l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Per Aquilianam ſtipulationem pacto ſubditam obligatione præcedente ſublata, & acceptilatione quæ fuerat inducta, perempta:ei qui ex nulla cauſſa reſtitui poteſt,omnis agendi uia præcluditur. *Declaratur replicatio propoſita Inſt.quib.mod.toll.obligat.§.eſt autem, his uerbis:* Eſt prodita ſtipulatio, quæ uulgò Aquiliana appellatur,per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in ſtipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita compoſita eſt: Quidquid te mihi ex quacunq; cauſſa dare,facere oportet oportebitúe, præſens in diemúe, quarumcunq; rerum mihi tecum actio eſt,quæq; aduerſus te petitio,uel aduerſus te perſecutio eſt uel erit, quodúe tu meum habes,tenes,poſsides, doloúe malo feciſti quo minus poſsideas: quanti quæq; earum rerum res erit,tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius. Item ex diuerſo Numerius Nigidius interrogauit Aulum Agerium:Quidquid tibi hodierno die per Aquilianam ſtipulationem ſpopondi, id'ne omne habes acceptum? Reſpondit Aulus Agerius:Habeo,acceptumq; tuli. *Concordat l.18. ff.de acceptilat.his uerbis:* Et ex uno & pluribus contractibus,uel certis uel incertis, uel quibuſdam,exceptis cæteris, uel omnibus ex cauſsis una acceptilatio & liberatio fieri poteſt.Eius rei ſtipulatio, quam acceptilatio ſequatur, à Gallo Aquilio talis expoſita eſt:Quidquid te mihi ex quacūq; cauſſa dare, facere oportet oportebitúe, præſens in diēúe, quarumcunq; rerū mihi tecū actio, quæq; aduerſus te petitio, uel aduerſus te perſecutio eſt eritúe:quodúe tu meum habes,tenes,poſsides:quanti quæque earum rerum res erit,tantam pecuniam dari ſtipulatus eſt Aulus Agerius, ſpopondit Numerius Nigidius: quod Numerius Nigidius Aulo Agerio ſpopondit, id haberet ne à ſe acceptum,Numerius Nigidius Aulum Agerium rogauit. Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit. *Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione. Altera replicatio eſt, Quòd quamuis alia obligatio quàm uerborum,per acceptilationem ipſo iure tolli non poſsit:tollitur tamen exceptionis ope, quæ replicatio approbatur l.19. in prin.*

*prin.ff.d.tt. his uerbis:* Si acceptolatum fuerit ei qui non uerbis, sed re obligatus est: non liberabitur quidem, sed exceptione doli mali uel pacti conuenti se tueri potest. *Huius replicationis ratio est, quia inutilis acceptilatio uile habet pactum. de qua re uide J. ead. quaest. in fine.*

XI. Exceptio: *Nisi obligatio iureiurando firmata acceptoferatur. Hæc exceptio reprobatur l. 13. in prin. ff d. tt. his uerbis:* Et per iusiurandum liberti interpositam operarum obligationē per acceptilationem tolli, uerius est.

XII. Exceptio: *Nisi plures obligationes simul acceptoferantur. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 18. S. except. 10. repl. 1. propositis hisce:* Et uno ex pluribus, &c.

XIII. Exceptio: *Nisi aliud quàm debetur, sit acceptolatum. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff. de acceptilatione, his uerbis:* Nisi consentiat acceptilatio cum obligatione, & nisi uerum est quod in acceptilatione demonstratur: imperfecta est liberatio. Quia uerbis uerba ea demum resolui possunt, quæ inter se congruunt. *Concordat l. 13. §. illud certum. ff. eod. tt. his uerbis:* Illud certum est, eum qui fundum stipulatus, usumfructum uel uiam accepto faciat: in ea esse caussa, ut acceptilatio non ualeat. Qui enim acceptofacit, uel totum, uel partem eius quod stipulatus est, debet acceptofacere. hæ autem partes non sunt, non magis quàm si quis domū stipulatus, acceptoferat cęmenta, uel fenestras, uel parietem, uel diætam. *Concordat item d. l. 13. §. eum qui, his uerbis:* Eum qui fundum stipulatus est, non posse de dolo malo clausulam acceptum ferre, cònstat. Non enim in partem debiti id constitit: & aliud est quod debetur, & aliud quod acceptofertur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi pars eius quod debetur, acceptolata sit. Hæc replicatio approbatur uerbis d. §. illud certum, iam propositis hisce:* Qui enim acceptofacit, uel totum uel partem eius quod stipulatus est, debet acceptofacere. *Concordat Inst. quib. mod. toll. obligat. §. sicut autem, his uerbis:* Sicut quod debetur, pro parte rectè soluitur: ita in parte debiti acceptilatio fieri potest. *Concordat item l. 9. cum lege sequente. ff. de acceptil. his uerbis:* Pars stipulationis accepto fieri potest, non tantùm si sic dicatur: Ex numis decē, quos tibi promisi, quinq; habes'ne acceptos? Sed etiam si sic: Quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habes'ne acceptum? Sed etsi non numerata pecunia, sed certū corpus (ueluti homo) in stipulationem deductus est: potest ex parte acceptilatio fieri, quomodo & uni ex hæredibus acceptum fieri potest. *Item concordat l. 17. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui hominem aut decē stipulatus est, si quinq; acceptofecerit: partem stipulationis peremit. & petere quinq; aut partē hominis potest. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi id quod debetur, diuisionē non recipiat. tunc enim pro parte acceptilatio fieri non potest. quæ duplicatio approbatur l. 13. §. 1. ff. de acceptilat. his uerbis:* Si id quod in stipulationē deductum est, diuisionem non recipiat: acceptilatio in partem nullius erit momēti: utputa si seruus fuerit prædij rustici uel urbani. Planè si ususfructus sit in stipulatum deductus, puta fundi Titiani: poterit pro parte acceptilatio fieri, & erit residuæ partis fundi ususfructus. Si tamen uiam quis stipulatus, accepto iter uel actum fecerit: ista acceptilatio nullius erit momenti. hoc idē est probandum, si actus fuerit acceptolatus. Si autem iter & actus accepto fuerit latus: consequens erit dicere, liberatū eum qui uiam promisit. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi omnes partes simul acceptoferantur. Hæc triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si autem iter & actus accepto fuerit latus, &c. *Altera triplicatio hæc est: Nisi talis res sit, quæ solui quidem pro parte non potest, peti tamen pro parte potest. hoc enim casu pro parte acceptilatio fieri potest. quæ triplicatio approbatur exemplo hominis debiti l. 10. & l. 17. ff. de acceptilationibus. quarum legum uerba uide paulo superius ead. repl. in prin. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi dempta parte, totum non retineat suum nomen. quæ duplicatio approbatur exēplo d. l. 13. uerbis iam propositis hisce:* Si uiam quis stipulatus, accepto iter uel actum fecerit: ista acceptilatio nullius erit momenti. hoc idem est probandum, si actus fuerit acceptolatus. *Tertia duplicatio est: Nisi cum domus deberetur, cæmenta, fenestræ, uel diæta acceptoferantur. Hæc duplicatio approbatur d. l. 13. §. illud certum, in fine. cuius uerba uide S. ead. except. in prin. Quarta duplicatio est: Nisi cum fundus deberetur, ususfructus eius acceptoferatur. Hæc duplicatio approbatur d. §. illud certum. Quinta duplicatio est: Nisi quasi pars tantùm deberetur, ea sit acceptolata. Hæc duplicatio approbatur d. l. 13. §. si quis usumfructum, his uerbis:* Si quis usumfructum stipulatus, usum acceptotulerit: siquidem sic tulerit acceptum, quasi usu debito: liberatio non continget. Si uerò quasi ex usufructu: cum possit usus sine fructu constitui, dicendum est acceptilationem ualere. *Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi genere promisso, species acceptoferatur. Hæc replicatio approbatur d. l. 13. §. si is qui hominem, his uerbis:* Si is qui hominem stipulatus est, Stichum acceptotulerit: Iulianus libro LIIII. Digestor. scripsit, acceptilationem aliquid egisse, tulisseq; totam obligationem. Quod enim stipulatori inuito promissor soluere potest, id

& acceptumlstum liberationem pariet. *Tertia replicatio est: Nisi ultra id quod est promissum, aliquid acceptumferatur. Hæc replicatio approbatur l.15.ff. de acceptilation. his uerbis:* Si is qui Stichum expromisit, ita interroget: Quòd Stichum promisi, Stichum & Pamphilum habes'ne acceptos? puto rectè acceptolatum, & superuacuam mentionem Pamphili factam. Quemadmodum si is qui decem promisit, ita interroget: Quòd tibi decem promisi, & uiginti habes'ne accepta? etiam decem nomine erit liberatus. *Quarta replicatio est: Nisi cùm uia deberetur, iter & actus acceptoferatur. quæ replicatio approbatur l.11.§.1.ibi: si autem iter & actus. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. repl.1.dupl.1.*

X IIII. *Exceptio: Nisi aliud quàm rogatus est creditor, acceptotulerit. Hæc exceptio approbatur l.6.in fine. ff. de acceptilat. his uerbis:* Illud sciendum, si ego aliud acceptotuli, aliud tu rogasti, nihil ualere acceptilationem. *Hactenus de personis & rebus acceptilationis: sequuntur nunc exceptiones ex alijs circumstantijs desumptæ.*

X V. *Exceptio: Nisi sub conditione sit acceptolatum. Hæc exceptio approbatur l.4. ff de acceptil. his uerbis:* Acceptilatio sub conditione fieri non potest. *Concordat l.77 ff. de reg iuris, his uerbis:* Actus legitimi, qui non recipiunt diem uel conditionem: ueluti emancipatio, acceptilatio hæreditatis aditio, serui optio, datio tutoris: in totum uitiantur per temporis uel conditionis adiectionē. Nonnunquam tamen actus suprascripti tacitè recipiunt, quæ apertè comprehensa uitium adferunt. Nam si acceptumferatur ei qui sub conditione promisit: ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit. Quòd si uerbis nominatim acceptilationis comprehendatur: nullius momenti faciet actū. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi conditio non expressè, sed tacitè insit acceptilationi. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nonnunquam tamen actus suprascripti tacitè recipiunt, &c. *Altera replicatio est, quòd quamuis acceptilatio sub conditione facta ipso iure non liberet, liberat tamen exceptionis ope. quæ replicatio approbatur l. si intra. 41. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 1. except. 12. repl. 7.*

X VI. *Exceptio: Nisi in diem sit acceptolatum. Hæc exceptio approbatur l 5. ff. de acceptil. cuius uerba uide s. quæst prox. Concordat l.77. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. except. prox.*

X VII. *Exceptio: Nisi acceptilatio non consentiat obligationi, & falsum contineat. Hæc exceptio approbatur l.14. ff. de acceptil. cuius uerba uide s. except. 11. in prin.*

X VIII. *Exceptio: Nisi non solennibus uerbis acceptilatio facta sit. Hæc exceptio approbatur Inst. quib. mod. toll. obligat. §. sed & græcè, his uerbis:* Et Græcè potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, ut Latinis uerbis solet exigi: *ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών.* *Concordat ijsdem uerbis l. 8. §. fin. ff. de acceptilationibus. Concordat item l.1. ibi: an solennib. C. eod. tit. cuius uerba uide s. exception. 3. Quæ autem sint uerba acceptilationis solennia, uide s. exception. 10. replicat. 1.*

X IX. *Exceptio: Nisi ante diem uel conditionem obligationis existentem acceptolatum sit. Hæc exceptio reprobatur l.12. ff. de acceptilat. his uerbis:* Quod in diem uel sub conditione debetur, acceptilatione tolli potest. sed ita id factum apparebit, si conditio stipulationis extiterit, uel dies uenerit. *Concordat l.77. in fine. ff. de reg iuris. cuius uerba uide s. except. 15. in prin. Item concordat l. 4. in fine. ff. de transactionib. cuius uerba uide s. except. 10. repl. 1. Item concordat l.16 ff. de solutionib. his uerbis:* Sub conditione debitor, si acceptumferatur, postea conditione existente intelligitur iam olim liberatus. Et hoc etiam si solutio re fiat, accidere Aristo dicebat. Scripsit enim, Si quis sub conditione pecuniam promisit, deditque ea conditione, ut si conditio extitisset, in solutum cederet: existente conditione liberari eum, nec obstare quòd antè eius pecunia facta est. *Concordat denique l. 21. ff. de acceptilationibus, his uerbis:* Si sub conditione legatum mihi datum nouandi caussa stipulatus sim, & ante existentem conditionem acceptum fecero: Nerus filius ait, etiamsi conditio extiterit, neque ex testamento competituram actionem, quia nouatio facta sit: neque ex stipulatu, quæ acceptilatione soluta sit. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est Nisi cum Stichus aut decem sub conditione deberentur, & Stichus acceptolatus esset: is pendente conditione decesserit quæ replicatio approbatur l.13. §. si Stichum. ff. de acceptilation. his uerbis:* Si Stichum aut decem sub conditione stipulatus, Stichum acceptum fecerit, & pendente conditione Stichus decesserit: decem in obligatione manebunt, perinde ac si ea acceptilatio interposita non fuisset. *Altera replicatio est: Nisi fideiussori sub conditione accepto sit acceptolatum: hæc enim acceptilatio non prodest reo principali. de qua re uide j. quæstion. prox. regul. 1. exception. 3.*

I X. *Exceptio: Nisi ante contractam obligationem sit acceptolatū. Hæc exceptio approbatur l.13. §. qui ita. ff. de acceptilat. his uerbis:* Qui ita stipulatus à fideiussore, Quod Titio credidero, fide tua esse iubes? deinde antequā crederet, acceptū fecit fideiussori: reus nō liberabitur. sed si quādoq; ei creditum fuerit: tenetur.

Nam

Nam etsi fideiussorem non antè liberatum esse credimus, quàm cum fuerit creditū reo: nō tamē reus antiquiore acceptilatione, quàm obligatio eius est, liberari potuit.

XXI. *Exceptio: Nisi debito iam soluto acceptolatum sit. Hæc exceptio approbatur l. 71. §. item si ignorans ff de solutionib. bis uerbis:* Si ignorans creditor procuratori suo solutum, seruo debitoris, filioúe acceptum fecerit: postea autem quàm id resciuerit, ratum habuerit: confirmatur solutio, & quod acceptolatum est, nullius momenti est. Contrà si ratum non habuerit: quod acceptum fecerit, confirmatur. Sed si ignorans solutum litem contestatus est, si pendente iudicio ratum habuerit: absolui oportet illum cum quo actum est. Si tamen non habuit: condemnari. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor postea de solutione certior factus, eam non habuerit ratam. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Contrà si ratum, &c.

XXII. *Exceptio: Nisi post rei debitæ interitum acceptolatum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: cum debitum quod acceptofertur, nullum sit: utpote interitu rei debitæ iam extinctū. Verùm eius replicatio hæc est: Nisi debitum rei interitu nō fuerit extinctum. quæ replicatio approbatur exemplo rei debitæ, quæ post moram à debitore factam interijt, l. 91. §. fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. cap. 19. except. 7. in prin.*

XXIII. *Exceptio: Nisi pecunia debita non sit soluta. Hæc exceptio reprobatur l. 19. in fine. ff de acceptil. cuius uerba uide s. quæst. 1.*

XXIIII. *Exceptio: Nisi caussa ob quam acceptolatum est, non sit secuta. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 43. in prin. ff. de iure dotiū, his uerbis:* Licet soleat dos per acceptilationē constitui: si tamē ante matrimoniū acceptilatio fuerit interposita, nec nuptiæ secutæ sint: Scæuola ait, matrimonij caussa acceptilationem interpositam non secutis nuptijs nullam esse: atq; ideo suo loco manere obligationem. quæ sententia uera est.

XXV. *Exceptio: Nisi cum debitum conditionale acceptolatum esset, conditio debiti postea defecerit. Hæc exceptio approbatur l. 77. in fine. ibi: nam si acceptum feratur. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. except. 15. in prin.*

### Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

*Hæ sunt exceptiones aduersus acceptilationem, quarum replicatio generalis hæc est, Quòd quamuis acceptilatio inutilis sit, prosit tamen ad exceptionem. quæ replicatio approbatur l. si unus. 27. §. si acceptilatio. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si acceptilatio inutilis fuit: tacita pactione id actum uidetur, ne peteretur. *Huius exemplū uide s. except. 10. repl. 2. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi in id non sit consensum, ut acceptilatio uim pacti haberet. quæ duplicatio approbatur l. 8. in prin. ff. de acceptilat. his uerbis:* An inutilis acceptilatio utile habeat pactū, quæritur? & nisi in hoc quoq; consensum est, nec pactū habet. Dicet aliquis: Potest ergo non esse consensus? Vlpianus. Respondeo: Cur non possit? Fingemus eum qui acceptoferebat, scientem prudentemq; nullius esse momēti acceptilationem, sic acceptotulisse. quis dubitat non inesse pactum, cum cōsensum paciscendi non habuerit? *Altera duplicatio est: Nisi tale insit uicium acceptilationi, ob quod etiā pactū non prodesset. Hæc duplicatio approbatur exēplo præcedentis duplicationis. Nam quemadmodū deficiente consensu deficit pactum, & per hoc etiam replicatio proposita: ita etiam de alijs omnibus quæ pactum uiciant, est censendum: utputa si pupillus sine tutoris authoritate acceptotulerit, &c.*

## VI. QVIBVS ACCEPTILATIO prosit?

I. *Regula: Si fideiussori acceptolatum est, liberatur simul etiam reus principalis. quæ regula approbatur l. 16. §. fin. ff. de acceptilat. his uerbis:* Si iudicati fideiussor sit datus & acceptus, eiq; acceptolatum sit: liberabitur & iudicatus. *Huius regulæ exceptio prima uidetur: Nisi reus re, non uerbis fuerit obligatus. Sed hæc exceptio reprobatur l. 13. §. si fideiussori. ff. d. tit. his uerbis:* Si fideiussori accepto fuerit latum, cum reus re, non uerbis fuisset obligatus: an reus quoq; liberetur? Et hoc iure utimur, ut licet reus nō sit uerbis obligatus, tamē acceptilatione per fideiussorem liberetur. *Altera exceptio est: Nisi antequam reus obligaretur, fideiussori sit acceptolatum. Hæc exceptio approbatur d. l. 13. §. qui ita stipulatus. cuius uerba uide s. quæst. prox. exc. 20. Huius exemplum est, si cum reus sub conditione esset obligatus, fideiussori pendente illa conditione fuerit acceptolatum. quod exemplum proponitur d. l. 13. §. si legatorum, his uerbis:* Si legatorum sub cōditione relictorum fideiussori dato acceptolatum sit: legata debebuntur postea conditione eorum existente. *Tertia exceptio est: Nisi fideiussori sub conditione accepto, pendente cōditione sit acceptolatum. Hæc exceptio approbatur certo modo l. penult. ff. de fideiussorib. his uerbis:* Si fideiussori sub conditione obligato, Si nauis ex Asia uenerit: quē sub hoc modo accepi, ut usq; ad tēpus uitæ suæ duntaxat obligaretur: pendēte cōditione acceptolatū fuerit, & is fideiussor adhuc pendente cōditione mortuus fuerit: cōfestim à reo petere possum: quia existens conditio neq; obligationem in personā iam mortui efficere, neq; acceptilationem confirmare possit.

II. *Regula: Si uni ex ijs qui eandem pecuniam debent, acceptolatum sit: liberatur & alter. quæ regula approbatur l. 16. ff. de acceptilat. his uerbis:* Si ex pluribus obligatis uni acceptofertur, ipse

non solus liberatur, sed & hi qui secum obligantur. Nam cum ex duobus pluribusue eiusdem obligationis participibus uni acceptofertur, cæteri quoque liberanturi non quoniam ipsis acceptolatum est, sed quoniam uelut soluisse uidetur ia qui acceptilatione solurus est. Concordat l.2. in fine. ff. de duobus reis constit. cuius uerba uide s. lib. 38. cap.12. reg.2. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum maritus uxorem & extraneum obligatum haberet, uxori acceptotulerit. hoc enim casu neuter liberatur. quæ exceptio approbatur l.5. §. si maritus. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide s. lib.35. cap.8. except.31. Altera exceptio est: Nisi cum maritus uxorem & extraneum obligatum haberet, extraneo acceptotulerit. hoc enim casu uxor non liberatur. quæ exceptio approbatur d. §. si maritus. Tertia exceptio est: Nisi singuli non in solidū, sed pro parte teneantur. Hæc exceptio approbatur exemplo hæredum l.2. §. si tamen hominē. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 36. cap.6. reg.5. except.7. repl.3. dupl.1.

III. Regula: Si filiofamiliâs acceptolatum sit, liberatur etiam eius pater. Idemq; si seruo acceptolatum sit: nam liberatur etiam eius dominus. quæ regula approbatur l.8. §. filiusfamiliâs ibi: & tolluntur etiam. ff. de acceptilat. cuius uerba uide s. quæst. prox. except.7. Concordat l.11. ibi: sed etsi seruo. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. prox. except.5. repl.3.

VII. ADVERSVS QVOS ACceptilationis exceptio competat?

Regulariter quidem acceptilatio alij quàm qui acceptotulit, non obstat. Verùm eius regulæ exceptio hæc est: Nisi unus ex reis stipulandi, quibus singulis in solidum debetur, acceptotulerit. hoc enim casu etiam alteri exceptio nocet. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæst. prox. exc.1. repl.4.

VIII. QVID VENIAT IN acceptilationis exceptionem? seu à quo debito contingat liberatio?

Acceptilatione unius debiti facta, non contingit liberatio ab alio. quæ regula approbatur l.5 ff. de trāsactionib. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 9. cap.5. except.17. Sed & concordant ea quæ proponuntur s. lib.37. cap 8. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum generaliter acceptilatio concepta esset, non appareat de quo debito sit actū. Hæc exceptio approbatur l.6. ff. de acceptil. his uerbis: Pluribus stipulationibus factis, si promissor ita accepto rogasset: Quod ego tibi promisi, habés'ne acceptum? siquidem apparet quid actum sit, id solum per acceptilationem sublatum est: si non apparet, omnes stipulationes solutæ sunt: dummodo illud sciemus, si ego aliud acceptotuli, aliud tu rogasti, nihil ualere acceptilationē. Altera exceptio est: Nisi iudicatum solui stipulatiō sit acceptolata. hoc enim casu etiam de re defendenda & de dolo malo clausula extincta est. quæ exceptio approbatur l.20. ff. d. tt. his uerbis: Si accepto fuerit lata ob rem iudicatam clausula: Marcellus ait, cæteras partes stipulationis euanuisse. propter hoc enim tantùm interponi, ut res iudicari possit. Ait iurisconsultus: Cæteras partes stipulationis. Puta de re defendenda, & de dolo malo, l.6. ff. iudicatum solui. de quibus uide s. lib.6. cap.10. de actione iudicatum solui, quæst.1. in prin. Tertia exceptio est: Nisi cum mutua actio esset: puta empti & uenditi, locati & conducti, &c. unus alteri acceptotulerit. hoc enim casu is quoq; qui acceptotulit, ab eo cui acceptotulit, eo contractu liberatur. quæ exceptio approbatur l. ult. ff. de acceptilat. his uerbis: Si ego tibi acceptum feci, nihilo magis ego à te liberatus sum. Paulus. Imò cum locatio, conductio, emptio, uenditio conuentione facta est, & nondum res intercessit: utrinq; per acceptilationem (tametsi ab alterutra parte duntaxat intercessit) liberantur obligatione. Concordat l.5. in prin. ff. de rescind. uendit. cuius uerba uide s. lib.41. cap.4. except.14. repl. 4. Contradicit l 55. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap.6. reg.2. Quarta exceptio est: Nisi cum quis Stichum aut decem stipulatus esset, Stichum acceptotulerit. hoc enim casu nec decem peti possunt. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 27. § sed si stipulatur. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib.37. cap.8. except.3. Concordat l.17. ff. de acceptil. cuius uerba uide s. quæst.5. except.13. repl.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliud actū sit. quæ replicatio approbatur d. §. sed si stipulatur. Altera replicatio est: Nisi cū Stichus aut decē sub cōditione deberētur, pēdente cōditione Stichus acceptolatus sit, & mortuus. Hæc replicatio approbatur l.15. §. si Stichū ff. de acceptil. cuius uerba uide s. quæst.5. except. 19. repl.1. Quinta exceptio est: Nisi cum genus deberetur, species aliqua certa sit acceptolata. hoc enim casu tota tollitur obligatio. quæ exceptio approbatur l.13. §. si is qui hominem ff de acceptilat. cuius uerba uide s. quæst 5. except. 13. repl.2. Sexta exceptio est: Nisi solutione facta plures obligationes simul tollantur: tunc enim idem censendum acceptilatione facta. de qua re uide s. cap. prox. in fine. Hactenus de acceptilationibus.

DE NOVATIONIBVS IN genere. Cap. XIIII.

PRimò: Definitio nouationis proponitur l. 1. in prin. ff. de nouationibus, his uerbis: Nouatio est prioris debiti in aliam obligationem, uel ciuilem uel naturalem, transfusio atq; translatio: hoc est, cum ex præcedenti caussa ita noua constituitur, ut prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione.

I I. *Diuisio nouationis & delegationis proponitur l. 11. in fine. ff. de nouationib. his uerbis:* Delegatio fit uel per stipulationem, uel per litis contestationem. *Differentia harum specierum proponitur l. 29. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg 6. Sanè de prima quidem specie nouationis dicetur in hoc & proximo sequenti capite: de altera uerò, quæ fit per litis contestationem, uide J. cap. 16.*

## III. EFFECTVS NOVAtionis.

I. *Regula: Nouatione facta, prior obligatio tollitur. Quæ regula approbatur inst. quib. mod. toll. obligat. §. preterea nouat. his uerbis:* Nouatione quoq; tollitur obligatio: ueluti si id quod tibi Seius debebat, à Titio dati stipulatus sis. Nã interuẽtu nouæ personę noua nascitur obligatio, & prima tollitur translata in posteriorem.

I I. *Regula: Nouatione facta, pignus liberatur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur ī. lib. 40. cap. 4. causa 6.*

I I I. *Regula: Nouatione facta, usuræ amplius nõ currant. Quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur ī. lib. 36. cap. 9. quæst. 1. except. gener. 2. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi per litis cõtestationem nouatio facta sit. Quæ exceptio approbatur l. 1. C. de iudicijs. cuius uerba uide ī. lib. 16. cap. 9. quæst. 1. causa 2. except. 10.*

I I I I. *Regula: Nouatione facta, mora debitoris purgatur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur J. cap. 19. except. 7. repl. 3.*

V. *Regula: Nouatione facta, prior pœnalis stipulatio amplius non committitur. Quæ regula approbatur l. 15. ff. de nouationib. cuius uerba uide ī. lib. 38. cap. 11. specie 2. reg. 3. except. 1.*

V I. *Regula: Nouatione facta, perit priuilegium dotis & tutelæ. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 29. ff. de nouat. his uerbis:* Aliã causam esse nouationis uolũtariæ, aliã iudicij accepti, multa exẽpla ostẽdũt. perit enim priuilegiũ dotis & tutelę, si post diuortiũ dos in stipulationẽ deducatur, uel post pubertatẽ tutelæ actio nouetur, si id specialiter actũ est. Quod nemo dixerit lite contestata. Neq; enim deteriorẽ causam nostrã facimus actionẽ exercẽtes, sed meliorẽ, ut solet dici in his actionib. q̃ tẽpore uel morte finiri possunt. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi per litis cõtestationem nouatio fiat. Quæ exceptio approbatur uerbis iã propositis hisce:* Quod nemo dixerit, &c.

V I I. *Regula: Delegatione debitoris facta, debitor delegatus suas exceptiones, quas aduersus delegãtem habuit, creditori cui delegatus est, agenti opponere non potest. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l. 19. ff. de nouat. his uerbis:* Doli exceptio, quę poterat deleganti opponi, cessat in persona creditoris cui quis delegatus est. Idemq; est & in cæteris similibus exceptionibus: Imò & in ea quæ ex senatuscõsulto filiofamiliàs datur. Nam & aduersus creditorẽ, cui delegatus est ab eo qui mutuã pecuniã cõtra senatuscõsultũ dederat, nõ utetur exceptione: q̃a nihil in ea ꝓmissione cõtra senatuscõsultũ factũ est. Ideoq; quod soluitur, repetere nõ potest: tãto magis, quòd nec hic solutum repetere potest. Diuersum est in muliere q̃ cõtra senatuscõsultũ promisit: nam & in secunda promissione intercessio est. Idemq; est in minore qui circumscriptus delegatur: quia si nũc etiã est minor, rursus circũuenitur. Diuersum est, si iam excessit ętatẽ uigintiquinq; annorũ, quãuis adhuc possit restitui aduersus priorẽ creditorẽ. Ideo aũt denegantur exceptiones aduersus secũdũ creditorẽ: q̃a in priuatis cõtractibus & pactionib. non facilè scire petitor potest, quid inter eum q delegatus est, & debitorem actum est. aut etiamsi sciat, dissimulare debet: ne curiosus uideatur. Et ideo meritò denegãda est aduersus eum exceptio ex persona debitoris. *Concordat l. 12. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis delegauerit debitorẽ, qui doli mali exceptione tueri se posse sciebat: similis uidebitur ei qui donat: quoniã remittere exceptionẽ uidetur. Sed si p ignorãtiã ꝓmiserit creditori: nulla quidẽ exceptione aduersus creditorẽ uti poterit: q̃a ille suũ recepit. Sed is q delegauit, tenetur cõdictione uel incerti, si pecunia soluta nõ esset: uel certi, si soluta esset. Et ideo cum ipse ꝑstiterit pecuniã, aget mandati iudicio. *Concordat item l. 13. ff. eod. tit. his uerbis:* Si nõ debitorẽ delegauero quasi debitorem creditori meo, exceptio locũ nõ habebit, sed condictio aduersus eum qui delegauit, cõpetit. *Propositæ regulæ exemplum proponitur l. penult. ff. eod. tit. his uerbis:* Si Titius donare mihi uolẽs, delegatus à me creditori meo stipulãti spõdit: nõ habebit aduersus eũ illã exceptionem, ut quatenus facere potest, cõdẽnetur. Nã aduersus me tali defensione meritò utebatur, q̃a donatũ ab eo petebam: creditor aũt debitũ persequitur. *Concordat l. 14. §. fin. ff. de donat. cuius uerba uide J. exc 7 repl. 1. Item cõcordat l. 5. §. si cũ. ff. de doli mali exc. cuius uerba uide J. reg. prox. Itẽ cõcordat l. 9. §. si quis. ff. de cõdict. causa dati. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 6. quæst. 4. exc. 2. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi creditor cui debitor delegatus est, sciuit cũ exceptione defendi. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 19. paulo superius propositis hisce:* Aut etiamsi sciat, dissimulare debet: ne curiosus uideatur. *Altera exceptio est: Nisi debitor ignorans sibi exceptionem competere, delegari se passus est. Et hæc exceptio reprobatur*

*uerbis d.l.11. ș.propositis hisce:* Sed si periguorantiam promiseris creditori, &c. *Tertia exceptio uidetur: Nisi exceptione senatusconsulti Macedoniani delegatus defendatur. Et hæc exceptio reprobatur uerbis d.l.19.ș.propositis hisce:* Imò & in ea quæ ex, &c. *Quarta exceptio est: Nisi mulier delegata exceptione S. C. Velleiani defendatur. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.19.ș. propositis hisce:* Diuersum est in muliere quæ contra senatusconsultum promisit: nam & in secunda promissione intercessio est. *Concordāt ea quæ proponuntur ș.lib.45.cap.6.quæst.3. except.7.repl.1. Quinta exceptio est: Nisi delegatus exceptione minorennitatis defendatur: hanc enim etiam ei cui delegatus est, opponere potest. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur uerbis d.l.19.ș.propositis hisce:* Idemque est in minore qui circumscriptus delegatur, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi minor maior factus, exceptionem illam creditori cui delegatus est, obiecerit. Quæ replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Diuersum est, si iam excessit ætatem uigintiquinque annorum, &c. *Sexta exceptio est: Nisi exceptione hac, Si non libertatis onerandæ caussa promissum esset: delegatus se defendat. Hæc exceptio reprobatur l.1.§. siue autem.ff. quarum rerum actio non datur, his uerbis:* Quòd si patronus libertū suum delegauerit creditori: an aduersus creditorem cui delegatus promisit libertatis onerandæ causa, exceptione ista uti possit, uideamus? Et Cassius existimasse Vrseium refert, creditorē quidem minimè esse submouendum exceptione: quia suum recepit. ueruntamen libertum à patrono posse cōdicere, si non transigendæ controuersiæ gratia id fecerit. *Septima exceptio est: Nisi non creditori, sed alij donandi gratia uel ex causa lucratiua sit delegatus. Hæc exceptio approbatur l.2.§.cum uerò ego.ff. de donationib. his uerbis:* Cum ego Titio pecuniam donaturus, te qui mihi tantūdem donare uolebas, iussero Titio promittere: inter omnes personas donatio perfecta est. Aliud iuris est, si pecuniam quam me tibi debere existimabam, iussu tuo spoponderim ei cui donare uolebas: exceptione enim doli mali tueri me potero. Præterea incerti condictione stipulatorē compellam, ut mihi acceptum faciat stipulationem. *Concordat l.7. in prin.ff. de doli mali except. cuius uerba uide ș.lib.18.cap.4. except.26. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi delegatus quoq; deleganti donare uoluit. hoc enim casu exceptione aduersus eum cui donationis gratia delegatus est, non utetur. Quæ replicatio approbatur l.14. §. fin. ff. de donationibus, his uerbis:* Si cum Primus tibi donare uellet, & tu donandi Secundo uoluntatem haberes, Primus Secundo ex uoluntate tua stipulanti promiserit: perficitur donatio. Et quis nihil Primus Secundo, à quo conuenitur, donauit: & quidem in solidum, non in id quod facere potest, condemnatur. Idque custoditur, etsi delegante eo qui donationem erat accepturus, creditori eius donator promiserit: hoc etenim casu creditor suum negocium gerit. *Octaua exceptio est: Nisi delegans quoq; aduersus eum cui delegatio facta est, exceptione se potuit tueri. Hæc exceptio approbatur l.2.§.item si ei.ff. de donat. his uerbis:* Si ei quem creditorem tuum putabas, iussu tuo pecuniam quam me tibi debere existimabam, promisero: petentem doli mali exceptione submouebo: & amplius incerti agendo cum stipulatore, consequar ut mihi acceptum faciat stipulationem. *Concordat l.7.§.idem Iulianus.ff. de doli mali except. cuius uerba uide ș.lib.18.cap.4.except.26. Huius exemplum proponitur l.5.§. si debitor.ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide ȷ.cap.prox.specie 2. except.5. Concordat item l.9. in fine. ff. de condict. causa dati. cuius uerba uide ȷ lib.prox.cap.6. quæst.4. except. 2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi delegatus nullam habens exceptionem aduersus delegātem, exceptione delegantis uti uelit. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur ș. cap.1.quæst.7. reg.3. Nona exceptio est: Nisi debitum tale sit, quod delegari non potuit. Hæc exceptio approbatur, simul et declaratur l.59.§.ex asse.ff. de iure dotium. cuius uerba uide ș.lib.15.cap.2.except.17.*

VIII. *Regula: Debitori delegato, cui exceptio denegatur aduersus eum cui delegatus est, datur cōdictio aduersus delegantem. Quæ regula approbatur l.12. & l.13.ff. de nouationibus. quarum uerba uide ș.reg.prox.in prin. Concordat l.1.§. siue autem. ibi: ueruntamen.ff. quarū rerum actio non datur. cuius uerba uide ș.reg.prox.except.6. Concordat item l.5.§.si eum, in fine.ff. de doli mali except. his uerbis:* Si eum qui uolebat mihi donare supra legitimum modum, delegauero creditori meo: non poterit aduersus petentem uti exceptione: quoniam creditor suum repetit. In eadem causa est maritus: nec hic enim debet exceptione submoueri, qui suo nomine agit. Nunquid ergo nec de dolo mulieris excipiendum sit aduersus maritum qui dotem petit, non ducturus uxorem, nisi dotem accepisset: ubi iam diuerterit? Itaque condictione tenetur debitor qui delegauit, uel mulier: ut uel liberet debitorem, uel si soluit, ut pecunia ei reddatur. *Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi debitor sciens sibi exceptionem competere, se delegare sit passus. Hæc exceptio approbatur l.12. in prin. ff. de nouationibus. cuius uerba uide ș. reg. prox. in prin.*

IX. *Regula: Debitor delegatus exceptione quæ competit deleganti, aduersus delegatum uti non potest:*

test:ut

*test: ut ostensum s. cap.1.quæst .v.reg.3. Sed delegans hoc casu uel rescissoriam actionem habet, uel condictionem. Quæ regula approbatur l.21.§.sed ergo ff.de donationibus.cuius uerba uide s. lib.35.cap. 2.except.30.repl.15.*

## IIII. DE EXCEPTIONIBUS contra nouationem generalibus.

*Regulariter quidem nouatione facta tollitur prior obligatio et alia eueniunt,de quib.s.quæst.prox. dictum est,diceturq; j.cap.prox.uerùm istarum regularum plures sunt exceptiones nunc ordine proponendæ: & primùm quidem generaliores in hoc capite, deinde speciales singularum specierum nouationis infrà cap.prox.*

I. Exceptio:*Nisi alius quàm creditor nouauerit. Hæc exceptio approbatur l.8.§.fin.ff.de nouationib. his uerbis:* Si quis stipuletur quod mihi debetur, non aufert mihi actionem, nisi ex uolũtate mea stipuletur. Liberat autẽ me, qui quod debeo promittit,etiamsi nolim. *Concordat l.21.ff.eod.tt.his uerbis:* Filius patris actionem ignorante eo nouare non potest. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi uolente & consentiente creditore alius nouauerit. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.8.iam propositis hisce:* Nisi ex uoluntate mea stipuletur. *Cõcordat l.20. in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Nouare possumus aut ipsi,si sui iuris sumus: aut per alios, qui uolũtate nostra stipulantur. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi filiusfamiliâs uel seruus creditor consentiat alium nouare. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur l. 34.in prin ibi:nam si alium. ff. de nouationibus. cuius uerba uide j.except.prox.repl.1. Altera replicatio est: Nisi creditor nouationem ab alio factam ratam habuerit. Hæc replicatio approbatur l.22.ff.d. tt.his uerbis:* Si quis absente me à debitore meo stipulatus sit nouandi animo, & ego postea ratum habuero: nouo obligationẽ. *Tertia replicatio est:Nisi ei qui nouauit, solui rectè poßit. Hæc replicatio approbatur l.10.ff.de nouat. his uerbis:* Cui rectè soluitur, is etiam nouare potest: excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim:nã Titius nouare nõ potest, licet ei rectè soluatur. *Exempla huius replicationis sunt j.repl.prox.cum sequentib.Eius autem duplicatio prima hæc est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset,Titius nouauerit. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Excepto eo,&c. *Concordat l.10.ff. de solutionib. cuius uerba uide s. cap.5. quæst.3.except. 1.repl. 2. Altera duplicatio est: Nisi cum debitorem meum iusserim Titio soluere, Titius nouauerit. Hæc duplicatio approbatur l. 21. ff. de nouat. his uerbis:* Si debitorem meum iussero tibi soluere, non statim tu etiam stipulando id nouare posßis, quamuis debitor soluendo tibi liberaretur. *Tertia duplicatio est:Nisi filiusfamiliâs uel seruus peculiare debitum nouauerit: huic enim quamuis rectè solui poßit, ut ostensum s.cap. 9.except.8 & 9. tamen ius nouandi non competit. Quæ duplicatio approbatur l.25.ff.de nouat.his uerbis:* Non ideo nouare ueterem obligationem quisquam rectè potest, quòd interdum rectè ei soluitur. Nam & his qui in nostra potestate sunt, quod ab his creditum est, rectè interdũ soluitur:cum nemo eorum per se nouare priorem obligationem iure posßit. *Concordat l.19.in fine.ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. d. except.9. Plura de hac duplicatione uide j. except.prox. Hæc de tertia replicatione eiusq; duplicationibus. Quinta replicatio est: Nisi tutor creditoris nouauerit. Hæc replicatio approbatur l.20.in fine.ff. de nouat. his uerbis:* Tutor nouare potest, si hoc pupillo expediat: item procurator omnium bonorum. *Concordat l.21.ff.de administrat. tutor.cuius uerba uide s. lib.18. cap.3.officio 5.reg.10. in prin. Quinta replicatio est: Nisi curator creditoris nouauerit. Hæc replicatio approbatur l.34. §. adgnatum. ff. de nouat.his uerbis:* Adgnatum furiosi, aut prodigi curatorem nouãdi ius habere, minimè dubitandum est,si hoc furioso uel prodigo expediat. *Sexta replicatio est:Nisi procurator creditoris nouauerit. Hæc replicatio approbatur l.20.in fine. ff. de nouationibus,uerbis s.repl.4.propositis hisce:*Item procurator omnium bonorum. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non omnium bonorum procurator sit, uel speciale mandatum nouandi non habeat. Quæ duplicatio approbatur l. 4. C. de nouat.his uerbis:* Non abstulit tibi procurator tuus actionem,si cum mandasses ei exactionem pecuniæ, quam hi tibi debebãt, contra quos supplicas,parte accepta de reliquo eos liberauit:cum neque contra uoluntatem tuam nouationem facere, neq; eo quod non soluebatur,eos liberare potuerit. *Septima replicatio est: Nisi alteri quoq; qui nouauit,eiusdem rei nomine in solidum cõpetijt actio.Hæc replicatio approbatur l.31. §.si duo. ff.de nouat.cuius uerba uide j.except.5.*

II. Exceptio: *Nisi filiusfamiliâs uel seruus creditor nouauerit. Hæc exceptio approbatur l.25. ff.de nouat. cuius uerba uide s.except.prox.repl.3.dupl. 3.Concordat l.16.ff. eod.tt. his uerbis:* Seruus ne peculiarem quidem obligationem citra uoluntatem domini nouare potest: sed adijcit potius obligationem, quàm pristinam nouet. *Item concordat l.19.in fine. ff. de solut.cui9 uerba uide s ca.7.exc.9. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi filiusfamilâs uel seruus liberã peculij administrationem habeat. Hæc replicatio ap.pbatur,simul et distinguitur l.34.in prin ff. de no-*

*de nouationibus, his uerbis:* Dubitari non debet, quin filius seruusúe, cui administratio peculij concessa est, nooandi quoque peculiaria debita ius habeat: utique si ipsi stipulentur, maximè etiam si meliorē suam conditionem eo modo faciant. Nam si alium iubeant stipulari, interest utrum donandi animo alium iubeant stipulari, an ut ipsi filio seruoúe negocium gerat: quo nomine etiam mandati actio peculio adquiritur. *Concordat l. 21. ff. de iureiurando. cuius uerba uide ī. lib. 7. cap. 7. quæst. 1. except. 6. repl. 5.* *Concordat item l. 48. in fine. ff. de peculio. cuius uerba uide ī. lib. 19. cap. 2. quæst. 6. reg. 3. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi filius uel seruus donandi animo alium stipulari iubeat. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 34. iam propositis hisce:* Nam si alium, &c.

III. Exceptio: *Nisi is cui bonis interdictum est, nouauerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 3. ff. de nouat. his uerbis:* Cui bonis interdictum est, nouare obligationē suam non potest, nisi meliorem conditionem suam fecerit.

IIII. Exceptio: *Nisi pupillus nouauerit. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. d. tit. his uerbis:* Pupillus sine tutoris authoritate non potest nouare. *Concordat l. 15. ibi: sed nec delegare. ff. de solut. cuius uerba uide ī. cap. 7. except. 5. in prin. Concordat item l. 7. §. si pupilli. ibi: quod si ante. ff. de rescindenda uenditione. cuius uerba uide ī. libro 41. capite 3. except 4. replicatione 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi tutore authore pupillus nouauerit. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Sine tutoris authoritate. *Altera replicatio est: Nisi pubes factus ratum habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 9. in prin. ff. de nouat. his uerbis:* Si pupillus sine tutoris authoritate eem saluam fore stipulatus, pubes factus ratam stipulationem habuerit: nouandi caussa tollitur tutelæ actio. Si non habuerit ratum: licet tutelæ egisset, habet tamen adhuc ex stipulatu actionem: sed iudex tutelæ nō aliter condemnare debet, quàm si ex stipulatione liberatio fiet.

V. Exceptio: *Nisi unus ex pluribus creditoribus nouauerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi unicuiq; creditorum in solidum actio competat. Quæ replicatio approbatur l. 31. §. si duo. ff. de nouationib. his uerbis:* Si duo rei stipulandi sint, an alter ius nouādi habeat, quæritur: & quid iuris unusquisq; sibi adquisierit? Ferè autem conuenit & rectè uni solui, unum in iudicio petentem totam rem in litem deducere, item unius acceptilatione perimi utriusq; obligationem. Ex quibus colligitur, unumquemq; perinde sibi adquisisse, ac si solus stipulatus esset: excepto eo, quòd etiam facto eius cum quo commune stipulandi ius est, amittere debitorem potest. Secundum quæ, si unus ab aliquo stipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cum id specialiter agit: eo magis, cum eam stipulationem similem esse solutioni existimemus. Alioquin quid dicemus, si unus delegauerit creditori suo communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit: aut mulier fundum iusserit doti promittere uiro, uel uoptura ipsi doti eū promisit? nam debitor ab utroque liberabitur.

VI. Exceptio: *Nisi posterior stipulatio sit inutilis. Hæc exceptio approbatur l. 24. in prin. ff. de nouat. his uerbis:* Nouatio non potest contingere ex ea stipulatione, quæ non committitur. *Concordat l. 115. in fine. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Non potest uideri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri. *Concordant ea quæ proponuntur ā. lib. 38. cap. 3. reg. 8. except. 1. Huius exemplum proponitur l. 5. §. si uxor. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide ā. lib. 31. cap. 8. except. 29. Planè propositæ exceptionis replicatio hæc est: Nisi naturaliter saltem posterior obligatio ualeat. Hæc replicatio approbatur l. 1. in fine. ff. de nouat. cuius uerba uide J. except. 9. Huius replicationis exemplum est: Si à pupillo quis postea sit stipulatus. Quod exemplum proponitur d. l. 1. in fine. Cui concordat Inst quib. mod. toll. obligat. §. preterea, his uerbis:* Interdū, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollitur: ualuti si id quod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris authoritate stipulatus fuarit: quo casu res amittitur. Nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est. *Concordat item l. 48. §. fin. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 2. quæst. 1. except. 9. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi à seruo quis postea sit stipulatus: hoc enim casu, quamuis naturaliter obligatio ualeat, l. 13. ff. de action. & obligat. nouatio tamen non ualet. Quæ duplicatio approbatur Inst. d. §. præterea. ibi: non idem. de qua re uide J. except. prox.*

VII. Exceptio: *Nisi à seruo postea sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur d. uers. non idem, his uerbis:* Si à seruo quis fuerit stipulatus, quod alius debet: prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. *Concordat l. 30. §. qui pecuniam. ibi: quòd si quasi. ff. de pactis. cuius uerba uide J. prox. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ex posteriore stipulatione actio de peculio aduersus dominum serui competat. Hæc replicatio approbatur d. §. qui pecuniam, his uerbis:* Qui pecuniam à seruo stipulatus est, quā sibi Titius debebat: si à Titio petat, an exceptione pacti cōueñi submoueri & posait, & debeat: qa pactus uideatur, ne à

Titio

Titio petat: quæsitũ est? Iulianus ita submouẽdum putat, si stipulatori in dominũ istius serui de peculio actio danda est: id est, si iustam causam intercedendi seruus habuit: quia forte tantundem pecuniæ Titio debuit. Quòd si quasi fideiussor interuenit ex caussa, qua in peculium actio non daretur: non esse inhibendum creditorem, quo minus à Titio petat. Aequè nullo modo eum prohiberi debere, si eum seruum liberum credidisset. *Huius replicationis duplicatio est: Nisi is qui nouat, seruum credidit liberum esse. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Aequè nullo modo, &c.

VIII. Exceptio: *Nisi à muliere quæ pro debitore intercedit, postea sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur l. 8. C. ad Senatusconsultum Velleianum. cuius uerba uide s. lib. 45. cap. 6. quæst. 5. reg. 8. Concordant ea quæ proposita sunt d. quæst. 5. reg. 2. item quæst. 1. caussa 4.*

IX. Exceptio, *sumpta ex specie & qualitate obligationis nouatæ, reprobatur l. 1. §. fin. ff. de nouat. his uerbis:* Illud non interest, qualis præcessit obligatio, utrum naturalis, an ciuilis, an honoraria: & utrum uerbis, an re, an consensu. qualiscunq; igitur obligatio sit quæ præcessit, nouari uerbis potest: dummodo sequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut naturaliter: utputa si pupillus sine tutoris autoritate promiserit. *Concordat l. 2. ff. eod. tit. his uerbis:* Omnes res transire in nouationem possunt. Quodcunque enim siue uerbis contractum est, siue non uerbis, nouari potest, & transire in uerborum obligationem ex quacũque obligatione: dummodo sciamus nouationem ita demum fieri, si hoc agatur, ut nouetur obligatio. Cæterùm si hoc non agatur: duæ erunt obligationes. *Item concordat l. 8. §. 1. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. except. 17.*

X. Exceptio: *Nisi futura obligatio nouetur. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. si quis ita. ff. de nouat. his uerbis:* Si quis ita stipulatus à Seio sit, Quod à Titio stipulatus fuero, dare spõdes? an si postea à Titio stipulatus sim, fiat nouatio, solusque teneatur Seius? Et ait Celsus, nouationem fieri, si modò id actũ sit ut nouetur: id est, ut Seius debeat, quod Titius promisit. Nam eodem tempore & impleri prioris stipulationis conditionem, & nouari ait: eoque iure utimur.

XI. Exceptio: *Nisi plures obligationes simul nouentur. Et hæc exceptio reprobatur l. 34. §. fin. ff. de nouat. his uerbis:* Admonendi sumus, nihil uetare una stipulatione plures obligationes nouari. ueluti si ita stipulemur: Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dare spondes? Licet enim ex diuersis caussis singuli fuerant obligati, utrique tamen nouationis iure liberantur: cum utriusque obligatio in huius personam, à quo nunc stipulemur, confluat.

XII. Exceptio: *Nisi non nouandi animo posterior stipulatio sit facta. Hæc exceptio approbatur l. 2. ibi: dũmodo sciamus. ff. de nouationib. cuius uerba uide s. except. 9. Concordat l. 8. §. 1. ibi: & hoc actum sit. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. except. 17. Item concordat d. l. 8. §. si ab alio. ibi: si autem non. cuius uerba uide J. cap. prox. specie 1. exc. 3. Huius exemplum proponitur l. 6. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si ita fuero stipulatus, Quanto minus à Titio debitore exegero, tantum fideiubes? non fit nouatio: quia non hoc agitur ut nouetur. *Aliud exemplum proponitur d. l. 6. in fine, cum lege sequente, his uerbis:* Cum pecuniam mutuam dedit quis sine stipulatione, & ex continenti fecit stipulationem: unus contractus est. Idem erit dicendum, etsi antè stipulatio facta, mox pecunia numerata sit. Cum enim pecuniam mutuam datam stipulamur: nõ puto obligationem ex numeratione nasci, & deinde eam stipulatione nouari: & quia id agitur, ut sola stipulatio teneat, magis implendæ stipulationis gratia numeratio fieri intelligenda est. *De hoc exemplo uide s. li. 18. cap. 1. reg. 2. Tertium exemplũ proponitur d. l. 8. §. idem Celsus, his uerbis:* Celsus ait, Iudicatum solui stipulatione, actionẽ iudicati nõ nouari. meritò: quia hoc solũ agatur ea stipulatione, ut & fideiussoribus cautum sit, non ut ab obligatione iudicati discedatur. *Quartum exemplum proponitur l. 28. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 8. reg. 3. except. 3. Quintũ exemplum, in duobus reis promittendi ex interuallo factis, proponitur l. 1. in prin. ff. de duobus reis constit. his uerbis:* In duobus reis promittendi frustra timetur nouatio. Nam licet antè prior respõderit, & posterior ex interuallo accipiatur: consequens est dicere, pristinam obligationem durare, & sequentem accedere. Et parui refert, simul spondeant, an separatim promittant: cum hoc actum inter eos sit, ut duo rei cõstituantur, neq; ulla nouatio fiat. *Sextum exemplum est. J except. 15.*

XIII. Exceptio: *Nisi in posteriore stipulatione specialiter expressum non sit, eam prioris obligationis nouandæ caussa fieri. Hæc exceptio approbatur Inst. quib. mod. toll. obligat. §. sed quum hoc quidem. his uerbis:* Cum hoc quidem inter ueteres constabat, tunc fieri nouationem, cum nouandi animo in secundam obligationẽ itum fuerat: per hoc autẽ dubium erat, quando nouandi animo uideretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alij in alijs casibus introducebant:

ideo

ideo nostra processit constitutio, quæ apertissimè definiuit, tunc solùm nouationẽ prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quòd propter nouationem prioris obligationis conuenerunt: alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere: ut maneat ex utraq; causa obligatio secundum nostræ cõstitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere. *Ait Imperator:* Nostræ constitutionis. *Hæc constitutio habetur l.8.C.de nouationibus, his uerbis:* Nouationum nocẽtia corrigentes uolumina, & ueteris iuris ambiguitates resecantes, sancimus: Si quis uel aliam personam adhibuerit uel mutuauerit. uel pignus acceperit, uel quantitatem augendam uel minuendam esse crediderit, uel conditionem seu tempus addiderit seu detraxerit, uel cautionem minorem acceperit, uel aliquid fecit ex quo ueteris iuris conditores introducebant nouationem: nihil penitus prioris cautelę innouari, sed anteriora stare, & posteriora incremẽtum illis accedere: nisi ipsi specialiter remiserint quidem priorem obligationem, & hoc expresserint, & secundam magis pro anterioribus elegerint. Et generaliter definimus, uoluntate esse solùm, non lege nouandum, etsi uerbis nõ exprimatur, ut sine nouatiõe, quod solito uocabulo *ἀνατοκισμὸν* dicunt, causa procedat. hoc enim naturaliter inesse rebus uolumus, & nõ uerbis extrinsecus superuenire.

X I I I I. Exceptio: *Nisi in posteriore stipulatione nihil sit noui. Hæc exceptio approbatur Inst. quib. mod. toll. obligat. §. præterea. ibi: sed si eadem, his uerbis:* Si eadem persona sit, à qua postea stipuleris: ita demũ nouatio fit, si quid in posteriore stipulatione noui sit. fortè si conditio, aut dies, aut fideiussor adijciatur, aut detrahatur. *Concordant ea quæ proponuntur s. lib. 37. cap 3. except. 31 in prin.*

X V. Exceptio: *Nisi in posteriore stipulatione res tantùm sit addita, uel detracta, uel mutata, nihil præterea: hoc enim casu interuentu nouæ rei non fit nouatio. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur d. except. 31. repl. 4.*

X V I. Exceptio: *Nisi post interitum rei in priorem obligationẽ deductæ fiat nouatio. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: quoniam prior obligatio iam interitu rei debitæ sublata est, ideoq; amplius per nouationem tolli nequit. Verùm eius replicatio hæc est: Nisi interitu rei debitæ promissor liberatus non sit: hoc enim casu superueniens nouatio ualet. Quæ replicatio approbatur exemplo rei debitæ post moram debitoris intereuntis, l. 14. in prin. ibi: etsi priusquam. ff. de nouat. cuius uerba uide s. cap. 19. except. 7. in prin. Concordat l. 91. §. fin. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Nouari an possit hæc obligatio, dubitationis est: quia nec hominem qui non est, nec pecuniam quæ non debetur, stipulari possumus? Et ego puto nouationem fieri posse, si hoc actũ inter partes sit. Quod Iuliano placet.

X V I I. Exceptio: *Nisi ante diem prioris obligationis uenientem nouatio fiat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 14. §. fin. ff. de nouationibus, his uerbis:* Si quod sub conditione debetur, purè quis nouandi causa stipuletur: non statim nouat, licet pura stipulatio aliquid egisse uideatur: sed tunc nouabit, cum conditio extiterit. Etenim existens conditio primam stipulationem cõmittit, commissamq; in secundam trãsfert. *Concordat l. 8. §. 1. ff. eod. tit. his uerbis:* Legata uel fideicommissa si in stipulationem fuerint deducta, & hoc actum sit ut nouetur: fiet nouatio: si purè quidem uel in diẽ fuerint relicta, statim: si uerò sub conditione, non statim, sed ubi conditio extiterit. Nam & aliàs qui in diem stipulatur, statim nouat, si hoc actum est, cum certum sit diem quandoque uenturum. At qui sub cõditione stipulatur, non statim nouat, nisi conditio extiterit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in diem certum prior obligatio sit contracta. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si purè quidem, uel in diem, &c. *Concordat l. 5. ff. de nouationibus. his uerbis:* In diem obligatio potest nouari & priusquam dies aduenerit. Et generaliter constat, ex stipulatione in diem facta nouationem contingere, sed non statim ex ea stipulatione agi posse, antequam dies aduenerit. *Altera replicatio, præcedenti non absimilis, est: Nisi sub conditione quæ omnino extitura est, prior obligatio sit contracta. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. qui sub. ff. d. tit. his uerbis:* Qui sub cõditione stipulatur, quæ omnino extitura est, purè uidetur stipulari. *Tertia replicatio est: Nisi conditio uel dies incertus prioris obligationis extiterit: tunc enim conualescit nouatio antea facta. Quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. 1. et d. l. 14. §. fin s. propositis. Cui cõcordat l. 21. ff. de acceptilat. cuius uerba uide s cap. prox. quæst. 5. except. 19 Planè huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tempore existentis conditionis promissor sit deportatus. Hæc duplicatio approbatur d. l. 14. §. fin. his uerbis:* Si fortè persona promissoris pẽdente conditione fuerit deportata: Marcellus scribit, ne quidem existente conditione ullam contingere nouationem: quoniam nunc, cum extitit conditio, non est persona quæ obligetur. *Hæc de exceptionibus nouationis: quarum tamen plures uide s. cap. prox.*

## DE NOVATIONIBVS in specie. Cap. XV.

Expositis nouationis definitione, diuisione, effectibus, nec non & exceptionibus generalioribus: nūc de nouationis specieb. specialiter agendū. Fit autem nouatio aut in persona debitoris, aut in persona creditoris, aut in re debita, aut in tempore et conditione obligationis. de quibus speciebus singulis nunc ordine dicetur, excepta ea nouationis specie, quæ in re debitâ consistit: de hac enim dictum ſ. lib. 37. cap. 3. except. 31. repl. 4.

### I. DE DELEGATIONE seu nouatione debitoris.

I. Regula, De definitione delegationis, proponitur l. 11. ff. de nouationib. his uerbis: Delegare est, uice sua alium dare reum creditori, uel cui iusserit.

II. Regula, De diuisione delegationis ex modo sumpta, proponitur d. l. 11. his uerbis: Fit delegatio uel per stipulationem, uel per litis cōtestationem. De hac diuisione uide plura ſ. cap. prox. quæst. 2.

III. Regula, De exceptione delegationis, hæc est: Quòd si quis creditori suo debitorem suum delegauerit, uel creditor ab alio sit stipulatus, quod alius ei debet: prior obligatio nouetur, & debitor delegans conuentus à creditore suo exceptione defendatur. Quæ regula approbatur l. 2. C. de nouationib. his uerbis: Ex contractu pecuniæ creditæ actio inefficax dirigitur, si delegatione personæ ritè facta, iure nouationis uetustior contractus euanuit. Concordat l. 18. ff. de fideiussorib. his uerbis: Qui debitorem suum delegat, pecuniam dare intelligitur. Concordat item Inst. quib. mod. toll. obligat. §. præterea. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæst. 3. reg. 1. Huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi creditor delegatum suscipere nolit. Hæc exceptio approbatur l. 16. C. de solutionib. cuius uerba uide ſ. cap. 9. in prin.

II. Exceptio: Nisi delegatus non consentiat se delegari. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de nouat. his uerbis: Delegatio debiti, nisi consentiente & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest: nominis autem uenditio & ignorante uel inuito eo, aduersus quem actiones mādantur, contrahi solet. Concordat l. 6. C. eod. tit. his uerbis: Nec creditoris creditori quisq; inuitus delegari potest.

III. Exceptio: Nisi debitore inuito uel ignorante, creditor id quod debet, ab alio sit stipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. fin. ff. de nouat. his uerbis: Si ab alio promissam sibi dotem maritus ab uxore dotis nomine stipulatus sit: non duplari dotem. sed nouationem fieri placet, si hoc actum est. Quid enim interest, ipsa an alius quilibet promittat? quod enim ego debeo, si alius promittat: liberare me potest, si nouationis causa hoc fiat. Si autem non nouandi animo interuenit hoc, uterq; tenetur: sed soluente altero, alter liberatur. Non tamen si quia stipuletur quod mihi debetur, aufert mihi actionē, nisi ex uoluntate mea stipuletur. Liberat autem me is qui quod debeo promittit, etiamsi nolim. Concordat l. 91. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ſ. capite 5. quæstione 3. except. 2.

IIII. Exceptio: Nisi creditor debitoris periculo à delegato sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur l. 45. §. fin. ff. mandati. cuius uerba uide ſ. lib. 43. cap. 12. quæst. 3. except. 1. repl. 3. Concordat l. 22. §. interdum. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. repl. 3.

V. Exceptio: Nisi non uerbis, sed scriptura uel nutu delegatio sit facta. Hæc exceptio reprobatur l. 17. ff. de nouat. his uerbis: Delegare scriptura uel nutu, ubi fari non potest, debitorē suum quis potest.

VI. Exceptio: Nisi cum duo eidem obligati essent, creditor à tertio sit stipulatus quod alteruter ex iis deberet: hoc enim casu neuter liberatur. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. si decem. ff. de nouationibus, his uerbis: Si decem quæ mihi Titius, aut decem quę Seius debet, à Tertio stipulatus fuero: putat Marcellus neutrum liberari, sed Tertium eligere posse, pro quo decem soluere uelit. Concordat l. 26. ff. eod. tit. his uerbis: Si is cui decem Titius, quindecim Seius debebat, ab Attio stipulatus est, quod ille aut ille debeat, dari sibi: nouatū utrunque non est, sed in potestate Attij est, pro quo uelit soluere, & eum liberare. Fingamus autem ita actum, ut alterutrum daret. Nam alioquin utrunque stipulatus uidetur, & utrunque nouatum, si nouandi animo hoc fiat. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi Tertius expresserit pro quo ex duobus debitoribus soluere uelit: hic enim erit liberatus. Quæ replicatio approbatur uerbis d. §. si decem, hisce: Sed Tertium eligere posse, &c. item uerbis d. l. 26, iam propositis hisce: Sed in potestate Attij est, &c. Secunda replicatio est: Nisi non specialiter hoc actum sit, ut alteruter tantùm liberaretur: hoc enim casu uterq; liberatus uidetur. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 26. ſ. propositis hisce: Fingamus autem ita actum, ut alterutrum daret, &c. Concordat l. 32. ff. eod. tit. his uerbis: Te hominem, & Seium mihi decem dare oportet: stipulor ab altero nouandi caussa ita: Quod te aut Seium dare oportet? Vtrunque nouatur. Paulus. meritò: quia utrunque in posteriorem deducitur stipulationem. Nisi igitur actum sit ut alterutrū tātùm daretur, particula Aut pro Et sumenda est, disiunctiua pro coniunctiua: ut cauetur etiam l. 53. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide ſ. lib. 50. cap. 4.

*cap. 4. in uerbo Cõiunctio. Tertia replicatio est: Nisi ita stipulatio facta sit, Quod ille & ille mihi debet, te daturũ spondes: hoc enim casu uterq; liberatur. Quæ replicatio approbatur l. ult. §. fin. ff. de nouationibus. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 4. except. 11.*

VII. Exceptio: *Nisi delegatus aliqua exceptione se tueri poßit. de hac exceptione uide s̄. cap. prox. quæst. 1. reg. 7.*

VIII. Exceptio: *Nisi delegatus non sit soluendo, uel aliàs creditor nihil ab eo consequi poßit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. fin. C. de nouationibus, his uerbis:* Si delegatione facta iure nouationis tu liberatus es: frustra uereris, ne eo quòd quasi à cliente suo non faciat exactionem, ad te periculum redundet: cum per uerborum obligationem, uoluntate nouationis interposita, à debito liberatus sis. *Concordat l. 96. §. soror. ff. de solutionib. cuius uerba uide s̄. cap. 9. except. 13 repl. 1. dupl. 2.*

IX. Exceptio: *Nisi usufructus debitor, uel alterius rei quæ personæ cohæret, sit delegatus. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. de nouationibus, his uerbis:* Si usufructus debitorem meum tibi delegauero: non nouatur obligatio mea, quamuis exceptione doli uel in factũ tutus debeat esse aduersus me is qui delegatus fuerit. Et non solùm donec manet eius usufructus cui delegaui, sed etiã post interitum eius uidebimus? quia etiã hoc incommodum sentit, si post mortem meam maneat eius usufructus. Et hæc eadem dicenda sunt in qualibet obligatione personæ cohærenti.

X. Exceptio: *Nisi unus ex reis stipulandi debitorem communem creditori suo delegauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 31. §. fin. ff. de nouationibus. cuius uerba uide s̄ cap. prox. quæst. 4. except. 5.*

XI. Exceptio: *Nisi minus à delegato stipulatus sit creditor, quàm ei à delegante debetur. Hæc exceptio approbatur exẽplo l. 16. §. si à te. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s̄. lib. 37. cap. 1. exc. 31. repl. 4. dupl. 1. tripl. 2.*

XII. Exceptio: *Nisi cum sub conditione à delegato stipulatus esset, conditio ista defecerit. Hæc exceptio approbatur l. 30. §. fin. ff. de pactis, his uerbis:* Si sub conditione stipulatus fuerim à te, quod mihi Titius porè debebat: an deficiente conditione, si à Titio petam, exceptione pacti conuenti & possim & debeam submoueri? & magis est, exceptionẽ non esse opponendam.

XIII. Exceptio: *Nisi cum sub conditione à delegato esset stipulatus, is pendente conditione decesserit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. ff. de nouationibus, his uerbis:* Nonatio non potest cõtingere ex ea stipulatione, quæ non committitur. Nec huic contrarium est, quòd si stipulatus à Titio fuero nouandi animo sub conditione, quod mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius decesserit: quamuis ante aditam hæreditatẽ conditio extiterit, nouatio fiet. hic enim morte promissoris non extinguitur stipulatio, sed transit ad hæredem, cuius personam interim hæreditas sustinet.

XIIII. Exceptio: *Nisi cum sub conditione à delegato stipulatus esset, is pendente conditione sit deportatus. Hæc exceptio approbatur l. 14. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. cap. prox. quæst. 4. except. 17. repl. 3. dupl. 1.*

XV. Exceptio: *Nisi cum sub conditione à delegato stipulatus esset, res pendente conditione interierit. De hac exceptione uide J. eod. cap. specie 3. exc. 4. Plures propositæ regulæ exceptiones uide s̄. cap. prox. quæst. 4.*

## II. DE NOVATIONE creditoris.

*Huius loci regula est, quòd si quis debitorem suũ alij delegauerit, uel alij soluere iusserit: ipsi aduersus eum denegetur actio. Quæ regula approbatur l. 2. C. de nouationibus. cuius uerba uide s̄. specie prox. reg. 3. in prin. Huius regulæ exceptiones hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi sine delegatione uel stipulatione interueniente debitorem suum alij soluere iusserit, uel creditori actiones mandauerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. C. d. tt. his uerbis:* Si delegatio nõ est interposita debitoris tui, ac propterea actiones apud te remanserunt: quamuis creditori tuo aduersus eũ solutionis caussa mandaueras actiones: tamen antequam litem contestetur, uel aliquid ex debito accepit, uel debitori tuo denunciauit, exigere à debitore tuo debitam quantitatem non uetaris, & eo modo tui creditoris exactionem contra eum inhibere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi posterior creditor aduersus eum qui ei soluere iussus est, litem sit contestatus. Hæc replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Antequam litem contestetur. *Secunda replicatio est: Nisi posterior creditor à debitore partem debiti perceperit. Hæc replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Vel aliquid ex debito accipiat. *Tertia replicatio est: Nisi cùm debitoris caussa conuenisset cum eo, ut alij solueret: per eum non stet quo minus alij soluat. Hæc replicatio approbatur l. 36. ff. de pactis, hisce uerbis:* Si cum fundum meum possideres, conuenisset mihi tecum, ut eius possessionem Titio traderes: uindicantem me eum fundum à te, non aliter me conuentionis exceptione excludi debere Proculus ait, quàm si aut iam antè tradidisses, aut si tua caussa id inter nos conuenisset, & per te non staret quo minus traderes. *Quarta replicatio est: Nisi posterior creditor denunciauerit debitori ut soluat. Hæc replicatio elicitur ex uerbis d. l. 3.*

s̄. ead.

*s.ead.except.in prin.propositis hisce:* Vel debitori tuo denunciauerit.

II. Exceptio: *Nisi inutilis sit delegatio, ut debitor delegatus non liberetur à creditore cui delegauit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.ca prox.quæst.4.exc.6.Huius exceptiōis replicatio est in debitore usufructus uel alterius iuris personalis delegato: hoc enim casu, quamuis delegans à suo creditore non liberetur, delegatus tamen aduersus delegātem exceptione se potest tueri. Quæ replicatio approbatur l.4.ff.de nouationib.cuius uerba uide s.specie 1.except.9.*

III. Exceptio: *Nisi furiosus debitorem suum delegauerit. Hæc exceptio approbatur exemplo eorum quæ proposita sunt s.cap.prox.quæst.4.except 3 & 4. Huius exceptionis replicatio est: Nisi delegatus creditori soluerit.Quæ replicatio approbatur l.16.ff.de doli mali except. cuius uerba uide s.cap.8.repl.1.dupl.3.*

IIII. Exceptio: *Nisi per errorem, putans se alij debere, delegauerit. Hæc exceptio approbatur l.51.§.idem in eodem.ff.de pactis. cuius uerba uide s.lib.37.cap.1.except.15.*

V. Exceptio: *Nisi debitor mulieris marito, uel contrà debitor mariti mulieri donationis causa sit delegatus. Hæc exceptio approbatur l.5.§.si debitor.ff.de donationibus inter uir.& uxor.his uerbis:* Si debitor uiri pecuniam iussu mariti uxori promiserit, nihil agitur. *Concordat l.18.§.si debitorem.ibi: sicuti seruatur.ff.de solutionibus. cuius uerba uide s.cap.8.repl.1.dupl.1.tripl.1 quadruplicatione 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi debitor mulieris iussu eius dotem marito promiserit: uel contrà debitor mariti iussu eius donationem ante nuptias mulieri. Hæc replicatio approbatur l.80 & l.83.ff.de iure dotiū.de qua re uide s.lib.15.cap.10.reg.5.Altera replicatio est: Nisi debitor delegatus, ei cui delegatus est, soluerit.De hac replicatione uide ā.cap.8.replicatione 1.duplicatione 6.triplicatione 1. Planè exceptio proposita tot recipit replicationes, quot exceptiones habet donatio inter uirum & uxorem inutilis.*

VI. Exceptio: *Nisi debitor delegatus posteriori creditori, suo, non delegantis nomine soluerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.capite 10. in prin. item capite 7. except.1.distinct.1.*

VII. Exceptio: *Nisi cum delegatus posteriori creditori sub conditione promisisset, conditio nondum extiterit. Hæc exceptio reprobatur l.36.ff.si certum petatur, his uerbis:* Pecuniam quam mihi sine conditione debebas, iussu meo promisisti Attio sub conditione. Cùm pendente conditione in eodem statu sit obligatio tua aduersus me, tanquam si sub contraria conditione eam mihi spopondisses: si pendente conditione petam, an nihil acturus sim? Iabolenus. Respondi: Non dubito quin ea pecunia, quam ipse sine conditione stipulatus sum (etiamsi conditio in persona Attij, qui ex mea uoluntate eandem pecuniam sub conditione stipulatus est, non extiterit) credita esse permaneat. Perinde est enim, ac si nulla stipulatio interuenisset. Pendente autem caussa conditionis, idem petere non possum: quoniam cum incertum sit, an ex ea stipulatione deberi possit, ante tempus petere uideor.

VIII. Exceptio: *Nisi cum delegatus posteriori creditori sub conditione promisisset, conditio defecerit. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.36. iam propositis hisce:* Non dubito quin ea pecunia, &c.

IX. Exceptio: *Nisi inuito creditore alius ab eius debitore sit stipulatus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt ā cap. prox.quæst.4.except.1. Hæc de exceptionibus contra secundam nouationis speciem, quæ contingit in persona creditoris. Plures huiusmodi exceptiones uide d.quæst.4.item s.capite 8. repl.1.dupl.1.cum sequentibus. Quoties enim debitor iussu creditoris alij soluendo non liberatur: nec delegationis iure liberari eum à creditore delegante, non ineptè quis dixerit.*

### III. DE NOVATIONE temporis & conditionis.

I. Regula: *Nouatur item obligatio, & per consequens tollitur in aliam translata, si dies ei aut conditio adijciatur. Quæ species seu regula approbatur Inst.quib.mod. toll. oblig. §. sed si eadem. cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.4. except.14. Huius regulæ exceptiones hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi conditio adiecta defecerit. Hæc exceptio approbatur Inst.d.tit.§.quod autem, his uerbis:* Quod diximus, Si conditio adijciatur, nouationē fieri: sic intelligi oportet, ut ita dicamus factā nouationē, si cōditio extiterit: alioq si defecerit, durat prior obligatio. *Cōcordat l.14.in prin.ff de donat. his uerbis:* Quoties quod purè debetur, nouandi causa sub conditione promittitur: non statim fit nouatio, sed tunc demum, cum conditio extiterit. Et ideo si fortè Stichus fuerit in obligatione, & pendente conditione decesserit: nec nouatio contingit, quia non subest res eo tempore quo conditio impletur. Vnde Marcellus, etsi post moram Stichus in conditionalem obligationem deductus sit, purgari moram, nec in sequentem obligationem deduci putat. *Concordat item l.30.§.fin.ff.de pactis. cuius uerba uide s.specie 1.reg.3.except.12.*

II. Exceptio: *Nisi persona à qua postea stipula-*



*tus est,*

tus est, pendente conditione decesserit. Hæc exceptio reprobatur s̄.d.reg 1.except.13.

III. Exceptio: Nisi persona à qua postea est stipulatus, pendente conditione sit deportata. Hæc exceptio approbatur d.l.14.§.fin. cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.4.except.17.repl.3.dupl.1.

IIII. Exceptio: Nisi res quæ debetur, pendente conditione interierit. Hæc exceptio approbatur l.31. in prin. ff. de nouationibus, his uerbis: Si rem aliquam dari stipulerua sim, deinde eandem nouendi animo sub conditione ab eodem stipuler: manere oportet rem in rebus humenis, ur nouationi locus sit: nisi per promissorem stererit, quo minus daret. Concordat l.14. in prin. ibi: & ideo. ff. eod. tit. cuius uerba uide s̄. except.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi res post moram à promissore factam interierit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Nisi per promissorem staterit, quo minus daret. De hac replicatione uide J.cap.19.except.7.repl.3.dupl.1.

II. REGVLA: Nouatur deniq; obligatio, ac tollitur translata in aliam, si dies aut conditio ei detrahatur. Quæ regula approbatur Inst. quib. mod. tollitur obligat. §. sed si eadem. cuius uerba uide s̄.cap prox.quæst. 4. except 14. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi conditio obligationis nouatæ nondum extiterit. de qua re uide d.quæst.4. except. 17. Planè propositæ regulæ quodammodo uidetur contradicere l.21.§. non est nouum. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide s̄.lib.38.cap.3.reg.7.

## DE NOVATIONE QVÆ fit per litis contestationem: seu de exceptione rei iudicatæ & in iudicium deductæ. Cap. XVI.

Suprà capite 14. quæstione 1. diximus, duplicem esse nouationem: unam quæ fit per stipulationem, alteram quæ fit per litis contestationem. De priore hactenus est dictum: de posteriore nunc dicetur. Ex ea autem oritur exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ. Nam si res semel in iudicium deducta sit, rursus de eadem re nouo iudicio agenti obstat exceptio, rei quidem in iudicium deductæ, si iudicatum nondum sit: rei uerò iudicatæ, si iam sit iudicatum.

Sit igitur huius loci regula hæc, Quòd si caussa quæ in iudicium deducitur, antè quoque in iudicium deducta fuerit: siue prius iudicium finitum sit, siue non sit finitum, rursus agenti exceptio rei iudicatæ in primo casu, uel in altero casu rei in iudicium deductæ obstabit. Quæ regula approbatur l.3. ff. de exceptione rei iudicatæ, his uerbis: Iulianus lib. III. Digestorum respondit, Exceptionem rei iudicatæ obstare, quoties eadem quæstio inter easdem personas reuocatur. Concordat l.7.§. & generaliter. ff. eodem titulo. cuius uerba uide J exceptione 5. in prin. Concordat item Inst. de exceptionibus. §. item si in iudicio, his uerbis: Si in iudicio tecum actū fuerit siue in rem, siue in personam: nihilominus obligatio durat. Et ideo ipso iure de eadem re postea aduersus te agi potest. Sed debes per exceptionem rei iudicatę adiuuari. Declaratur hæc regula d.l.7.§. si ancillam. ibi: & quidem, his uerbis: Ita definiri potest, Toties eandem rem egi, quoties apud iudicem posteriorem id quæritur, quod apud priorem quæsitum est. Planè huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi inutiliter antea sit actum uel iudicatum. Huius exceptionis species, & singularum specierum replicationes uide s̄. lib.8. capite 5. quæst.3.

II. Exceptio: Nisi inter alias personas antea sit actum. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur J. cap.prox. reg.1 & 2.

III. Exceptio: Nisi de alia re antea sit actum uel iudicatum. Hæc exceptio approbatur, simul et distinguitur per ea quæ proponūtur J.cap.prox. reg.1.

IIII. Exceptio: Nisi ex alia causa antea sit actum. Hæc exceptio approbatur l.12. cum legibus sequentibus. ff. de exceptione rei iudicatæ. his uerbis: Cum quæritur, hæc exceptio noceat necne? inspiciendū est, an idē corpus sit, quantitasq; eadē, & idē ius: & an eadē causa petēdi, & eadē conditio personarū? Quæ nisi omnia concurrant, alia res est. Concordat l.27. ff. eod. tit. his uerbis: Cum de hoc, an eadem res sit, quæritur? hæc spectanda sunt: personæ, idipsum de quo agitur, caussa proxima actionis: nec iam interest, qua ratione quis eam causam actionis competere sibi existimasset: perinde ac si, posteaquam contra eum iudicatum esset, noua instrumenta caussæ suæ reperisset. Huius exemplum proponitur l.22. in fine. ff. eod. tit. his uerbis: Si actum sit cum hærede de dolo defuncti, deinde de dolo agatur hæredis: exceptio rei iudicatæ non nocebit: quia de alia re agitur. Concordat l.133. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Si sic stipulatus sum, Neque per te, neque per hæredem tuum uim fieri spondes? & egi quòd mihi uim feceris: rectè remanet sectū hæredis in stipulatione. Nam & ex ipsius posteriore ui poterit committi stipulatio. Non enim ad unam uim tantùm pertinet. Nam sicut & ipsius uim, & hæredis cepit: ita & ipsius uim uel sæpius factam complectitur, ut condemnetur quanti interest. At si sic uolumus

factam

factam esse stipulationem, Neque pec te, neque pat hæredem tuum fieri? ut ad unam uim primam pertineat, si uim fecerit: amplius ex hæredis facto committi non poterit, quasi ex ipsius ui tota sit consumpta. Quod non est uerum. *Aliud exemplum proponitur l.10. ff. de exceptione & descriptione, his uerbis:* Si ie contra quam iudicatum est, hæres exciterit ei contra quam nihil pronunciatum est: Modestinus respondit, hæreditariam litem ei inferenti præscribi ex ea sententia non posse, quam proprio nomine disceptans, antequam hæres extiterit, excepit. *Aliud exemplum proponitur l.91. §. Semprosiæ. ff. de leg. 1. cuius uerb. uide s. libro 32. capite 5. exceptione 45. replicatione 2. duplicatione 3. Aliud item exemplum proponitur l.28. ff. de nouationibus. cuius uerba uide s. libro 36. capite 8. reg. 3. exceptione 3. Aliud item exemplum proponitur l. 21. §. sed si usumfructum. ff. de exceptione rei iudicatæ, his uerbis:* Si usumfructum, cum meus esset, uindicaui, deinde proprietatem nactus iterum de usufructu experiar: potest dici aliam rem esse. quoniam postquam nactus sum proprietatem fundi, desinit meus esse prior usufructus, & iure proprietatis quasi ex caussa noua rursus meus esse cœpit. *Aliud denique exemplum proponitur l. 2. ff. de priuatis delictis. cuius uerba uide s. except. prox. distinct. 3. replicatione 2. Hactenus leges & exempla, quibus exceptio proposita approbatur, enumerauimus. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in rem agens nullam specialem caussam expresserit. Hæc replicatio approbatur l.14. §. actiones. ff. de exceptione rei iud. his uerbis:* Actiones in personam ab actionibus in rem in hoc differunt, quòd cùm eadem res ab eodẽ mihi debeatur, singulas obligationes singulæ caussæ sequuntur, nec ulla eorum alterius petitione uitiatur: at cum in rem ago, non expressa caussa, ex qua rem meam esse dico: omnes caussæ una petitione adprehenduntur. neque ènim amplius quàm semel res mea esse potest: sæpius autem deberi potest. *Concordat l.27. ibi: nec iam interest. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. ead. exceptione in prin. Item concordat l.11. § eandem caussam, in fine. ff eod. tit. his uerbis:* Mutata opinio petitoris non facit aliam caussam: ut puta opinabatur ex caussa hæreditaria se dominium habere, mutauit opinionem, & cœpit putare ex caussa donationis. hæc res non parit petitionem nouam. Nam qualecunque & undecunque dominium adquisitum habuerit: uendicatione prima in iudicium deduxit. *Concordat item d. l. 11. §. denique, his uerbis:* Celsus scribit, Si hominem petieto, quem ob eam rem meum esse existimaui, quòd mihi traditus ab alio esset, scilicet cum is ex hæreditaria caussa esset meus: rursus petenti mihi obstaturam exceptionem. *Aliud exemplum proponitur l.30. in prin. ff. eodem titulo, his uerbis:* Ex sextante hæres institutus, qui ab intestato legitimus hæres esse potest, cum de iure testamenti faceret quæstionem, ab uno ex institutis dimidiam partem hæreditatis petijt, nec obtinuit: uidetur in illa petitione etiam partem sextantis uendicasse. Et ideo si cœperit ab eodem ex testamento eandem portionem petere: obstabit ei rei iudicatæ exceptio. *Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi specialis caussa in actione in rem sit expressa. Hæc duplicatio approbatur uerbis d. §. actiones, s. propositis hisce:* Non expressa caussa. *Concordat l. 11. §. si quis autem. ff. de exceptione rei iudic. his uerbis:* Si quis fundum petat suum esse, eo quòd Titius eum sibi tradiderit, si postea eum alia ex caussa petat: caussa adiecta non debet submoueri exceptione. *Altera duplicatio est: Nisi hæreditas primùm ex testamento petita, postea ex fideicommisso petatur. Hæc duplicatio approbatur l.8. C. de codicillis. cuius uerba uide s. lib. 32. cap. 9. caussa 34. Tertia duplicatio est: Nisi post rei uendicationem intentatam noua caussa superuenerit. Hæc duplicatio approbatur l.11. §. eandem. ff. de exceptione rei iudicatæ, his uerbis:* Eandem caussam facit etiam origo petitionis. Cæterùm si fortè petiero fundum uel hominem, mox alia caussa noua post petitionem mihi accesserit, quæ mihi dominium tribuat: non me repellet ista exceptio: nisi fortè intermissum dominium medio tempore, redijt quodam postliminio. Quid enim si homo quem petieram ab hostibus fuerit captus, moxque postliminio receptus? hic exceptione submouebor: quia eadem res esse intelligitur. At si ex alia caussa dominiũ fuero nactus, non nocebit exceptiò. Et ideo si fortè sub cõditione res mihi legata fuerit, deinde medio tempore adquisito dominio petam, mox existente conditione legati rursus petam: putem non obstare exceptionem. Alia enim caussa fuit prioris dominij, hæc noua nunc accessit. Itaque adquisitum quidem postea dominium aliam caussam facit. Mutata autem opinio petitoris non facit, &c. *Reliqua uerba uide s. ead. repl. in prin. Concordat item l. 23. ff. de iudicijs, his uerbis:* Non potest uideri in iudicium uenisse id quod post iudicium acceptum accidit: ideoque alia interpellatione opus est. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc est: Nisi quodam postliminio da-*

lis causſa acceſſerit. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Niſi fortè intermiſſum dominium, &c. Altera triplicatio eſt: Niſi cauſſa noua quidem acceßit opinione & ſcientia actoris uerùm in ueritate antea quoque fuit, quamuis ignota actori. Hæc triplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Mutata autem opinio petitoria, &c. Quarta propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi actor ex iuſta cauſſa in integrum reſtituatur. Hæc duplicatio approbatur exemplo matris filij hæreditatem petentis, l. 11. in prin. ff. de exceptione rei iud. his uerbis: Si mater filij impuberis defuncti ex ſenatuſconſulto bona uendicauerit idcirco, quia putabat rupto patris eius teſtamento neminem eſſe ſubſtitutum, uictaque fuerit, quia teſtamentum patris ruptum non erat: poſtea autem apertis pupillaribus tabulis, apparuit ei non eſſe ſubſtitutum: ſi peteret rurſus hæreditatem, obſtaturam exceptionem rei iudicatæ, Neratius ait. Vlpianus. Ego exceptionem obeſſe ei rei iudicatæ non dubito: ſed ex cauſſa ſuccurrendum erit ei quæ unam tantùm cauſſam egit rupti teſtamenti. Hæc de prima replicatione. Altera propoſita exceptionis replicatio eſt: Niſi poſterior cauſſa prioris, ex qua antea actum eſt, acceßio ſit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 4. C. de iudicijs, his uerbis: Si cum tibi precium prædiorum à curatoribus comparatorum reputaretur, & inſtrumenta emptionis traderetur, quæſtionem omiſſæ euictionis non mouiſti: intelligis ſemel finitam litem inſtaurari non oportere. Plura de hac replicatione uide in gloſſ. d. l. 4. Tertia replicatio eſt: Niſi cum patronus libertum antea procuratorio nomine defendiſſet, nunc proprio nomine eum defendat: hoc enim caſu propoſita exceptione non adiuuatur. Quæ replicatio approbatur l. 63. §. fin. ibi: nam etſi libertus. ff. de re iudicata. cuius uerba uide ſ. cap. prox. reg. 2. except. 3. Quarta replicatio eſt: Niſi cùm pacto pœnæ ſtipulatio ſubiecta eſſet: ex pacto actum ſit, uel exceptio oppoſita. hoc enim caſu ex ſtipulatione pœnali poſtea agenti obſtat exceptio. Quæ replicatio approbatur l. 10. §. ſi pacto. ff. de pactis. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. lib. 38. cap. 11 ſpecie 2. reg. 3. exceptione 2. Quinta replicatio eſt: Niſi cum reus ſtipulandi alteri reo ſtipulandi hæres extitiſſet, ſemel egerit. hoc enim caſu, quamuis duas obligationes habuerit, utraque tamē eſt peremptā. Quæ replicatio approbatur l. 5. in fine. ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide ſ. ca. 18. reg. 5.

V. Exceptio: Niſi alia actione antea ſit actum. Hæc exceptio reprobatur l. 5. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis De eadē re agere uidetur, & qui non eadem actione agit, qua ab initio agebat: ſed etiamſi alia experiatur, de eadem re tamen: utputa ſi quis mandati acturus, cum aduerſarius ei in iudicio ſiſtendi cauſa promiſiſſet, propter eandē rem agat Negociorū geſtorū, uel condicat: de eadem re agit. Rectéq; ita definietur, eū demū de eadem re non agere, qui prorſus rem ipſam nō perſequitur. Cæterùm cū quis actione mutata experitur: dummodo de eadem re experiatur (etſi diuerſo genere actionis quàm inſtitui) uidetur de eadem re agere. Cōcordat l. 6. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib. 36. ca. 16. in prin. Itē concordat l. 7. §. & generaliter. ff. eod. tit. his uerbis: Generaliter (ut Iulianus definit) exceptio rei iudicatæ obſtat, quoties inter eaſdem perſonas eadē quæſtio reuocatur uel alio genere iudicij. Concordat item l. 52. ff. de actionib. et obligat. cuius uerba uide d. cap. 16. in prin. Ait d. l. 5. Iuriſconſultus: Vtputa ſi quis mandati acturus, &c. Hiſce uerbis primum exemplum proponitur huius exceptionis reprobatæ. Aliud exemplum proponitur l. 8. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis: Parte fundi petita, qui familiæ erciſcundæ, uel cōmuni diuidundo egit: æquè exceptione ſubmouebitur. Concordat l. 11. §. item Iulianus. ff. eod. tit. his uerbis: Iulianus ſcribit: Cum ego & tu hæredes Titio extitiſſemus, ſi tu partem fundi, quem totum hæreditarium dicebas, à Sempronio petieris, & uictus fueris, mox eandem partē à Sempronio emero: agenti tibi mecum familiæ erciſcūdæ, obſtabit exceptio: quia res iudicata ſit inter te & uenditorem meum. Nam etſi à te eandem partem petijſſem, & agerem familiæ erciſcundæ: exceptio obſtaret. quia res iudicata ſit inter me & te. Tertium exemplum proponitur l. 25. §. 1. ff. eodem titulo. cuius uerba uide ſ. libro 42. capite 4. quæſtione 9. reg. 7. Quartum exemplum proponitur l. 31. ff. de actionibus & obligationibus. cuius uerba uide ſ. libro 46. capite 14. exceptione 37. replicatione 4. Planè admittitur exceptio propoſita primùm quidem, ſi cum prius interdicto de poſſeſſione actum eſſet, nunc in rem agatur de proprietate. Quæ diſtinctio approbatur l. 14. §. fin. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis: Si quis interdicto egerit de poſſeſſione, poſtea in rem agens non repellitur per exceptionem: quoniam in interdicto poſſeſſio, in actione proprietas uertitur. Secundò admittitur exceptio propoſita, ſi cum prius in rem actum eſſet, poſtea agatur in perſonā. Quæ diſtinctio approbatur l. ult. ff. d. tit. his uerbis: Paulus reſpondit, ei qui in rem egiſſet, nec tenuiſſet: poſtea condicenti non obſtare exceptionem rei iudicatæ. Concordat l. 25. §. fin. in fine. ff. eodem titulo. cuius uerba uide ſ. exceptione prox. Tertiò admittitur exceptio propoſita, ſi ex eodem delicto, uel etiam plurib. delictis in eadē re, plures actiones cōpetāt. Quæ diſtinctio approbatur l. 59. ff. de action. et obli-

get.

*gat. his uerbis:* Nunquã actiones pœnales, de eadẽ pecunia cõcurrẽtes, alia aliã cõsumit. *Cõcordat l.31 ff. eod. tt. his uerbis:* Cum ex uno delicto plures nascũtur actiones, sicut euenit cum arbores furtim cæsæ dicuntur: omnibus experiri permitti, post magnas uarietates obtinuit. *Concordat item l.172. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit. *Concordat item iisdẽ uerbis Inst. si quadrup. pauper. §. fin. Item concordat l.2. ff. de priuatis delictis. cuius uerba uide J. repl. 1. dupl. 1. Huius exemplum proponitur l. unica. C. quãdo ciuilis actio criminali præiudicat. cuius uerba uide S. lib. 3 cap. 2. except. 15. repl. 4. Planè exceptionis propositæ in casu proposito replicatio hæc est: Nisi nõ plus sit in posteriore actione, quàm in priore. nam eius tantùm quod plus est in posteriore actione, iudex rationem habebit. quæ replicatio approbatur l. 40. §. fin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Si ex eodem facto duæ competant actiones: Paulus ait, postea iudicis potius partes esse, ut quo plus sit in reliqua actione, id actor ferat: si tantundem, aut minus, id consequatur. *Concordat l.31. ff. eod tt. cuius uerba uide S. lib. 46. cap. 14. except. 37. repl 4. Planè huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non ex uno, sed ex diuersis delictis, quamuis in eadem re admissis, actiones competant. hoc enim casu replicationi propositæ locus non est. quæ duplicatio approbatur l.2. ff. de priuatis delictis, his uerbis:* Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur. Neq; enim delictũ ob aliud delictum minuit pœnam. Qui igitur hominẽ subripuit, & occidit: quia subripuit, furti tenetur: quia occidit, Aquilia tenetur: neq; altera harum actionum alteram consumit. Idem dicendum, si rapuit & occidit. Nã & Vi bonorum raptorum, & Aquilia tenebitur. Item si quis subreptum flagello cæciderit: duabus actionibus tenetur, furti & iniuriarum: & si fortè hunc eundem occiderit, tribus actionibus tenebitur. Itẽ quæsitum est, si condictum fuerit ex caussa furtiua, an nihilominus ex lege Aquilia agi possit? Et scripsit Pomponius, agi posse: quia alterius æstimationis sit legis Aquiliæ actio, alterius condictio ex caussa furtiua. Nanq; Aquilia eam æstimationem complectitur, quanti eo anno plurimi fuerit: condictio autem ex caussa furtiua nõ egreditur retrorsum iudicij accipiendi tempus. Sed si seruus sit, qui hoc admisit: ex quacunq; actione noxæ fuerit deditus, perempta est altera actio. Item si quis ancillam alienam subripuit, & flagellauerit: utraq; actione tenebitur. Nam & serui corrupti agi poterit, & furti. Item si quis seruum uulnerauit, quem subripuerat: æquè duæ actiones locum habebunt, Aquiliæ & furti. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi cum ex delictis serui actiones plures competerent, ex una actione noxæ deditus sit. hoc enim casu aliæ actiones cessant. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si seruus sit, qui hoc admisit: ex quacunq; actione noxæ fuerit deditus: perempta est altera actio. *Plura de exceptione proposita uide S. lib. 46. cap. 14. except. 37.*

VI. *Exceptio: Nisi antea sine mandato, nunc cum mandato agatur. Hæc exceptio approbatur l.25. §. fin. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Si te negocijs meis obtuleris, & fundum nomine meo petieris, deinde ego hanc petitionẽ tuam ratam non habuero, sed mandauero tibi ut ex integro eundem fundum peteres: exceptio rei iudicatę non obstabit: alia enim res est facta interueniente mandato. Idem est, etsi non in rem, sed in personam actum fuerit. *Planè exceptio hæc species est eius quæ proximè sequitur.*

VII. *Exceptio: Nisi caussa ob quam in priore iudicio reus absolutus est, nunc cesset. Hæc exceptio approbatur tum exemplo exceptionis iam propositæ: tum etiam exemplo l. 9. in princip. ff. de exception. rei iudicatæ. his uerbis:* Si à te hæreditatem petam, cum nihil possideres: deinde ubi cœperis aliquid possidere, hæreditatem petam: an noceat exceptio ista? & putam, siue fuit iudicatum hæreditatem meam esse, siue aduersarius, quia nihil possidebat, absolutus est: non nocere exceptionem. *Concordat d. l. 9. §. si quis fundum. cuius uerba uide J. exception. proxim. Concordat item l.17. ff. eod. tt. his uerbis:* Si rem meam à te petiero, tu autem ideo fueris absolutus, quòd probaueris sine dolo malo desijsse te possidere: deinde postea cœperis possidere, & ego à te petam: non nocebit mihi exceptio rei iudicatæ. *Concordat item l.18. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis ad exhibendum egerit, deinde absolutus fuerit aduersarius, quia non possidebat, & dominus iterum agat nacto eo possessionem: rei iudicatæ exceptio locum non habebit: quia alia res est. *Aliud propositæ exceptionis exemplum proponitur l.25. in prin. ff. de exception. rei iudicatæ, his uerbis:* Si is qui hæres non erat, hæreditatem petierit, & postea hæres factus eandem hæreditatem petat: exceptione rei iudicatæ non submouebitur. *Aliud exemplum proponitur l.2. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui cum hærede eius egit, qui filium præterierat, & exceptione submotus est, At si non in ea caussa sint tabulæ testamenti, ut contra eas bonorum posses-

fio dari posit: omittente amaocipato filio bonorum possessionem, non iniquè restituetur, ut agat cum hærede. Er ita Iulianus libro IIII Digestorum scripsir. *Concordat l.14. ff. de action. & obligationib. bis aerbis:* Qui cum hærede egit, exceptione submotus est. At si noo in ea caussa tabulæ restamenri sinr, ut contra eas emancipato bonorum possessio dari posir: emancipato bonorum possessionem omitrenta, non iniquè postulabit creditor restitui sibi actionem aduersus scriptum hæredā. Nam quamdiu bonorum possessio contra rabulas filio dari potest, hæres quodammodo debitor non est. *Aliud exemplum proponitur l.16. ff. de solutionibus, bis aerbis:* Si patat meus prægnante uxore relicta decesserit, & ex caussa hæreditsria torum hoc quod patri meo debitum fuisset, petijssem: oihil me consumpsisse, quidam axistimant. Si namo natus sir, rectè ma egisse: quia io terum natura uerum fuisset, ma solum hæradam fuisse. Iulianus notat, & uerios est, eam partem me perdidissa, pro qua hæres fuissem, antequam fuisset certum neminam oasci: aut quartam partem, qoia tres nasci potuerint: aur sexam, quia quioque. Nam & Aristotelem scripsissa quinqoa nasci posse: quia uuluæ molierum totidam receptacula habars posint: & esse molierem Romæ Alexandrinam ex Ægypto, quæ quinq; simul peperit, & tum habuarit iocolumea. Et hoc in Aegypto affirmatom est mihi. *Concordat l.3. §. fin. ff. de iudicijs. cuius uerba cum alijs concordantib. uide s. lib. 10. cap. 2. reg. 4.* *Aliud deniq; exemplum est, cum ob id actor in priore iudicio repulsus esset, quòd ante tempus ageret: nuac tempore illo finito rursus agat. quod proponitur Inst. de exceptionibus. §. appellantur autem. ibi: hodie autem. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 14. reg. ult.*

VIII. *Exceptio: Nisi coatra eum qui hac exceptione atitur, antea sit iadicatum. Hæc exceptio approbatur l.16. ff de except. rei iudicatæ, bis uerbis:* Euidentar iniquissimum ast, proficera rai iudicatæ exceptionem ei contra quam iudicatum est. *Huius exemplum proponitur l.15. in fine. ff. eod. tt. cuius aerba uide j. exceptioa. prox. replicat. 1.* *Aliud exemplum proponitur l.9. §. si quis fundum. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si quis fundom quem putabat se posidera, defenderit, mox amerit: re secundum peritorem iudicata, an rastituere cogatur? Et ait Neratius, si actori iterum petenti objiciatur exceptio tei iudieatæ: replicata eum oportere da te secundum sa iodicata. *Aliud exemplum proponitur l.16. §. creditor. ff. de pignor. & bypoth. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 1. quæst. 3. except. 10. repl. 1.* *Aliud deniq; exemplum est j. except. prox. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actor in prioris actionis, quæ per sententiam nouata est, aliquid petat. hoc enim casu reo, quamuis condemnato, exceptio rei iudicatæ quasi nouationis aon denegatur. quæ replicatio approbatur l.3. §. si enim ex iudicati. C. de usuris rei iudicatæ. cuius uerba aide s. lib. 8. cap. 4. quæst. 4. reg. 6.* *Altera replicatio est: Nisi cum aliquid sab pœna deberetur, unum ex ijs, hoc est, uel res uel pœna petita sit, reusq; condemnatus. hoc enim casa condemnatus aduersus petitionem alterius exceptione defenditur. De qua re uide s. lib. 38. cap. 11. specie 2. regul. 3. exception. 2.* *Tertia replicatio est: Nisi cum reus in minorem summam condemnatus esset, postea reliquum petatur. quæ replicatio approbatur l.1. C. si aduersus rem iudicatam. cuius uerba uide j. lib. proxim. cap. 4. quæst. 4. caussa 17.*

IX. Exceptio: *Nisi is qui in priore iudicio reus fuit, postea sit actor. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.30. §. Latinus. ff. de exception. rei iudicatæ, bis uerbis:* Latinus Largus. Cum de hæreditate ioter Mæuium, ad quem pertinebat, & Tirium, qui controuersiam mouebat, transigeretur: traditio terum hæreditariarum Mæuio hæredi à Titio facta est: in qua traditione etiam fundum ai suum proprium, quem anta multoa annoa auo eiusdem Mæuij hæredia obligauerat, quemque alij postea in obligationem daduxerat, ex caussa pacti tradidit. Hia gestis, posterior Titij creditor ius suum persecutus est, & obtinuit. Post hoc iudicium Mæuius hæres teparit io bonis auiris chitographum ainsdem Titij ante multoa annoa conscriptum: per quod apparuit, eum fuodum qui in caussa transactionia uanetat, etiam auo suo ab eodem Titio fuisse obligatum. Cum ergo constet, priua auo Mæuij hæredis in obligatiooem aum fundom datum, de qoo Mæuius superatus est: quæro, an ius aui sui, qood tunc, cum de eo fundo ageretur, ignorabat: nulla exceptione opposita axequi posit? Paulus. Respondi: Si de proprietate fundi litigatum, & secuodum actorem proounciatum fuisset: diceremus, petenti ei qui in priora iudicio uictus ast, obstaturam rei iudicatæ exceptionem: quoniam de eius qooq; iure quæsitum uidetur, cum actor petitionem implet. Qoòd si possessor absolutus amissa possessione eundem ab eodem, qui prius non obtinuit, peteret: non obesset ei exceptio. nihil enim in suo iudicio de iure eius statutū uidetur. Com autem pignoraticia actū est aduersus priorem creditorē: potest

fieri,

fieri, ut de iure possessoria non sit quæsitū. quia non ut in proprietatis quæstione, quod meum est, alterius non est: ita in obligatione utiq; consequens est, ut non sit alijs obligatum. quod hic comprobauit te neri. Et probabilius dicitur, non obstare exceptionem: quoniam de iure possessoris quæsitum non est, sed de sola obligatione. In proposita autem quæstione magis me illud mouet, nunquid pignoris ius extinctum sit dominio adquisito. neq; enim potest pignus perseuerare domino constituto creditore. actio tamen pignoraticia competit: uerum est enim, & pignori datam, & satisfactum non esse. Quare puto non obstare rei iudicatæ exceptionem. *Ait Iurisconsultus:* Quòd si possessor absolutus, amissa possessione eundem fundum ab eodem, qui prius non obtinuit, peteret: non obesset ei exceptio, &c. *Hisce uerbis exceptio proposita approbatur.* *Cui concordat l.15.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide* ♃*.repl.prox.* *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is qui antea reus uictus fuit, nunc agat. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.30.iam propositis hisce:* Respondi: Si de proprietate fundi litigatum, & secundum actorem pronunciatum fuisset: diceremus, petenti ei qui in priore iudicio uictus est, obstaturam rei iudicatæ exceptionem: quoniam de eius quoq; iure quæsitum uidetur, cum actor petitioné implet. *Concordat d. l. 15. his uerbis:* Si inter me & te controuersia de hæreditate sit, & quasdam res ex eadem tu possideas, quasdam ego: nihil uetat & me à te, & inuicem te à me, hæreditatem petere. Quòd si post rem iudicatam à me petere cœperis: interest utrum meam esse hæreditatem pronunciatum sit, an contrà. Nam si meam esse, nocebit tibi rei iudicatæ exceptio: quia eo ipso quo meam esse pronunciatum est, ex diuerso pronunciatum uidetur tuam non esse. Si uerò meam non esse, nihil de iure tuo iudicatum intelligitur: quia poterit nec mea hæreditas esse, nec tua. *Concordat item l.40.§.sed & is, in fine. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide* ♃ *.lib.6.cap.8.quæst.1. caussa 1. except.13. repl.1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non proprietas uindicata sit, sed actione hypothecaria agatur. hoc enim casu, quamuis reus antea possessor uictus fuerit, tamen ei postea etiam hypothecaria agenti exceptio rei iudicatæ non obstabit. quæ duplicatio approbatur uerbis d l.30.*♃*.propositis hisce:* Cum autem pignoraticia actum est aduersus priorem creditorem, &c. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi antea reus opponens exceptionem rei sibi prius pignoratæ, nihilominus succubuerit. Hæc triplicatio approbatur l.19.ff. de except.rei iudicatæ, his uerbis:* Duobus diuersis temporibus eandem rem pignori dedit. Egit posterior cum priore pignoraticia, & obtinuit, mox ille agere similiactione instituit: quæsitum est, an exceptio rei iudicatæ obstaret? Marcellus respondit: Si opposuerit exceptionem sibi antè pignoratæ, & nihil aliud nouum & ualidum adiecerit: sine dubio obstabit. eandem enim quæstionem reuocat in iudicium. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi de iure quoq; rei conuenti sit pronunciatum in priore iudicio. Hæc exceptio elicitur ex uerbis d.l. 30.*♃*.propositis hisce:* Nihil enim in suo iudicio de iure eius statutum uidetur. *Item hisce:* Quoniam de iure possessoria quæsitum nō est, sed de sola obligatione. *Ergo contrà, si non solùm de iure petitoris, sed etiam de iure possessoris in priore iudicio pronunciatum est, eumq; absolutus: eidem postea agenti proderit replicatio rei iudicatæ. Cui concordat l.24.ff.de except.rei iudicatæ. cuius uerba uide* ♃*.lib.21.cap.11.quæst.3.except.10. Hactenus de exceptionibus, seu, si mauis, replicationibus aduersus exceptionem rei iudicatæ & in iudiciū deductæ: quarum tamen plures (ut dixi) uide* ♃*.lib.8. cap.3.quæst.3.item* ♃*.cap.prox.*

## *QVIBVS ET ADVERSVS quos exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ competit: item, Quid in eam ueniat? Cap. XVII.*

P*Rima regula: Exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ, alij quàm contra quem in priore iudicio actum est, non competit. quæ regula approbatur l.22.ff.de except.rei iudicatæ, his uerbis:* Si cum uno hærede depositi actum sit: tamen & cum cæteris hæredibus rectè agetur, nec exceptio rei iudicatæ eis proderit. Nam etsi eadem quæstio in omnibus iudicijs uertitur: tamen personarum mutatio, cum quibus singulis suo nomine agitur, aliam atque aliam facit rem. *Concordat l.7.§.& generaliter.ff. eod. tt. cuius uerba uide* ♃*.cap.proxim.except.5. Item concordat l.14. in princip.ff.eod.tt. cuius uerba uide* ♃*. cap.proxim. exception. 4. in princip. Item concordat l. 27. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. exception. 4. in princip. Item concordat l. 2. C. quibus res iudicata non nocet. cuius uerba uide* ♃*.regul. proxim.in prin. Huius regulæ primum exemplum proponitur uerbis d. l. 17. iam propositis hisce:* Si cum uno hærede depositi actum sit, &c. *De quo uide plura* ♃*. exception. 6. replicat. 2. Aliud exemplum proponitur l.95.§. si mandatu. ibi: & ad hoc. ff.de solutionibus. cuius uerba uide* ♃*. cap. 6. quæstion. 2. regul. 4. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi successori eius, contra quem antea est actum. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt* ♃*.cap.1.quæst.7.reg. 2. Concordat l.9.§.fin.ff. de exception.*

ceptiou.rei iudicatæ. cuius uerba uide J. exceptiou. proxim Concordat item l. 11. §. item iulianus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. proxim. exception. 5. exemplo 2. Concordat item d. l. 11. §. si egero, his uerbis: Si egero cum uicino equæ pluuiæ arcendæ, deinde alteruter nostrûm prædium uēdiderit, & agat emptor, uel cum eo agatur: hæc exceptio nocet: sed de eo opere quod iam erat factum, cum iudicium acciperetur. Huius exceptionis replicatio hec est: Nisi auctor ex eo quòd dolo desierit poßidere, conuentus sit. hoc enim casu exceptio successori eius & possessori non prodest. quæ replicatio approbatur l. 95. §. dolo, in fine. ff. de solutionibus. cuius uerba cum concordantibus uide ī. lib. 31. cap. 2. regul. 1. exception. 15. Altera exceptio uidetur: Nisi auctori eius contra quem autea est actum. Sed hec exceptio reprobatur l. 9 §. fin cum lege sequente. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis: Iulienos scribit, exceptionem rei iudicatæ à persona auctoris ad emptorem transire solere: retrò eutem ed auctorem ab emptore reuerti non debere. Quare si hæreditariam rem uendideris, egoq; eandem ab emptore petiero, & uicero: petenti tibi non opponem exceptionem. et si ea res iudicata non sit inter me & eum: cui uendidisti. Item si uictus fuero: tu aduersus me exceptionem non habebis. Planè admittitur exceptio proposita primùm quidem in eo qui dolo malo poßidere desijt, possessore prius conuento quæ distinctio approbatur l. 13. §. penult. ff. de petit. hered. cuius uerba uide ī. lib. 31. cap. 2. reg. 2. except. 4. repl. 1. Deinde admittitur exceptio proposita in uenditore hereditatis emptore conuento, l. 2. C. de pactis. cuius uerba uide ī. lib. 36. ca. 6 reg. 5. except. 3. Tertia exceptio est: Nisi patri eius filijfamiliâs, cum quo antea est actum. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. si quis hominem. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis: Si quis hominem à filiofamiliâs petierit, deinde eundem à petre peter: locum habet hæc exceptio. Quarta exceptio est: Nisi fideiussori uel mandatori eius cum quo antea est actū. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur ī. cap. 1. quæst. 7. reg. 4. Concordat l. 21. §. fin. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis: Si pro setuo meo fideiusseris, & mecum de peculio actom sit: si postea tecum eo nomine agatur, excipiēdum est de re iudicate. Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi actoris culpa reus principalis fuerit absolutus. Hæc replicatio reprobatur l. 95. §. penult. ff. de solutionibus, his uerbis: Si creditor à debitore petens culpa sua caussa ceciderit: propè est, ut actione mandeti nihil à mandetore consequi debeat: cum ipsiue uicio acciderit, oe mandatori possit actionibus cedere. Altera replicatio est: Nisi reus principalis non absolutus sit, sed condemnatus, uel cōuentus saltē. quæ replicatio approbatur l. 71. in prin. ibi: quamuis enim. ff. de fideiussorib. his uerbis: Iudicio conuento principali debitore, mandator non liberetur. Concordat l. 8 §. & post litem. ibi: si uerò. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 27. Item concordat l. 13. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. cap. 1. quæst. 5. reg. 1. except. 4. Item concordat l. 21. C. de fideiussoribus. cuius uerba uide d. quæst. 2. except. 50. Item concordat l. 28. C. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 6. repl. 3. Item concordat l. 84. ff. de solutionib. cuius uerba uide ī. cap. 7. except. 2. repl. 1. Concordat item l. 21 ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 6. repl. 3. Item cōcordat l. 116. ibi: sed etsi decem. ff de uerb. obligat. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 3. quæst. 10. reg. 1. except. 1. Item concordat l. 27. §. fin ff. mandati. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 1. quæst. 9. reg. 3. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hec est: Nisi litis tantùm exercendæ gratia fideiussor sit acceptus. quæ duplicatio approbatur d. §. & post litem. ff. de fideiussoribus. Altera duplicatio est: Nisi reus condemnatus sententiæ paruerit. quæ duplicatio approbatur d. l. 28. C. de fideiussoribus. Cōcordat l. 15. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 1 quæst. 2. except. 55 Item concordat l. 13. in fine. ff. de fideiussorib. cuius uerba (ut dixi) uide d. cap. 1. quæst. 5. reg. 1. except. 4. Item concordat d. l. 27. §. fin. ff. mandati. item d. l. 84. in fine. ff. de solutionib. item d. l. 116. ibi: nisi iudicatum. ff. de uerb. obligat. Hæc de secūda replicatione eiusq; duplicationib. sunt dicta. Tertia replicatio est: Nisi reus principalis ob personalem aliquam exceptionem sit absolutus, quæ fideiussori eius non datur. Hæc replicatio approbatur, simul & declaratur per ea quæ proposita sunt ī. cap. 1. quæst. 7. reg. 4. except. 1. cum sequentib. Quinta exceptio est: Nisi ei cuius fideiussor uel mandator antea conuentus fuit. Hæc exceptio reprobatur l. 13. in prin. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 1. quæst. 5. reg. 1. except. 4. Concordat l. 95. §. si mandato. ff. de solution. cuius uerba uide ī. cap. 6. quæst. 2. reg. 4. Item cōcordat l. 28. ibi: uel ipsum reū. C. de fideiussorib. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. exc. 50. Itē concordat l. 60. in prin. ff. mādati. cuius uerba uide ī. lib. 45. cap. 3 quæst. 10. reg. 1. exc. 1. Sexta exceptio est: Nisi cōsorti litis. Hæc exceptio approbatur l. 51. §. fin. ff. de euictionib. his uerbis: Si plures mihi in solidū pro euictione teneātur, deinde post euictionē cum uno fuero expertus: si egē cum cæteris, exceptiōe me esse repellendum, Labeo ait. Concordat l. 2. in fine. ff. de duob. reis constit. cuius uerba uide ī. lib. 33. cap. 11. reg. 2. in prin. Concordat l. 8. §. 1. ff. de leg. 2. his uerbis: Si ita scriptum sit, Lucius Titius hæres meus, aut Mæuius hæres meus decem Seio dato: com utro uelit, Seius eget, ut si cum uno actum sit, & solutum, alter liberetur: quasi duo rei promittendi in solidum obligati fuissent. Quid ergo si ab altero partem petierit? liberum ei erit ab alterutro reliquum petere. Idem erit, etsi alter partem soluerit. Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi pars tantùm à

priore

*priore sit petita. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quid ergo si ab altero partem petierit, &c. *Altera replicatio est: Nisi cum singuli non in solidum, sed pro parte tenerentur, unus ex his conuentus sit & absolutus. hoc enim casu alteri exceptio non prodest. quæ replicatio approbatur exemplo heredum l.22. ff de except. rei iudicatæ. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin. Tertia replicatio est: Nisi consors litis antea absolutus non sit, sed condemnatus, uel conuentus saltem. Hæc replicatio approbatur l.28. §. idemq́;. C. de fideiussoribus, his uerbis:* Generaliter sancimus, quemadmodum in mandatoribus statutum est, ut contestatione contra unum ex his facta, alter non liberaretur: ita & in fideiussoribus obseruari. Inuenimus etenim in fideiussorum cautionibus plerunq; ex pacto huiusmodi caussæ esse prospectum. Et ideo generali lege sancimus, nullo modo electione unius ex fideiussoribus, uel ipsius rei alterum liberari: uel ipsum reum, fideiussoribus uel uno ex his electo, liberationem mereri, nisi satisfactum sit creditori: sed manere ius integrum, donec in solidum ei pecuniæ persoluantur, uel alio modo ei satisfiat. Idemq́; in duobus reis promittendi cōstituimus, ex unius rei electione præiudicium creditori aduersus alium fieri non concedentes: sed remanere & ipsi creditori actiones integras & personales & hypothecarias, donec per omnia ei satisfiat. Si enim pactis conuentis hoc fieri conceditur, & in usu quotidiano semper hæc uersari aspicimus: quare non ipsa legis authoritate hoc permittatur, ut nec simplicitas suscipientium contractus ex quacunque caussa possit ius creditoris mutilare? *Concordat l.31. ff. de solutionib. his uerbis:* Si decem stipulatus à Titio, deinde stipuleris à Seio, quanto minus ab illo consecutus sis: etsi decem petieris à Titio, non tamen absoluitur Seius. Quid enim si condemnatus Titius nihil facere potest? Sed etsi cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberatur. Incertum quippe est, an omnino Seius debiturus sit. denique si totum Titius soluerit: nec debitor fuisse uidebitur Seius, quia conditio eius defecit. *Concordat item l. ult. in prin. ff. si certum petatur, his uerbis:* Si ego decem stipulatus à Titio, deinceps stipuler à Seio, quanto minus à Titio consequi possim: si decem petiero à Titio, nō liberatur Seius. alioquin nequidquam mihi caueatur. At si iudicatum fecerit Titius: nihil ultrà Seius tenebitur. Sed etsi eum Seio egero, quantumcunq; est, quo minus à Titio exigere potero eo tempore, quo iudicium inter me & Seium acceptum est: tanto minus postea à Titio petere possum. *Concordat item l.116. ff. de uerb obligat. cuius uerba uide s. lib.45. cap.3. quæst.10. reg.1. except.3. Septima exceptio est: Nisi ei cuius defensor antea conuentus fuit. Hæc exceptio approbatur l.11. §. hoc iure. ibi: ex persona. ff. de except. rei iudicatæ. cuius uerba uide J. reg. prox. except.2. Concordat l.21. ff. de solutionib. cuius uerba uide s. cap.7. except.1. distinct.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi defensor antea conuentus, condemnatus sit. Hæc replicatio approbatur l.7. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si is qui obtulit se fundi uindicationi, damnatus est: nihilominus à possessore rectè petitur, sicut Pedius ait. *Altera replicatio est: Nisi mortuo iam domino defensionē caussæ quis susceperit. quæ replicatio approbatur l.74. §. cum absentem. ff. de iudicijs. cuius uerba uide s. lib. 44. cap.7. quæst.1. except.16. repl.2. Octaua exceptio est: Nisi re commodata furto ablata, dominus rei furem elegerit. hoc enim casu commodatario conuento datur exceptio: uel contrà furi datur exceptio, electo commodatario. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur Inst. de obligat. quæ ex delicto. §. quæ de fullone. cuius uerba uide s. lib.46. cap.4. reg. 11. in prin. Concordat l.22. C. de furtis. cuius uerba uide d. reg 11. except.5. Hactenus quibus exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ competat, expositum est.*

*II. Regula: Aduersus alium quàm qui priore iudicio egit, exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ non datur. quæ regula approbatur l.63. in prin. ff. de re iudicata, his uerbis:* Sæpe constitutum est, res inter alios iudicatas alijs non præiudicare, &c. *Reliqua uerba uide J. except.3. Cōcordat l.10. ff. de exceptionib. his uerbis:* Modestinus respondit, res inter alios iudicatas alijs nō obesse: nec si is contra quē iudicatū est, &c. *Reliqua uerba uide s. cap. prox. except.4. in prin. Cōcordat item l.1. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Cum res inter alios iudicatæ nullum alijs præiudicium faciant: ex eo testamento, ubi libertas data est, uel legatum, agi potest: licet ruptum uel irritum, aut iniustum dicatur testamentum. nec si superatus fuerit legatarius, præiudicium libertati fit. *Concordat item l.27. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. proxim. exception.4. in prin. Item concordat l.1. C. quibus res iudicata non nocet. cuius uerba uide s. lib.8. cap.3. exception. 28. Item concordat l.2. C. eod. tit. his uerbis:* Res inter alios iudicatæ neque emolumentum adferre ijs qui iudicio non interfuerunt, neque præiudicium solent irrogare. Ideoque nepti tuæ præiudicare non potest, quod aduersus coheredes eius iudicatum est, si nihil aduersus ipsam statutum est. *Concordat item l.3. C. eod. tit. his uerbis:* Iuris manifestissimi est, & in accusationibus ijs qui congressi in iudicio non sunt, officere non posse, si quid forte præiudicij uideatur

tur

rur oblatum. *Concordat item l.4.C.eod.tt. bis uerbis:* Nec in simili negocio rea inter alios acta absenti præiudicare, sæpe constitutum est. *Concordat item l.2.C.de exceptionib. bis uerbis:* Pro porrione rua, qua domum ad re pertinere dicia, si iudicatum non est, actionem dirigere pores: nam exceptio rei iudicatæ si demum obstar, uel successoribua eius, inter quoa eognirum super ea re, & pronunciatum est. *Concordant deniq; ea quæ proponuntur ã.lib.17.cap.7. in prin. Huius regulæ exem, lum etiam proponitur l.14.§.quoties. ff.de appellationib.cuius uerba uide š. lib.32.cap.12. caussa 67.except.1. item š. lib.8. cap.3. except.10.in prin. Aliud exemplum proponitur l.44.§. fin. ff. de iudicijs.cuius uerba uide š.lib.5.cap.1.quæst.4.caussa 6. Planè propositæ regulæ exceptiones bæ sunt. Prima exceptio est: Nisi cùm pluribus eadem actio competeret, unus ex ijs agens uictus sit.boc enim casu ceteris quoq; postea agentibus exceptio rei iudicatæ obstabit.quæ exceptio approbatur l.1.ff.de duob.reis cõstit.cuius uerba uide š.lib.18.cap.12.reg.2.in prin. Concordat l.31.§.si duo. ibi: ferè autem ff.de nouat. cuius uerba uide š.cap.14.quæst.4.except.5. Item cõcordat l.6.ff. commodati. cuius uerba uide š. lib.19. cap.5.quæstion.1. reg 5. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi non in solidum. sed pro parte singulis actio competat, hoc enim casu uno ex plurib.agenti, alijs non præiudicatur. quæ replicatio approbatur exemplo hæredum l.29.in prin.ff.de except.rei indicatæ.cuius uerba uide J. dupl. prox. Concordat l.43. in prin.ff. de re iudicata.cuius uerba uide J.exc.3. itẽ concordat l.2.C.de exceptionib.cuius uerba uide paulo superius ead.reg.in prin. Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi res pro qua pronunciatum est, diuisionem non recipiat.boc enim casu, uno ex pluribus agente, etiam ceteris præiudicatur.quæ duplicatio approbatur exemplo libertatis d.l.29.bis uerbis:* Iudicatæ quidem rei præscriptio cohæredi, qui non lirigauir, obstare non potelt: nec in seruitutem uidetur peti post rẽpto libertare iudicaram nondum ex caussa fideicommissi manumissua. Sed Prætoria oportet in ea re senientiam seruari, quam pro patte uicti ptæstare non potest. nam & cum alrerum ex cohęredibus inofficiosi quæstio tenuit, aut etiam duobus separatim agontibua, alter obtinuir, liberrates cõpetere placuit: ita tamen, ut officio iudicia indemnitari uictoria, futuriq; manumissoris consularur. *Huius duplicationis triplicatio est, quòd quamuis in ipsa re pro qua pronunciatũ est, alijs quoq; præiudicetur: tamen quoad partem pretij rei petitæ, quod diuisionem recipit, non præiudicetur. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Ita tamen, ut officio iudicis, &c. *Altera duplicatio uidetur: Nisi unus hæredum litem quam defunctus inchoauit, prosequatur. Sed hæc duplicatio reprobatur l.31.ff.de iudicijs, bis uerbis:* Si peritor plurea hætedes reliquerit, unusq; eotum iudicio egerit: non est uerum, rorã rem quæ in priore iudicio fuit, deductam esse. Nec enim quisquam alienam actionẽ in iudicium, inuiro cohærede, perducere potest. *Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi cum antea procurator, tutor uel curator egisset, postea dominus ipse agat. Hæc exceptio approbatur l.11.§.hoc iure.ff.de except.rei iudicatæ, bis uerbis:* Hoc iure urimur, ut ex parte actoris in exceptione rei iudicatæ hæ personæ contineantur, quæ rem in iudicium deducunt. Inter hoa erunt procurator cui mãdatum est, tutor, curator furiosi, uel pupilli, actor municipum. Ex persona autem rei etiam defensor numerabitur: quia aduersus defensorem agit, qui litem in iudicium deducit. *Concordat l.4.ff.eod.tt.bis uerbis:* Rei iudicatę exceptio racitè continere uidetur omnes personaa, quæ rem in iudicium deducere solent. *Item concordat l.21.ff.de administr.tutor. cuius uerba uide š lib.18.cap.3.officio 5. reg.10.in prin. Tertia exceptio est: Nisi cum posteriori actori actio primùm competierit, is sequentẽ prius agere passus sit.boc enim casu ei postea agenti exceptio obstabit.quæ exceptio approbatur, simul et distinguitur l.43.ff de re iudicata, bis uerbis:* Sæpe constiturum est, res inter alioa iudicatsa alijs non præiudicare. quod tamen quandam distinctionem habet. Nam sententia inter alios dicta, aliâs quibusdã etiam sciẽtibus non obest: quibusdam uerò, eriamsi contra ipsos iudicatum sir, nihil nocet. Nã sciẽtibus nihil præiudicat: ueluti si ex duobua hæredibua debitoria alter condemnatus. Nam alteri integra defensio est, etiam si cum hærede suo agi scierit. Item si ex duobus petitoribua alter uictua adquieuerit, alteriua petitioni non præindicatur: idq; ita rescriptũ est. Sed scientibua sententia quæ inter alioa dicta est, obest: cum quia de ea re, cuiua actio uel defensio primùm sibi cõpetit, sequentem agere patiatur: ueluti si creditorem experiri debitor passus sit de proprietate pignoris, aut maritua socerum uel uxorem de proprietate rei in dotẽ acceptæ, aut possessor uendirorẽ de proprietate rei emptæ. Et hæc ita ex multia constitutionibus intelligenda sunt. Cur antem hia quidem scientia noceat, superioribua non noceat, illa ratio est: quòd qui scit cohęredem suum agere, prohibere eum, quo minua uti uelit propria actione, nõ potest. Ia uerò qui priorem dominum defendere caussam patitur, ideo propter scientiam præscriptione rei (quamuis inter alios indicatæ) submouetur: quia ex uoluntate eius de iure quod ex persona agentis habuit, iudicatũ est. Nam etsi libertua meus

me

me interueniente seruus uel libertus elterius iudicetur, mihi præiudicatur. Diuersæ caussæ est, si fundum à te Titius petierit, quem ego quoq;, sed non ex persone Titij, ad me pertinere dico. Nam quamuis coutre Titium me sciente iudicatum sit: nullum tamen præiudicium perior, quie neq; ex eo iure, quo Titius uictus est, uindico: neq; potui Titio interdicere, quo minus suo iure utetur, sicuti de cohærede suprà diximus. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi posterior actor priorem agere ignorauit. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Ideo propter scientiam præscriptione rei iudicatæ submouetur. *Altera replicatio est: Nisi posterior actor priorem agentem prohibere non potuit. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.63. iam propositis hisce:* Cur enim his quidem scientia noceat, superioribus non noceat, &c. *item hisce:* Diuersæ caussæ est, si fundum à te, &c. *Quarta exceptio est: Nisi cum antea auctor egisset, nunc successor agat uel uniuersalis uel singularis. Hæc exceptio approbatur l.28.ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Exceptio rei iudicatæ nocebit ei, qui in dominium successit eius qui in iudicio expertus est. *Concordat l.9.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide 3.reg. prox.except.2. Concordat item l.11.§.si egero.ff.eod. tt. cuius uerba uide d.reg.prox.except.1.in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ex noua caussa, quæ prius iudicium secuta est, agatur. quæ replicatio elicitur ex uerbis d.§.si egero, hisce:* Sed de eo opere, &c. *De hac replicatione uide 3. cap.prox.except.4. Altera replicatio est: Nisi cum debitor antea de re quam pignori dedit, egisset, postea creditor cui pignori res data est, agat. Hæc replicatio approbatur l.29.§.fin.ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Si debitor de dominio rei quam pignori dedit, non admonito creditore caussam egerit, & contrariam sententiam acceperit: creditor in locũ uicti successisse non uidebitur: cum pignoris conuentio sententiam præcesserit. *Concordat l.3.in prin.ff.de pignor.& hypoth. his uerbis:* Si superatus sit debitor qui rem suam uindicabat, quòd suam non probaret: æquè seruanda erit creditori actio Seruiana, probanti rem eo tempore quo pignus contrahebatur, in bonis illius fuisse. Sed & si uictus est debitor uindicans hæreditatem: iudex actionis Seruianæ, neglecta de hæreditate dicta sententia, pignoris caussam inspicere debebit. Atquin aliud in legatis & libertatibus dictum est cum secundum eum qui legitimam hæreditatem uindicabat, sententia dicta est. Sed creditor non bene legatarijs comparetur: cùm legata quidem aliter ualere non possint, quàm si testamentum ratum esse constet. Enimuerò fieri potest, ut & pignus rectè sit acceptum, nec tamen ab eo lis bene instituta. *Concordat item l.5. C.eod.tt. his uerbis:* Præses prouinciæ, uir clarissimus, iure pignoris tui exequentem te audiet: nec tibi oberit sententia aduersus debitorem tuum dicta, si eum collusisse cum aduersario tuo, aut (ut dicis) non caussa cognita, sed præscriptione superatum esse constiterit. *Concordat deniq; l.4.§.quæ constitutio.ff.de appellationib. cuius uerba uide 3. lib.8.cap.1.quæst.3.except.2. Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi debitor uictus, postquam rem petierat, eam pignori obligauerit. Hæc duplicatio approbatur l.11.§.fin.ff.de except.rei iudicatæ, his uerbis:* Si rem quam à te petierat, Titius pignori Seio dederit, deinde Seius pigneraticia aduersus te utatur: distinguendum erit, quando pignori dedit Titius. et siquidem antequam peteret: non oportet ei nocere exceptionem. nam & ille petere debuit, & ego saluam habere debeo pigneratitiam actionem. Sed si posteaquam petijt, pignori dederit: magis est ut noceat exceptio rei iudicatæ. *Huius duplicationis triplicatio uidetur talis: Nisi debitor per iniuriam iudicis uictus sit. Hæc triplicatio reprobatur l.3.§.fin. ff.de pignorib.& hypoth. cuius uerba uide 3.lib.40. cap.3.except.3e. Quinta exceptio est: Nisi cum antea successor egisset, nunc auctor eius agat. Hæc exceptio reprobatur l.9.§.fin.ff.de except.rei iudicatæ. cuius uerba uide 3.reg.prox.except.2. Planè admittitur exceptio proposita, si cum auctor sciret sibi actionem competere, successorem experiri sit passus. quæ distinctio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur 3. except.3. Huic distinctioni concordat l.20.in prin. C. de euictionibus, his uerbis:* Si parentes uestri mancipia uenundederunt, quæstioque dominij mota est emptoribus: adesse ac defendere caussam non prohibemini. Quòd si eis etiam euicta sunt: instauratio litis ex persona uestra, si appellationem non interposuistis, contra ius desideretur. Empti sanè iudicio pro euictione, si conueniri cœperitis, nec uobis ut defenderetis, denunciatum probatur: intelligitis quatenus uosmetipsos tueri debeatis. *Hactenus quibus & aduersus quos exceptio rei iudicatæ competat, dictum est: nũc quid in ea ueniat, dicendum.*

III. *Regula: In alia re quàm de qua in priore iudicio actum est, exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ non obest. quæ regula approbatur l.12. cum duabus legibus sequentibus. ff. de exceptione rei iudicatæ. cuius uerba uide 3. cap. prox.except.4. in prin. Concordat l.5. ibi: rectèq; ita.ff eod.tt. cuius uerba uide 3.cap.proxim.exception.1 in prin. Item concordat l.27. ibi: id ipsum de quo. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. exception. 4. in princip. Huius regulæ exemplum proponitur l.21.in prin.ff d.tt. his*

 uerbis:

uerbis: Si, eùm testamento argentum mibi legatum esset, egerim cum hærede, & postea codicillis proleris uestem quoq; mihi legetem esse appareet: non est deducte in superius iudicium uestis caosse: quie oec litigatores nec iudex de elio, quèm de argeuto, actum intelligant. Alterum exemplum proponitur l.20.ff. eod.tt. bis uerbis: Si ex testamento actum sit cum hærede ab eo qui, cum totum argentum ei legatum erat, mensas duntaxat sibi legatas puteret, eerumq; duntaxet æstimationem in iudicio fecisset: postee eundem petiturum de argento quoq; legeto. Trebatius eit: nec obstaturam ei exceptionem, quoniam non sit petitū, quod oec actor petere putesset, nec iudex io iudicio sensisset. Tertium exemplum proponitur l.21.ff. eod.tt. bis uerbis: Si in iudicio actum sit, usuræque solæ petitæ sint, non est uerendum, ne noceat rei iudicatæ exceptio circa sortis petitionem: quia ea oon competit, oec opposite oocet. Eedem erunt, etsi quis ex bonæ fidei iudicio uelit usuras tantùm persequi. Nam nihilominus usuræ ceduot futuri temporis. quamdiu enim manet contractus bonæ fidei, current usuræ. Quartum exemplum proponitur l.2.C.de iudicijs, hisce uerbis: Licet iudice accepto cum tutore tuo egisti: ipso iure actio tutelæ sublata non est. Et ideo si rursus eundem iudicem petieris: contre utilem exceptionem rei iudicatæ, si de specie de qua agis, in iudicio priore tractatum non esse alleges, non inutiliter replicatione doli mali uteris. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum antea totum petitum esset, nunc pars eius petatur. hoc enim casu nihilominus obstat exceptio rei iudicatæ, quamuis aliud peti uideatur. quę exceptio approbatur l.7. in prin ff. de except. rei iudicatæ. bis uerbis: Si quis, cum totum petijsset, partem petat: exceptio rei iudicetæ nocet. nam pars in toto est. Eadem enim res accipitur, etsi pars petetur eius quod totum petitum est: oec iotereſt, utrum in curpore hoc quæratur, en in quantitate, uel io iure. Proinde si quis fundum petierit, deinde partem petat, uel pro diuiso uel pro indiuiso: dicendum erit exceptionem obstare. Proinde etsi proponas mihi, certum locum me petere ex eo fundo quem petij: obstabit exceptio. Idem erit probandum, etsi duo corpore fuerunt petite, mox altet utrum corpus petatur: nem oocebit exceptio. Idem si quis fundum petierit, mox arbores excisas ex eo fundo petet: aut insulam petierit, deinde eream, oel tigna, uel lapides petat. Idem si neuem petiero, postea singules tabulas uendicem. Hisce uerbis exceptio proposita approbatur, simul & quinq; exemplis declaratur. Primum exemplum proponitur bis uerbis: Proinde si quie fundum petierit, deinde partem petat. &c. Alterum exemplum proponitur hisce uerbis: Idem erit probandum, etsi duo corpore, &c. Cui concordat l.21.§.si Stichum.ff. eod.tt. bis uerbis: Si Stichum & Pamphilum tuos esse petieris, & absoluto aduersario Stichum tuum esse peteres ab eodem: exceptionem tibi obstare constat. Tertium exemplum proponitur bis uerbis: Idem si qois fuodum petierit, mox arbores excises ex eo fuodo petat. Quartum exemplum proponitur ibidem bis uerbis: Aut insulam petierit, deinde ereā, uel tigne, oel lapides petat. Concordat l.si unus.27.§.antepenult.ff. de pactis. cuius uerba uide 3. lib. 37. cap. 8. except. 5. Planè corrigitur hoc exemplum d.l.7.§.in bis igitur, bis uerbis: In his ferè omnibus exceptio nocet: sed in cæmentis & tignis diuersum est. Nem is qui insulam petit, si cæmenta oel tigna, uel quid aliod suum petet: in ee conditione est, ut uideatur eliud petere. Etenim cuius insula est, noo utique & cæmenta sunt. denique ee qoæ iuncte sunt ædibus alienis, separata dominus uindicare potest. Sed hæc replicationis loco notabuntur 3. replicat. 2. Quintum propositæ exceptionis exemplum proponitur uerbis d.l.7. §. propositis hisce: Idem si nauem petiero, postea singules tabolas uendicem. Sextum exemplum proponitur d.l.7.§.fin. bis uerbis: Si hæreditatem petita singulas res petat, uel singulis rebus petitis hæreditatem petat: exceptione submouebitur. Idem erit probandum, etsi quis debitum petierit à debitore hæreditario, deinde hæreditatem petat: uel contrà, si antè hæreditetem petierit, & postee debitum petat. nam & hic obstabit exceptio. Nam cum hæreditetem peto: & corpora & actiooes omnes quæ in hæreditate sunt, uideotur in petitiooem deduci. Concordat l.3. in fine.ff. eod.tt. cuius uerba uide 3. exception. proxim. in prin. Item concordat d.§. antepenult. ff. de pactis. Septimum exemplum proponitur l.26.§. fin.ff. de exception. rei iudicatæ, bis uerbis: Si fundo petito, postea insula quę è regione eius in flumine orte erit, petatur: exceptio obstatura est. Octauum exemplum proponitur l.21.§.si fundum.ff.eod.tt. bis uerbis: Si fundum meum esse petiero, deinde postea usumfructum eiusdem fuodi petā: qoie ex ille ceussa, ex que fundus meus erat, meus est: exceptio mihi obstabit. quia qui fuodum habet, usumfructum suum uindicere non potest. Nonum exemplum proponitur l.30. in prin. ff. d.tt. cuius uerba uide 3. cap. prox. except. 4. repl. 1. Decimum exemplum proponitur

proponitur

*proponitur d.l.21.§.si petiero. his uerbis:* Si petiero gregem, deinde speciale corpus ex grege petam: si tunc adfuit in eo grege, puto obstaturam exceptionem. *Hactenus propositæ exceptionis exempla sunt enumerata.* *Planè eius replicatio prima hæc est: Nisi pars quæ petitur, post petitionem totius accesserit. quæ replicatio elicitur ex uerbis d. §. si petiero, iam propositis hisce:* Si tunc adfuit in eo grege, &c. *Ergo si non adfuit, sed postea accessit, exceptio non obstabit. Cui concordat l.23.ff.de iudicijs, hisce uerbis:* Non potest uideri in iudicium uenisse id quod post iudicium acceptum accidit: ideoque alia interpellatione opus est. *Huius exemplum proponitur l.7.§.si ancillam.ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Si ancillam prægnantem petiero, & post litem contestatam conceperit & pepererit, mox partum eius petam: utrum idem petere uidear, an aliud, magnæ quæstionis est. De fructibus eadem quæstio est; & de partu: hæc enim nondum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt, quæ petita est: magisque est, ut ista exceptio petitori non noceat. Planè si in restitutionem uel fructus, uel etiam partus uenerunt, æstimatiq; sunt: consequens erit dicere, exceptionem objiciendam. *Aliud exemplum proponitur l.14.§.qui cum.ff. eod. tt. his uerbis:* Qui cum partem ususfructus haberet, totum: si postea partem adcrescen tem petat, non submouebitur exceptione: quia ususfructus non portioni, sed homini adcrescit. *Concordat l.si Titio.33.§.usumfructum.ff.de usufructu & quemad. his uerbis:* Vsumfructum in quibusdam casibus non proprietatis effectum obtinere conuenit. Vnde si fructus uel fundi portio petatur, & absolutione secuta, postea pars altera, quæ adcreuit, uindicetur: in lite quidem proprietatis, rei iudicatæ exceptionem obstare: in fructus uerò non obstare, scribit Iulianus: quoniam portio fundi (uelut alluuio) portioni personæ usuafructus adcresceret. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cùm insula petita esset, postea cæmenta, tigna, uel aliquid aliud eiusmodi petatur. Hæc replicatio approbatur d.l.7.§.in his igitur. cuius uerba cum contradicentibus uide §. ead. except. exemplo 4. Hæc de prima exceptione.* *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum antea pars petita esset, nunc totum petatur. Hæc exceptio approbatur l.3.in fine.ff.de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Si singulis rebus petitis hæreditatem petat, uel contrà: exceptione submouebitur. *Concordat l.7.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide §. exception. proxim. exemplo 6.* *Huius etiam exempla proponitur l.26. in prin. ff. eod.tt. his uerbis:* Egi tecum ius mihi esse ædes meas usque ad decem pedes altius tollere, postea ago ius esse mihi usque ad uiginti pedes altius tollere: exceptio rei iudicatæ obstabit proculdubio. Sed etsi rursus ita agam, ius mihi esse altius ad alios decem pedes tollere, obstabit exceptio: cum aliter superior pars iure haberi non possit, quàm si inferior quoq; iure habeatur. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cum antea iter esset petitum, nunc actus petatur. hoc enim casu, quamuis actus iter in se contineat, tamen propositæ exceptioni locus non est. quæ replicatio approbatur l.11. §. si quis iter. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis:* Si quis iter petierit, deinde actum petat: puto fortius defendendum, aliud uideri tunc petitum, aliud nunc: atq; ideo exceptionem rei iudicatæ cessare. *Altera replicatio est: Nisi reus in iudicio partis sit condemnatus. hoc enim casu postea petenti totum exceptionem rei iudicatæ non obijciet. quæ replicatio approbatur exemplo l.20. ff. de exception. rei iudicatæ. cuius uerba uide §. ead. reg. in prin. Huius autem replicationis ratio proponitur §. cap. proxim. exception. 8.* *Tertiæ replicationis loco notandum, quia per petitionem partis futurum est præiudicium petitioni totius: reum conuentum, antequam sententia feratur, exceptione Quòd præiudicium rei non fiat, defendi. de qua re dictum §. lib.7. cap.8. quæst.1. reg.3.* *Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi qualitas uel quantitas rei petitæ alia sit, substantia eadem. hoc enim casu nihilominus exceptio rei iudicatæ obstabit. quæ exceptio approbatur l.14. in prin. ff. de exception. rei iudicatæ, his uerbis:* Idem corpus in hac exceptione, non utiq; omni pristina qualitate uel quantitate seruata, nulla adiectione deminutioneue facta, sed pinguius pro communi utilitate accipitur. *Ait Iurisconsultus:* Idem corpus. *De quo dixerat l. 12. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. cap. proxim. exception. 4. in princip.* *Huius exceptionis exemplum proponitur l.21. §. si petiero. ff. eod. tt. his uerbis:* Si petiero gregem, & uel aucto uel deminuto numero gregis, iterum eundem gregem petam: obstabit mihi exceptio. *Quarta exceptio est: Nisi cum quid sub pœna deberetur, alterum sit petitum. hoc est, uel pœna, uel res sub pœna promissa. hoc enim casu alterum petenti obstabit exceptio rei iudicatæ. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur §. lib.38. cap.11. specie 2. reg.1. except.2. Hactenus de exceptione rei iudicatæ & in iudicium deductæ.*

## *DE CONFVSIONE OBLIGATIONUM. Cap. XVIII.*

*Est insuper liberationis caussa, obligationum confusio. Quod approbatur l.75.ff.de solutionibus, his uerbis:* Sicut acceptilatio in eum diem præcedentes perimit actiones: ita & confusio. Nam si debitor hæres creditori

ditori extiterit: confusio hæreditatis perimit petitoris actionem. *Est autem hoc loco confusio, cum in eandem personam ius creditoris & debitoris deuenit. quæ liberationis species ciuilis dicitur l.107.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ĩ. cap.5. quæst.2. diuis. 1. Sanè confusionis species octo potißimum numerantur, quæ cum suis exceptionib. in regulis sequentibus proponentur.*

I. Regula: *Prima igitur species est, si debitor creditori hæres extiterit. hoc enim casu tollitur obligatio. quæ regula approbatur uerbis d.l.75.iam propositis hisce:* Si debitor hæres creditori extiterit: confusio hæreditatis perimit petitoris actionem. *Concordat l.95.§.aditio.ff.d.tt. de solutionibus, his uerbis:* Aditio hæreditatis nonnunquam iure confundit obligationem: ueluti si creditor debitoris, uel contrà debitor creditoris adierit hæreditatem. Aliquando pro solutione cedit; si fortè creditor, qui pupillo sine tutoris authoritate numos crediderat, hæres ei extiterit. non enim quanto locupletior factus pupillus est, consequetur: sed in solidum creditum suum ex hæreditate retinet. Aliquando euenit, ut inanis obligatio aditione hæreditatis confirmetur. Nam si hæres qui restituit ex Trebelliano hæreditatem, fideicommissario hæres extitit: uel mulier quæ pro Titio intercesserat, eidem hæres extitit: incipit obligatio ciuilis propter hæreditatem eius qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere. Etenim incond itum est, subuenire sexui mulieris quæ suo nomine periclitetur. *Concordat item propositæ regulæ l.21. §. quòd si stipulator.ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Quòd si stipulator reum hæredem instituit: omnimodo fideiussoris obligationem perimit, siue ciuilis, siue tantùm naturalis in reum fuisset: quandoquidem nemo potest apud eundem pro seipso obligatus esse. *Concordat item l.34. §. quidam.ff.de solutionibus, his uerbis:* Quidam filiumfamiliàs, à quo fideiussorem acceperat, hæredem instituerat: quæsitum est, si iussu patris adijsset hæreditatem, an pater cum fideiussore agere posset? Iulianus. Dixi, quoties reus satisdandi, reo accipiendi hæres extitit: fideiussores ideo liberari, quia pro eodem apud eundem debere non possent. *Concordat deniq; l.3. C. de fideicommißis, his uerbis:* Cum secundum uoluntatem defunctæ Chrysidem puellam ab hæredibus manumissam, eamque priusquam ei restitueretur hæreditas, intestatò uita functam proponas: ad manumissores eius successio pertinet: qui si adierint eius hæreditatem, confusis actionibus fideicommisso sunt liberati. *Hactenus leges quibus regula proposita approbatur. Planè eius regulæ eædem sunt exceptiones, quæ sunt regulæ inferioris proximæ.*

II. Regula: *Si creditor debitori hæres extiterit: itidem confunditur obligatio, & extinguitur actio. quæ regula approbatur uerbis d.§.aditio, paulo superius propositis. Concordat l.7.in prin.C.de pactis. cuius uerba uide ĩ. except. 7. Item concordat l.5.C. de hæred. actionib. cuius uerba uide ĩ. lib.7.cap.8. quæst.1. reg. 3. Planè propositæ regulæ exceptiones hæ sunt. Prima exceptio est: Nisi hæreditas à creditore non sit adita. quæ exceptio plusquam manifesta est, eiusq; exemplum proponitur l.ult.§.filium.ff. de leg. 2. his uerbis:* Filium & filiam hæredes instituit, & libertis legata dedit, eorumq; fidei commisit in hæc uerba: A' uobis peto, ut quidquid uobis legaui, eò contenti sitis uiuentes, ut post uos filijs meis restituatis. Defuncta testatricis filia, Mæuius libertus decessit, hærede instituto patronæ filio ex parte debita, ex altera extraneo. Quæsitum est, an adita hæreditate patronæ filius à cohærede suo partem eorum, quæ ex testamento matris ad Mæuium libertum peruenerant, petere posset? Scæuola. Respondi, eius quod ei deberetur, si hæreditatem non adijsset, partem à cohærede petere posse. *Concordat item l.filiam.17.ff.de auro, argento & mundo legato. cuius uerba uide ẽ.lib.32.cap.4.except.56.repl.2. Item concordat l.79.§.cum pater, in fine.ff. de leg.2. cuius uerba uide ĩ.lib.32.cap.9. caussa 42. except.1. exemplo 1. Altera exceptio est: Nisi creditor hæres ad uersus aditionẽ hæreditatis in integrũ sit restitutus. Hæc exceptio approbatur l.86.§.fin.ff.de adquir.hæred. his uerbis:* Pupillis, quos placuit oneribus hæreditarijs esse liberãdos, cõfusas actiões restitui oportet. *Tertia exceptio est: Nisi creditor hæres alij hæreditatem restituere fuerit coactus. quæ exceptio approbatur l.95.§.si creditor.ff.de solutionib. cuius uerba uide ẽ.lib.45.cap.1.quæst.2. except. 61. Concordat l.22.§.fin.ff.de inoff.testam. cuius uerba uide ĩ.lib.31.cap.6. quæstion.8. reg.5. Item concordat l.22.in fine.C.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. lib.31. cap.4.quæst.2.in prin. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi creditori tanquam indigno hæreditas sit adempta: hoc enim casu proposita exceptione non adiuuatur. quæ replicatio approbatur l.8.ff.de his quæ ut indignis, his uerbis:* Indigno hærede pronunciato adempta hæreditate, confusas actiones restitui non oportet. *Concordat l.17. ff. eod.tt. cuius uerba uide ĩ. lib.32. cap.ult.quæst.2.reg.1. Item concordat l.18.§.bonis, in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide alibi. Item concordat l.29.§. fin.ff. de iure fisci. cuius uerba uide ĩ.lib.32. cap.15. reg. 14. Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi creditor ignorans quid admisit, ob quod hæreditate sit priuandus. Hæc duplicatio approbatur*

probatur

*probatur d.l. 17 in fine. Concordat l.21.§. neptis,in fine.ff.de S.C.Siloniano, his uerbis:* Neptis quæ possesionem auiæ,&c. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ex fideicommisso creditor alij hæreditatem restituit.quæ replicatio approbatur l.58.in prin.ff.ad S.C. Trebellianum, his uerbis:* Actio confusa ex Trebelliano redintegrari non potest. *Concordat l.80.ff. eod.tit. cuius uerba uide ī. lib.38. cap.7. reg.21. exception.1. Tertia replicatio est:Nisi dolo uel culpa creditoris aliquid ex hæreditate sit deminutum:pro ea enim parte actio ei non restituitur. quæ replicatio approbatur exemplo l. debitor. 12. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide ī. lib.44. cap.6. quæst.1. except.general.5. replicat.3. Quarta propositæ regulæ exceptio est:Nisi hæreditas soluendo non sit. quæ exceptio approbatur l.22.§.si uerò & ipse.C.de iure deliberandi. cuius uerba uide ī. lib. 30. cap.1. quæst.6. Huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor omisso inuentario hæreditatem adierit. Hæc replicatio approbatur d. l.22. §. sin uerò postquam adierint.cuius uerba uide d.quæst.6. Quinta exceptio est:Nisi hæreditas ultra dodrantem legatis sit exhausta. hoc enim casu creditor debitum suum ex legatis potest deducere. quæ exceptio approbatur l. 6. in prin.C.ad l. Falcidiam.cuius uerba uide ī.lib.34.cap.2.quæst.3.reg.4.except.4. Sexta exceptio est:Nisi pro parte tantùm creditor debitori hæres extiterit. hoc enim casu pro reliqua parte, pro qua cohæredem habet, debitum petere non prohibetur. quæ exceptio approbatur l.50.ff.de fideiussoribus,his uerbis:* Debitori creditor pro parte hæres extitit,accepto cohærede fideiussore:quod ad ipsius quidem portioné attinet,obligatio ratione confusionis intercidit,aut(quod est uerius)solutionis potestate.Sed pro parte cohæredis obligatio salua est,non fideiussoria, sed hæreditaria: quoniam maior tollit minorem. *Concordat l.1. C.de hæred. actionib.his uerbis:* Pecuniam quam tibi à matre debitá fuisse dicis, ab hæredib.eius,cohæredibus tuis,pro parte sibi competente petere debes.Sed & res, si quæ ob idem debitum obligatæ sunt, persequi non prohiberis. *Concordat item l.4.C.eod.tit.his uerbis:* Si adulta, cuius curam geris, pro triente patruo suo (quem etiam tutelam eius administrasse proponis) hæres extitit, nec ab eo quidquam exigere prohibita est: debitum à cohæredibus eius pro besse petere non prohibetur:cum ultra eam portionem qua succesit, petitio non confundatur. Nam aduersus adultam tuam rescindi postulas testamentum: siquidem cohæredes eius adeuntes hæreditatem se etiam obligant.at si non soluendo constituti probentur: postulata separatio nullum ei damnum fieri patietur. *Concordat item l. 7. C. de bonis iud.auth.posidend.his uerbis:* Si uxor tua patruo suo hæres pro triente extitit, nec ab eo quidquam exigere prohibita est:debitum à cohæredibus pro besse petere non prohibetur: cum ultra eam quantitatem, qua succesit, actio non confundatur. Sin autem cohæredes soluendo non sint, separatione postulata nullum ei damnum fieri patietur. *Concordat item l.14.C.ad l. Falcidiam. cuius uerba uide ī. lib. 33. cap.2. quæstion.5. regul.4.exception.4.Concordat item l.135. §. ea lege.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide ī.lib.38.cap.6. in prin. Concordat item l. Lucius. 120.in prin.ff. de leg.1.his uerbis:* Lucius Titius cum duos filios hæredes relinqueret, testamento ità cauit: Quisquis mihi liberorum meorum hæres erit, eius fidei committo, ut si quis ex his sine liberis decedat,hęreditatis meę bessem,cum morietur, fratribus suis restituat. Frater decedens fratrem suum ex dodrante fecit hæredem:quæro,an fideicommisso satisfecerit? Marcellus respondit, id quod ex testamento Lucij Titij fratri testator debuisset, pro ea parte qua alius hæres extitisset, peti posse: nisi diuersum sensisse eum probaretur.nam parum inter hác speciem interest,& cum aliâs creditor debitori suo hæres extiterit. Sed planè audiendus erit cohæres,si probare posit ea mente testatorem hæredem instituisse fratrem suum,ut contentus institutione fideicommisso abstinere deberet. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi testator debitum ab hærede exigi noluit. quæ replicatio approbatur uerbis d.l. 120. iam propositis hisce:* Nisi diuersum sensisse eum probaretur, &c. *Concordat l.6.C.de hæred.actionib. uerbis paulo superius propositis hisce:* Nec ab eo quidquam exigere prohibita est. *Concordat ijsdem uerbis l.7.C.de bonis iud.author.posid. paulo superius propositis. Altera replicatio est: Nisi compensandi debiti animo creditor à debitore institutus sit hæres. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l.120. ī. propositis hisce:* Sed planè audiendus erit cohæres, si probare posit ea mente testatorem hæredem instituisse fratrem suum, ut contentus institutione fideicommisso abstinere deberet. *Concordat l.6.C.de hæred.instituen.hisce uerbis:* Si compensandi debiti gratia uxor maritum fecit hæredem:desiderio tuo,præter portionem hæreditatis debitum quoque restitui postulantis, non tantùm iuris seueritas, uerùm etiam defunctæ uoluntas refragatur. *Septima propositæ regulæ exceptio est: Nisi creditor hæres possessori hoc pacto hæreditatem resscrit, ut sibi debitum soluatur. Hæc exceptio approbatur l. 7.C. de pactis, hisce uerbis:* Debitori tuo si hæres extitisti:actio quam contra eum habuisti, adita hæreditate confusa est. Sed si

aam hæreditatem, postesqnam in iudicio obtinuisti, tradidisti ei quem sententia superaueras, ea conditione pactoq́;, ut tam cæteris creditoribus, quàm tibi in eo quod tibi debetur, si eam bæreditatem non adijsses, satisfaceret: pacti conuentionisque fides seruanda est. quæ si non seruatur, ex stipulatu (si modò pacto subiecta est) dabitur actio, uel præscriptis uerbis, si stipulatio non interuenit. *Octaua exceptio est: Nisi cum duo essent rei promittendi, creditor alteri tantùm hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur l.72.in prin.ff.de fideiussoribus, his uerbis:* Vranius Antoninus pro Iulio Pollione & Iulio Rufo, pecuniam mutuam accipientibus, ita ut duo rei eiusdem debiti essent, apud Aurelium Palinam mandator extitit. Iulij bona ad fiscum deuenerunt, similiter & creditori fiscus successerat, & mandator allegabat se liberatum iure confusionis: quia fiscus tam creditori quàm debitori successerat. Et quidem si unus debitor fuisset: non dubitabam, sicut fideiussorem, ita & mandatorem liberatum esse. Quamuis enim iudicio conuento principali debitore mandator non liberetur: tamen ubi successit creditor debitori, uelut solutionis iure sublata obligatione, etiam mandator liberatur, uel quia non potest pro eodem apud eundem quia mandator esse. Sed cum duo rei promittendi sint, & alteri extiterit hæres creditor: iusta dubitatio est, utrum alter quoque liberatus sit, ac si fuisset soluta pecunia: an persona tantùm exempta, confusa obligatione? Paulus. Et puto aditione hæreditatis confusione obligationis eximi personam, sed & accessiones ex eius persona liberari propter illam rationem: quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse, ut quemadmodum incipere alias non possunt, ita nec remaneant. Igitur alterum reum eiusdem pecuniæ non liberari, & per hoc nec fideiussorem uel mandatorem eius. Planè quia is mandati iudicio eligere potest uel creditorem: competituram ei exceptionem doli mali, si cœperit conueniri. Cum altero autem reo uel in solidum, si non fuerit societas: uel in partem, si socij fuerunt, posse creditorem agere. *Nona exceptio uidetur, Quòd fideiussori uel mandatori debitoris ex regula proposita exceptio non sit danda. Verùm hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Vbi successit creditor debitori, uelut solutionis iure sublata obligatione, etiam mandator liberatur, uel quia non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. *Item hisce:* Sed & accessiones ex eius persona liberari propter illam rationem: quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse, &c. *Concordat l.39.§. Titio.ff.de fideiussoribus, his uerbis:* A' Titio, qui mihi ex testamento sub conditione decem debuit, fideiussorem accepi, & ei hæres extiti, deinde conditio legati extitit: quæro, an fideiussor mihi teneatur? Marcellus respondit: Si ei à quo tibi erat sub conditione legatum, cum ab eo fideiussorem accepisses, hæres extiteris, non poteris habere fideiussorem obligatum: quia nec reus est pro quo debeat, sed nec res ulla est quæ possit deberi. *Concordat itē l.2.C.de solutionib.his uerbis:* Liberari fideiussores, quoties fiscus tam creditori quàm debitori (licet diuersis rationibus) succedit, ius certū est. quod & in tua persona procuratores mei custodient. *Planè admittitur exceptio proposita primàm quidem, si cum duo rei essent promittendi, creditor alteri tantùm hæres extiterit. hoc enim casu nec alter reus promittendi, nec eius fideiussor liberatur. quæ distinctio approbatur l.72.§.igitur alterū.ff. de fideiussorib.cuius uerba uide s̄.except.prox. Huius distinctionis replicatio hæc est: Nisi idem pro utroq; reo fideiusserit. hoc enim casu, quamuis alter reus promittendi non liberetur, liberatur tamen fideiussor. quæ replicatio approbatur uerbis d.l. 72. s̄. exception. proxim. propositis hisce:* Planè quia is mandati iudicio eligere potest, &c. *Deinde admittitur exceptio proposita, si hæreditas debitoris non sit soluendo, & fideiussores in reliquum non exolutæ quantitatis accesserint. quæ distinctio approbatur l.45.§.si principalis. ff. de iure fisci, his uerbis:* Si principalis rei bona ad fiscum deuoluta sunt, fideiussores liberantur: nisi fortè minus idonei sint, & in reliquum non exolutæ quantitatis accesserint. *Concordat l.68.§.1.ff.de fideiussorib. cuius uerba uide s̄. lib.45.cap.1.quæst.5.reg.1.except.1.*

III. Regula: *Si creditor fideiussori hæres extiterit, uel contrà fideiussor creditori: sola fideiussoria obligatio tollitur, non principalis. quæ regula approbatur l.72.§.quòd si creditor.ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Quòd si creditor fideiussori hæres fuerit, uel fideiussor creditori: puto conuenire, confusione obligationis reum non liberari. *Concordat l.21.§.quod si stipulator. ibi: quod si idem.ff.eod.tt. his uerbis:* Si stipulator fideiussorem hæredem scripserit: proculdubio solam fideiussoris obligationem perimit. *Concordat item l.43.in fine.ff.de solutionib.cuius uerba uide s̄.cap.5. quæst.4.reg.1.*

IIII. Regula: *Si debitor fideiussori hæres extiterit, fideiussoria obligatio extinguitur. quæ regula approbatur, simul & distinguitur s̄. lib.45.cap.1. quæst.4.reg.1.except.1.*

V. *Regula: Si fideiussor debitori hæres extiterit: confunditur obligatio fideiussoris, non principalis. Quæ regula approbatur l.5. ff. de fideiussoribus, his uerbis:* Genereliter Iulianus ait, eum qui hęres extitit ei pro quo interuenerat, liberari ex causa accessionis, & solummodo quasi hæredē rei teneti. Deniq; scripsit, si fideiussor hęres extiterit ei ꝑ quo fideiussit, quasi reū esse obligetū, & causa fideiussionis liberati eum. Verùm reo reū succedentē, ex duabus causis esse obligatom. nec enim potest repetiri, quę obligetio quā perimat. At in fideiussore & reo repetitur: quia rei obligetio pleniot est. Nam ubi elique differentia est obligationū, potest cōstitui elterem per elterē perimi. Cū uerò duæ eiusdē sunt potestatis: nō potest reperiri, cur altere potius quàm altera cōsumatur. Refert autem hęc ad speciē, in qua uult ostēdete, nō esse nouū, ut duæ obligationes in unius persona concurrant. Est autem species talis: Si reus promittendi hæres extiterit reo promittendi, duas obligetiones sustinet. item: Si reus stipulandi extiterit hæres reo stipulandi, duas species obligetionis sustinebit. Planè si ex altere earum egerit, utranq; cōsumit: uidelicet quia nature obligationum duarum quas habet, ea esset, ut cùm altere earum in iudicium deduceretur, altere consumeretur. *Concordat l.93. §. fin. ff. de solut. cuius uerba uide ℑ. reg. 7. Item concordat l.13. ibi: nam ubi. ff. de duabus reis constit. cuius uerba uide ŝ. lib. 38. cap. 3 reg. 5. Item cōcordat l.24. C. de fideiussorib. cuius uerba uide ŝ. lib. 45. cap. 1. quæst. 4. reg. 1. except. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi fideiussor exceptione aliqua tutus fuit. Hæc exceptio apꝑbatur exēplo l.95. §. aliquādo euenit. ff. de solutionib. cuius uerba uide ŝ. reg. 1. Altera exceptio est: Nisi debitor principalis, cui fideiussor successit, naturaliter tantùm tenebatur. Hæc exceptio approbatur l.21. §. quod si hic, in fine. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide d. quæst. 4. reg. 1. exceptione 3. Concordat l. 95. §. quod uelgò. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ℑ. exceptione prox. Tertia exceptio uidetur: Nisi debitor principalis exceptione aliqua personali tutus fuit. Hæc exceptio reprobatur d. §. quod uulgò, his uerbis:* Quod uulgò iactatur, fideiussorem qui debitori hæres extiterit, ex caussa fideiussionis liberari: toties uerum est, quoties pleniot rei promittendi obligatio inuenitur. Nam si reus duntaxat fuit obligatus: fideiussor liberabitur. Et è contrario non potest dici, non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personelem habuit defensionē: Nam si minori uiginti quinque annis bona fide pecuniam credidit, isque numos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum restitutionis decessit hærede fideiussore: difficile est dicere, caussam iuris honorerij, quæ potuit auxilio minori esse, retinere fideiussorie obligetionem, quæ principelis fuit, & cui fideiussor is accessit sine contemplatione iuris prætorij. Auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adolescenti hæres extitit, intra constitutum tempus saluum erit. *Quarta exceptio est: Nisi cum pro duobus reis promittendi fideiussisset, alteri tantùm hæres extiterit: tunc enim pro altero reo nihilominus manet obligatus. Quæ exceptio approbatur l.21. §. penult. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide ŝ libro 45. capite 1. quæst. 2. except. 9.*

V I. *Regula: Si alter reorum stipulandi alteri hæres extiterit: non confunditur obligatio. Quæ regula approbatur l.93. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si duo rei sint stipulendi, & alter alterum hęredem scripserit: uidendum an confundetur obligatio? Et placet, non confundi. quod bonum est dicere. Quòd si intendet deri sibi oportere: uel ideo dari oportet, quòd ipsi hæres extitit: uel ideo, quòd ꝓprio nomine ei deberetur. Atquin magna est huius rei differentia. Nam si elter ex reis pecti conuenti temporali exceptione submoueri poterit: intererit is qui hæres extitit, utrum'ne suo nomine, an hæreditario experiatur: ut ita possit animaduertere, an exceptioni locus sit, nec'ne. *Concordat l.13. in fine. ff. de duobus reis constit. cuius uerba uide ŝ. lib. 38 capite 3. reg. 5. Item concordat l.5. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide ŝ. reg. prox.*

V I I. *Regula: Si alter reorum promittendi alteri hæres extiterit: non confunditur obligatio. Quæ regula approbatur d. l.93. §. fin. his uerbis:* Si duo rei sint ꝓmittēdi, & elter alterū hęredē scripserit: nō cōfunditur obligatio. Sed si reue hęredē fideiussorē scripserit: cōfunditur obligetio. Et quasi generale qd retinendū est: ut ubi ei obligetioni, quæ sequelæ obtinet locum, principalis accedit: confusa sit obligatio. quoties uerò duæ sint principales: altera alteri potius adijci ad actionem, quàm confusionem parere uideatur. Quid ergo si fideiussor reum hæredem scripserit? confundetur obligatio secundum Sabini sententiam, licet Proculus dissentiat. *Concordat l.13. ff. de duobus reis constit. cuius uerba uide ŝ. libro 38. capite 3. regula 5. Item concordat l. 5. ibi: uerùm reo. ff. de fideiussoribus. cuius uerba uide ŝ. reg. 5.*

V I I I. *Regula: Si fideiussor confideiussori suo hæres extiterit: nō confunditur obligatio. Quæ regula approbatur l.21. §. non est nouum. ff. de fideiussorib. cuius uerba uide d. cap. 3. reg. 7.*

*Hæc de confusionibus obligationum.*

## DE REI DEBITAE interitu. Cap. XIX.

*Est & hæc liberationis causa, si res debita interijsse dicatur. Quæ causa seu regula approbatur l.13.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Si Stichus certo die dari promissus, ante diem moria tur: non tenetur promissor. *Concordat l.37.ff. d.tt.his uerbis:* Si certos numos, puta q in arca sunt, stipulatus sim, & hi sine culpa promissoris perierint: nihil nobis debetur. *Concordat item l.92.ibi: si autē.ff.de solut.cuius uerba uide s.lib.38.cap.5.exc.34.Item cōcordat l.107. ibi: aut cum res.ff.eod.tt. cuius uerba uide s.cap.5. quæst.2. diuis.1.Item cōcordat l.8.§.quod si pendente.ibi: perimitur enim. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide s.lib.41.cap.2.except.1 Planè huius regulæ exceptiones hæ sunt.*

I.Exceptio: *Nisi dolo malo debitoris res interierit. Hæc exceptio approbatur p ea quæ proponuntur s. lib.16 ca.3.exc.8.in prim. Cuius replicatio prima hæc est: Nisi cōuenerit, ne dolus malus præstetur. Sed hæc replicatio reprobatur per ea quæ proponūtur s.lib. 37.cap.3. except.17.repl.1.dupl.1.*

II.Exceptio: *Nisi culpa debitoris res perierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponūtur d. exc.8. repl.1.* Concordat *l.36.§. qui in rem.ff.de rei uēdicat. his uerbis:* Qui in rem conuenitur, etiam culpæ nomine condēnatur. Culpæ aūt reus est possessor, & qui per insidiosa loca seruū misit, si is perijt: & qui seruū à se petitū in arena esse cōcesait, si is mortuus est. Sed & qui seruū fugitiuū à se petitū non custodit, si is fugit: & qui nauem à se petitā aduerso tēpore nauigatum misit, si ea naufragio perempta est. *Sanè culpæ species hæ sunt. Prima quidem, negligentia. Quæ species approbatur l.226.ff.de uerb.signif.cuius uerba uide s.d.repl.1.dupl.1.tripl.3. Huic cōcordat l.91. in prin.ff de uerb.obligat. cuius uerba uide J.except. prox. Altera species culpæ est: si quis re aliter quàm accepit, utatur. de qua uide s.d. repl.1. dupl.3.tripl.1. item lib.39.cap.5.quæst.1.in prin. & except.3.repl.2. Tertia species est, imperitia. Quæ approbatur l.174. ff. de reg.iuris.cuius uerba cum concordantibus uide d.dupl.3.tripl.2. Quarta species culpæ est, præceptoris nimia sæuitia. de qua d.dupl.3.tripl.3. Quinta culpæ species est, immiscere se rei ad se non pertinenti. de qua uide d.dupl.3.tripl.4. Sexta species est, non intelligere quod omnes intelligunt. Quæ species approbatur l.213.§.fin.et l.223. in prim.ff.de uerb.signif.quarum legum uerba uide d.repl.1.dupl.1.tripl.3. Septima species est: si debitor in mora soluendi fuerit. de qua J.exc.7. Sed & plures species uide J. in exceptionib.proximis.*

III. Exceptio: *Nisi negligētia debitoris res perierit. Hæc exceptio approbatur tum d.l.226.ff.de uerb. signif. tum l.91. in prim. ff. de uerb.obligat.his uerbis:* Si seruū stipulatus fuero, & nulla mora intercedente seruus decesserit: si qdē occidat eū promissor, expeditū est. Si aūt negligat infirmū, an teneri debeat pmissor quærentibus cōsiderandū est, utrū quēadmodū in uindicatione hominis, si neglectus à possessore fuerit, culpę huius nomine tenetur possessor: ita & cum dari promisit, an culpa (quod ad stipulationē attinet) in faciendo accipienda sit, an non faciendo? quod magis probādum est: quia qui dare promisit, ad dandum, non faciendum tenetur.

IIII.Exceptio: *Nisi nauis à debitore nauigatum missa perierit. Hæc exceptio approbatur l.36.in fine. ff.de rei uēdicat.cuius uerba uide s.except. 2.in prin. Huius replicatio hæc est: Nisi tēpore nauigationis eā nauigatū miserit. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l.16.in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Culpa non intelligitur, si nauē petitam tempore congruo nauigationis trans mare misit, licet ea perierit: nisi minus idoneis hominibus eam commiserit.

V.Exceptio: *Nisi debitor seruum debitum, antequā decederet, manumisit. Hæc exceptio reprobatur l. 44.ff.de action.& obligat.cuius uerba uide s. lib.38. cap.5 except.34.repl.2.dupl.1.*

VI. Exceptio: *Nisi facto debitoris res perierit. Hæc exceptio approbatur l.23.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Si ex legati caussa, aut ex stipulatu hominem certum mihi debeas, non aliter post mortem eius teneberis mihi, quàm si per te steterit quo minus uiuo eo eum mihi dares: quod ita fit, si aut interpellatus non dedisti, aut occidisti eum. *Concordat l.91.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s. except.3. Itē cōcordat d.l.91.§.sequitur.ibi: & quidē.cuius uerba uide s.lib.38.cap.6.exc.8.in prin. Cōcordat itē d.l. 91.§.nunc uideamus. cuius uerba uide J.repl.5.dupl. 1. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in facinore, puta adulterio, seruum deprehensum debitor occidit. Hæc replicatio approbatur l.96.ff. d.tt.his uerbis:* Qui seruum mihi ex stipulatu debebat, si in facinore eum deprehenderit, impunè eum occidit, nec utilis actio erit in eum constituenda. *Altera replicatio est: Nisi debitor ignorans se seruum debere, eum occiderit. Hæc replicatio reprobatur d.l.91. §.de illo, his uerbis:* De illo quæritur, an & is q nesciēs se debere occidit, teneatur? quod Iulianus putat in eo, qui cum nesciret à se petitum codicillis, ut restitueret, manumisit. *Tertia replicatio est: Nisi infans uel furiosus debitor id quod debet perdiderit. Hæc replicatio approbatur l. 60. ff. de rei uindicatione, his uerbis:* Quod infans uel furiosus possessor perdidit uel corrupit, impunitum est. *Quarta replicatio est: Nisi cùm facto debitoris res debita interijsset, non debitor, sed fideiussor uel mandator conueniatur: huic enim exceptio proposita non uidetur obstare.*

obstare. *Sed hæc replicatio reprobatur l.91.§. nunc uideamus.ibi: accesſionib. quoq; ſuis.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide ȝ.repl.prox.dupl.1. Cõcordat d.l.91.§.an filiusfamil.his uerbis:* An filiusfamilias qui iuſſu patris promiſerit, occidendo ſeruum producat patris obligationem, uidendum est? Pomponius producere putat, ſcilicet quaſi acceſſionem intelligens eum qui iubeat. *Quinta replicatio est: Niſi non principalis debitor, ſed acceſſio, puta fideiuſſor uel mandator, rem debitã perdiderit. Hæc replicatio approbatur l.88.§.fin.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Si fideiuſſor hominẽ occiderit: reus liberetur, fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt. *Concordat l.19.in fine.ff.de dolo malo.cuius uerba uide ȝ.lib.38.cap.10.reg.3. in prin. Planè hic duplicationis loco notandum, quòd quamuis debitori principali exceptio interitus proſit, ipſi tamẽ fideiuſſori perdenti denegetur. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri poteſt. *Quanquam huic quodammodo contradicere uidetur d.l.19.in fine. Sanè concordat propoſitæ duplicationi l.91.§.nũc uideamus.ff.de uerb.obligat. his uerbis:* Videamus in quibus perſonis hæc cõſtitutio locum habeat? quæ inſpectio duplex eſt: ut primò quæramus, quæ perſonæ efficiant perpetuam obligationem: deinde, quibus eam producant? Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem. Acceſsiones autem an perpetuent, dubium eſt? Pomponio perpetuari placet. Quare enim facto ſuo fideiuſſor ſuam obligationem tollat? Cuius ſententia uera eſt. Itaque perpetuatur obligatio tam in ipſorum, quàm ſucceſſorum ſuorũ perſona. Acceſsionibus quoque ſuis, id eſt fideiuſſoribus perpetuant obligationem: quia in totam cauſſam ſpoponderunt. *Ait iuriſconſultus:* Hæc conſtitutio. *ſcilicet ueterum. de qua d.l.91.§.ſequitur.cuius uerba uide ȝ.lib.38.cap.6.except.8.in prin. Ait inſuper iuriſconſultus:* Acceſsiones autem. *hiſce uerbis propoſita duplicatio approbatur. Cui etiam concordat l.38.§.ſi quis pro reo, in fine.ff.de ſolution. cuius uerba uide ȝ.lib.45.cap.1.quæſt.2.except.54.repl.5. Itẽ concordat l.95.in prin.ibi: aliter quàm.ff.eod.tit.cuius uerba uide ȝ.lib.18.cap.8.reg.4.except.4. Ait denique iuriſconſultus:* Acceſsionibus quoque ſuis. *de hoc ȝ.repl.prox.dictum eſt. Sexta replicatio eſt: Niſi cùm illa aut illa res deberetur: una facto debitoris interierit, altera ſine eius culpa. Quæ replicatio approbatur d.l.95. in prin. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide d.exceptione 4. Hæc de ſexta exceptione.*

VII. Exceptio: *Niſi poſt moram factam res perierit. Hæc exceptio approbatur l.5. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Quod te mihi dare oportuerat, ſi id poſtea perierit, quàm per te factum erit, quo minus id mihi dares: tuum fore id detrimentum conſtat. Sed cũ quæritur, an per te factum ſit: animaduerti debebit, non ſolùm ſi in poteſtate tua fuerit id nec ne, aut dolo malo feceris quo minus eſſet uel fuerit, nec ne: ſed etiam ſi aliqua iuſta cauſſa ſit, propter quam intelligere deberes te dare oportere. *Concordat l.23. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ȝ. except. prox. in prin. Item concordat l.82.§. fin.ff. eod.tit. his uerbis:* Si poſt moram promiſſoris homo deceſſerit: tenetur nihilominus perinde, ac ſi homo uiueret: & hic moram uidetur feciſſe, qui litigare maluerit, quàm reſtituere. *Concordat item l.14.in prin.ff.de nouation.his uerbis:* Si hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris quo minus dares: etiam defuncto eo teneris: & ſi priuſquam decederet, cum iam mora facta ſit, eundem à te ſub conditione ſtipulatus fuero, & ſeruus poſtea deceſſerit, deinde conditio extiterit, cum iam ex ſtipulatu obligatus es mihi: nouatio quoque fiet. *Concordat denique l.91.§. effectus.ff.de uerb.obligat.his uerbis:* Effectus huius conſtitutionis ille eſt, ut adhuc homo peti poſsit: ſed & acceptum ei poſſe ferri creditur, & fideiuſſorem accipi eius obligationis nomine. *Ait iuriſconſultus:* Huius conſtitutionis. *De hac conſtitutione dictum d.l.91.§.ſequitur. cuius uerba uide ȝ.lib.38.cap.6.reg.8. in prin. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi debitor ignorans ſe debere, non ſoluerit. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit. Cui concordat l.99.ff.de reg. iuris, hiſce uerbis:* Non poteſt improbus uideri, qui ignorat quantum ſoluere debeat. *Verùm eius duplicatio hæc eſt: Niſi ſupina fuerit ignorantia debitoris. Quæ duplicatio approbatur uerbis l.5.in fine.ff.ſi certum petatur, paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Sed etiam ſi aliqua iuſta cauſa ſit, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi debitor ad iudicium prouocauit, reſq; lite pendente periit. Hæc replicatio approbatur l.64. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Qui ſine dolo malo ad iudicium prouocat, non uidetur moram facere. *Concordat l.24.in prin.ff.de uſuris.cuius uerba uide ȝ.lib.16. cap.9.quæſt.1. cauſa 2.except.11. Concordat item l.16.ibi: non enim.ff.de rei uindicat.cuius uerba uide ȝ.except.14. Item concordat l.illud.40.in prin.ff.de petit.hæred.cuius uerba uide ȝ.lib.31.cap.3.reg.29.except.1. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi dolo malo ad iudiciũ prouocauerit, & malæ fidei poſſeſſor ſit. Quæ duplicatio approbatur uerbis d.l.64. iam propoſitis hiſce:* Sine dolo malo. *Concordat d.l.40.in prin. ibi: in prædonis perſona. Item concordat l.82.in fine.ff.de uerb. obligat. uerbis ȝ.ead except.in prin.propoſitis hiſce:* Et hic moram uidetur feciſſe, qui litigare maluerit, quàm reſtituere. *Altera duplicatio eſt: Niſi actor rem erat diſtractu-*

distracturus, si eam recepisset. hoc enim casu, quamuis lite contestata res perierit, reus non est liberatus. Quę duplicatio approbatur l.15.§.fin.ff.de rei uenduat. his uerbis: Si seruus petitus uel aliud animal demortuū sit sine dolo malo & culpa possessoris: precium non esse præstandum, plerisq; placuit. Sed est uerius (si fortè distracturus erat petitor, si accepisset) morā passo debere pstari. Nā si ei restituisset: distraxisset, & preciū lucratus esset. Huic duplicationi quodāmodo contradicit d.l.40.in prin.

Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi post moram factam nouatio interuenerit. Hęc replicatio approbatur l.8.in prin.ff.de nouationib. his uerbis: Si Stichum dari stipulatus fuerim, & cum in mora promissor esset, quo minus daret, rursus eundem stipulatus fuero: desinit periculum ad promissoré pertinere, quasi mora purgata. Planè propositæ replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi post rei interitum nouatio sit facta. tūc enim, quamuis ex priore obligatione res peti non possit, ex nouatione tamē potest, exceptione interitus nō obstante. Quę duplicatio approbatur per ea quæ proposita sunt s. cap.14.quest.4.except.16.repl.1. Altera duplicatio est: Nisi cum post moram nouatio sub conditione facta esset, pendente conditione res interierit: hoc enim casu nouatione non purgatur mora. Quę duplicatio approbatur l.56.§.fin.ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s.lib.16.cap.14.reg.1.except.7. Concordat l.11.in prin. ibi: etsi priusquam. ff.de nouationib. cuius uerba uide s.ead.except.in prin. Contradicit l.72.§.si cum mihi.ff.de solutionib. his uerbis: Si cū mihi Stichum deberes, & in soluendo moram fecisses, sub conditione eum promisisti, & pendente ea Stichus decessit: uideamus, an quia nouari prior obligatio non potest, petitio serui competat ea, quæ competeret, si non intercessisset stipulatio? Sed in promptu contradictio est: debitorem, cum stipulanti creditori sub conditiōe promisit, non uideri in solutione hominis cessasse. Nā uerum est, eum qui interpellatus dare noluit, offerētē postea periculo liberari. Sed quid si ignorāte debitore ab alio creditor eum stipulatus est? hic quoq; existimādus est periculo debitor liberatus esse: quēadmodū si quolibet nomine eius seruū offerente, stipulator accipere noluisset. Huic cōtradictioni cōcordat l.14.in prin. ibi: unde Marcellus. ff. de nouat. cuius uerba uide s. cap.15.specie 3.reg.1.except.1. Tertia duplicatio uidetur: Nisi ignorāte debitore creditor rē ab alio sit stipulatus. Hęc duplicatio reprobatur uerbis d.l.72.iam propositis hisce: Sed qd si ignorāte debitore, &c. Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est: Nisi post morā factā res creditori sit oblata. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.72.iam propositis hisce: Verum est, eum qui interpellatus dare noluit, offerentem postea periculo liberari. Concordat d.l.72.in prin. ibi: quanquam aliquando. cuius uerba uide J.except.11.repl.3. Item cōcordat l.17.§.sed uidendum.ff.de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide alibi. Itē cōcordat l.91.§.sequitur. ibi: si uerò.ff.de uerb.obligat. cuius uerba cum alijs concordantibus uide s.lib.38.cap.6.exc.8.in prin. Planè huius replicationis duplicatio prima uidetur esse talis: Nisi alius, non debitor postea obtulerit. Sed hæc duplicatio reprobatur uerbis d.l.72. s. propositis hisce: Quemadmodum si quolibet nomine eius seruum offerente, stipulator accipere noluisset. Sed et de hac duplicatione cum alijs similib. uide J.exc.11.repl.1. Quinta replicatio est: Nisi post morā à debitore factā facto creditoris res perierit. Hæc replicatio approbatur l.14.§.quòd si post.ff.ad l. Aquiliā. cuius uerba uide s. lib.46.ca.11.exc.7. Sexta replicatio est: Nisi pupillus debitor morā fecit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.24.ff.de uerb.obligat. his uerbis: Si ex stipulatu Stichū debeat pupillus: nō uidebitur p eū mora fieri, ut eo mortuo teneatur: nisi tutore authore, aut solus tutor interpelletur. Cōcordat l.127.ff.eod.tit. cuius uerba uide s.lib.38.cap.4.exc.6.repl.1. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tutore authore pupillus sit interpellatus, uel solus tutor. Quę duplicatio approbatur uerbis d.l.24.iam propositis. Septima replicatio est: Nisi ante diē interpellatus nō soluerit. Quę replicatio apꝓbatur l.49.§.fin.ff. de uerb.obligat. his uerbis: Si ꝓmissor hominis ante diē in quē ꝓmiserat, interpellatus sit, & seruus decesserit: nō uidetur p eū stetisse. Octaua replicatio est: Nisi interpellatus exceptione se tueri potuit. Hæc replicatio approbatur l.40.§.fin.ff.si certū petatur, his uerbis: In mora nō est is à quo pecunia propter exceptioné peti nō potest. Concordat l.127.ibi: nulla.n.ff.de uerb.obligat. cuius uerba uide s.lib.38.cap.4.exc.6.repl.1. Itē cōcordat l.21.ibi: uel exceptio aliqua.ff.de usuris. cuius uerba uide s. lib.16.cap.9. quest.1. caussa 2. exc.10. Nona replicatio est: Nisi alius, nō reus cōuentus fuerit interpellatus, moramq; fecerit. Hæc replicatio ipso quidē iure subsistit p ea quæ proponuntur s.lib.16. ca.9.quest.1. causa 2. exc.1.in prin. Verùm eius duplicatio prima hæc est: Nisi fideiussore uel mādatore cōuēto, reus principalis moram fecerit. Quę duplicatio approbatur l.85.in prin.ff.de uerb.obligat. his uerbis: Mora rei fideiussori quoq; nocet. Cōcordat l.49.in prin. ibi: quæ omnia.ff.eod.tit. cuius uerba uide J.repl.1. Itē concordat l.91.§. nūc uideamus.ff.eod.tit. cuius uerba uide s.except.prox.repl.5.dupl.1. Item concordat l.18.§.cùm facto.ff.de fideiussorib. his uerbis: Cùm facto suo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiussoris durat obligatio: ueluti si moram fecerit in Sticho soluendo, & is decesserit. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi fideiussor rem debitam ante interitum obtulit creditori: hoc enim casu rei principalis

cipalis mora ipsi non nocet. Quæ triplicatio approbatur d. l. 88. in prin. his uerbis: Sed si fideiussor seruum obtulit, & reus moram fecerit: mortuo Sticho fideiussori succurrendum est. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi reo principali conuento fideiussor moram fecerit. Hæc duplicatio reprobatur l. 32. §. fin. ff. de usuris. cuius uerba uide s. lib. 16. cap. 9. quæst. 1. caussa 2. except. 3. Planè hæc duplicatio fideiussori conuento nō prodest. Quæ distinctio approbatur l. 44. in fine. ff. de operis libertorum. cuius uerba uide s. lib. 26. cap. 6. quæst. 4. reg. 1. Tertia duplicatio est: Nisi cum pater filij nomine conueniretur, filius in mora fuerit. Hæc duplicatio approbatur l. 49. in prin. ff. de uerb. obligat. his uerbis: Cum filiusfamilias Stichum dare spoponderit, & cum per eum staret quo minus daret, Stichus decesserit: datur in patrem de peculio actio, quatenus manet filius ex stipulatu obligatus. At si pater in mora fuit: non tenebitur filius, sed utilis actio in patrem danda est. Quæ omnia & in fideiussoris persona dicuntur. Quarta duplicatio uidetur: Nisi filiofamilias conuento, pater in mora fuerit. Hæc duplicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce: At si pater in mora fuerit &c. Decima replicatio est: Nisi alius quàm creditor debitorem ad soluendum interpellauerit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio est: Nisi procurator creditoris interpellauerit. Quæ duplicatio approbatur l. 24. §. fin. ff. de usuris. cuius uerba uide s. lib. 16. capite 9. quæst. 1. caussa 2. except. 3. Vndecima replicatio est: Nisi uterq;, tam debitor quàm creditor, in mora fuerit. Hæc replicatio approbatur l. 17. §. quod si per. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide alibi. Duodecima replicatio est: Nisi debitor restituendi potestatem non habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 5. ibi: si in potestate tua. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s. ead. except. in prin. cuius duplicatio est hæc: Nisi dolo malo possidere desierit. quæ approbatur ibidem. Hæc de septima exceptione.

VIII. Exceptio: Nisi debitor dolo malo rem possidere desierit: hoc enim casu exceptione interitus rei non defenditur. Quæ exceptio approbatur l. 17. §. quòd si dolo. ff. de rei uendicat. his uerbis: Si dolo malo possessor desierit possidere, & alius hominem per iniuriam occiderit: aut precium hominis, aut actiones suas præstare cogetur, utrum eorum uoluerit actor. Sed & fructus quos ab alio possessore percepit, restituere eum oportet. Lucrum enim ex eo homine qui in lite esse cœperit, facere non debet. Sed fructus eius temporis, quo possessus est ab eo qui euicit, restituere non debet. Concordat d. l. 17. in prin. his uerbis: Iulianus lib. VII. Digestor. scribit: si hominem qui Mæuij erat, emero à Titio, deinde cum eum Mæuius à me peteret, eundem uendidero, eumq; emptor occiderit: æquum esse, me preciū Mæuio restituere. Concordat item l. 5. ibi: aut dolo malo. ff. si certum petatur. cuius uerba uide s. except. prox. in prin. Item cōcordat l. 91. §. sed si sit quidem. ibi: ut siquidem. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 5. except. 34. repl. 1.

IX. Exceptio: Nisi cōdictione furtiua, Vi bonorū raptorū, uel interdicto Vnde ui agatur: hoc enim casu reo conuento exceptio interitus rei non prodest. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur s. lib. 23. cap. 11. quæst. 8. reg. 2. except. 3. item lib. 46. cap. 8. quæst. 1. except. 9.

X. Exceptio: Nisi reus, antequam res periret, eam uendidit. Hæc exceptio approbatur l. 23. ff. si certum petatur, his uerbis: Si eum seruum qui tibi legatus sit, quasi mihi legatum possederim, & uēdiderim: mortuo eo posse te mihi precium cōdicere, Iulianus ait, quasi ex re tua locupletior factus sim. Concordat l. 17. in prin. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide s. except. 8. Cōcordat item l. ult. ff. de negocijs gestis. cuius uerba uide s. lib. 42. cap. 9. quæst. 1. causa 6. except. 1. repl. 2. Itē concordat l. 1. C. de reb. alienis non alien. cuius uerba uide s. lib. 21. cap. 9. reg. 12. Item concordat l. 3. C. de rei uendicat. cuius uerba uide d. cap. 9. reg. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi personali, non in rem actione res quæ interijt, debebatur: hoc enim casu nec precium rei quæ perijt, debetur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 21. ff. de hered. uendita. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 7. reg. 11.

XI. Exceptio: Nisi non certa aliqua species debeatur, sed genus. Hæc exceptio elicitur ex ijs quæ proposita sunt s. hoc cap. in prin. his uerbis: Si certos numos, puta qui in arca sunt, &c. Huius exemplū est id quod ex causa mutui debetur: quod quāuis perierit, nihilominus debitor obligatus manet. de quo uide s. lib. 19. cap. 2. quæst. 1. except. 25. Aliud exēplum proponitur l. 39. in fine. ff. de solut. cuius uerba uide s. repl. 3. dupl. 1. Tertiū exemplū proponitur l. 83. §. sacram uē. ibi: pro quo & illud. item ibi: uini autē. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 5. exc. 33. Cōcordat item propositæ exceptioni l. 30. §. diligēter. ff. ad l. Falcidiā. cuius uerba uide s. lib. 32. cap. 10. causa 31. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi cum incerta res ex certis deberetur, omnes res istæ sint extinctæ. Quæ replicatio approbatur uerbis d. §. diligēter. ibi: incerta autē res relictæ distinctionē recipiūt. Cōcordat l. 72. §. Stichū. ibi: fingamus. ff. de solut. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 8. reg. 4. exc. 7. Altera replicatio est: Nisi cōuenerit, ut periculū ad creditorē pertineret. Hæc replicatio approbatur, simul et distinguitur in pecuniæ trāiectitiæ, p ea quæ proponūtur d. exc. 35. Tertia replicatio est: Nisi creditor speciē oblatā accipere noluit, eaq; postea perijt. Hæc replicatio approbatur l. 72. in prin. ff. de solut. his uerbis: Qui decem debet, si eadem obtulit creditori, & ille sine iusta causa ea accipere recusauit, deinde debitor ea sine sua culpa pdiderit:

doli

doli mali exceptione poteſt ſe tueri, quanquam aliquando intcepellatus non ſolnerit. Etenim non eſt æqunm, teneri pecunia amiſſa eum qui non teneretur, ſi creditoc accipere uolniſſet. Quare pro ſolutoid, in quo creditoc accipiendo motam fecit, oportet eſſe. Et ſanè ſi ſeruus erat in dotem, eumque obtulit maritus, & is ſeruus deceſſit, aut numos obtulit, eosq; non accipiente muliere perdidit: ipſo iure deſinet teneri. *Concordat l. 9. § fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 1. except. 15. repl. 1. dupl. 2. Cōcordat item l. 30. ff. eod. tt. his uerbis:* Si debitor offerret pecuniam quæ peteretur, creditoc nollet accipere: prætor ei denegat actionem. *Item concordat l. 39. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. dupl. prox. Concordat item l. 73. §. fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide ſ. lib. 38. cap. 6. except. 8. in prin. Item concordat l. 105. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 38. cap. 8. reg. 4. except. 4. repl. 1. Itē concordat l. 6 ff. de doli mali except. cuius uerba uide J. cap. prox. Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi ex iuſta uel probabili cauſa creditor ſpeciem oblatam accipere noluit. Hæc duplicatio elicitur ex uerbis d. l. 72. ſ. propoſitis hiſce:* Et illa ſine iuſta cauſſa eā accipere recuſauit. *Concordat l. 39. ff de ſolutionibus, his uerbis:* Si ſoluturus pecuniam tibi, iuſſu tuo ſignatam eā apud numulariū, quoad probaretur, depoſuarim: tui periculi cauſſa eam fore, Mela libro X. ſcribit. Quod uerum eſt: cum eo tamen, ut illud maximè ſpectetur, an per te ſteterit quominus in continenti probaretur. Nam tunc perinde habēdum erit, ac ſi parato me ſoluere, tu ex aliqua cauſſa accipere nolles. In qua ſpecie non utique ſemper tuum periculum erit. Quid enim ſi nōn opportuno tēpore uel loco obtulerim? His conſequens eſſe puto, ut etiam, ſi & emptor numos & uenditor mercem, quòd inuicem parum fidei haberent, depoſuerint: numi emptoris periculo ſint, utique ſi ipſe eum apud quem deponerentur, elegerit: & nihilominus merx quoq;, quia emptio perfecta ſit. *Huius duplicationis tot ferè ſpecies ſunt, quot aduerſus ſolutionem ſunt exceptiones, quas ſ. enumerauimus. Altera duplicatio eſt. Niſi debitor pecuniam oblatam, creditore accipere recuſante, obſignatam non depoſuit, uel non rectè. Hæc duplicatio approbatur l. 9. C. de ſolutionib. cuius uerba uide ſ. lib. 36. cap. 9. quæſt. 1. except. gener. 4. repl. 3. Concordat l. 19. ibi: quo ſubſecuto. C. de uſuris. cuius uerba uide d. repl. 3. Tertia duplicatio eſt: Niſi alius quàm debitor, qui exceptione interitus utitur, obtulit. Hæc duplicatio reprobatur l. 72. §. ſed quid ſi ignorante. ff. de ſolutionibus. cuius uerba uide ſ. except. 7. repl. 3. dupl. 2. Quarta duplicatio eſt: Niſi res quæ offertur, non ſit præſens. Hæc duplicatio approbatur d. l. 72. §. idem reo ſponſum. ibi: ſi tamen, his uerbis:* Reſponſum eſt, ſi quis cum ſubreptus ſibi ſeruus eſſet, ſub cōditione ſtipulatus fuerit, quidquid furem facere dare oportet: furem conditione liberari, ſi dominus oblatū ſibi accipere noluit. Si tamen, cum in prouincia fortè ſeruus eſſet, interceſſerit ſtipulatio: & finge priuſquam facultatem eius náciſceretur fur uel promiſſor, deceſſiſſe ſeruū: non poterit rationi quam ſuprà reddidimus, eſſe locus. Non enim obtuliſſe eum propter abſentiam intelligi poteſt. *Quinta duplicatio eſt: Niſi creditori poſtea accipere uolenti debitor ſoluere noluit. Hæc duplicatio approbatur l. 24. ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide ſ. lib. 9. cap. 4. quæſt. 1. cauſſa 7. except. 25. repl. 1. Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio eſt: Niſi opera creditoris debitor pecuniam, quam ei ſoluturus erat, perdiderit. Hæc replicatio approbatur l. 6. ff. de doli mali except. his uerbis:* Si opera creditoris acciderit, ut debitor pecuniā quam ſoluturus erat, perderet: exceptione doli mali creditor remouebitur.

X I I. *Exceptio: Niſi illud aut illud debeatur: hoc enim caſu, quamuis unum perierit, nihilominus alterum quod ſupereſt, debetur. Quæ exceptio approbatur l. 95. in prin. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide ſ. lib. 38. cap. 8. reg. 4. except. 1. repl. 3. item except. 4. in prin. Concordant ea quæ proponuntur d. except. 4. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſtquam debitor alterum creditori obtuliſſet, alterum perierit: hoc enim caſu nec id quod ſupereſt, debetur. Quæ replicatio approbatur l. 105. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide d. except. 4. repl. 1. Altera replicatio eſt: Niſi alterum quoq; poſtea perierit: hoc enim caſu neutrum debetur. Quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. except. prox. repl. 1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi prius culpa debitoris interierit. Sed hæc duplicatio reprobatur d. l. 95. in prin.*

X I I I. *Exceptio: Niſi res æſtimata debeatur: hoc enim caſu, quamuis res interierit, nihilominus æſtimatio eius debetur. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. de æſtimatoria, his uerbis:* Aeſtimatio periculum facit eius qui ſuſcepit. Aut igitur ipſam rem debebit incorruptam reddere, aut æſtimationem de qua conuenit. *Concordant ea quæ proponuntur ſ. lib. 25. cap. 6. except. 23. repl. 1. Sed & huius exceptionis replicationes uide d. repl. 2. dupl. 1. cum ſequentib. item ſ. lib. 44. cap. 2. quæſt. 1. except. gener. 5. repl. 5.*

X I I I I. *Exceptio: Niſi aliquid ex re quæ periit, ſuperſit: hoc enim nihilominus debebitur. Quæ exceptio approbatur l. 49. in fine. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Meum eſt, quod ex re mea ſupereſt, cuius uindicandi ius habeo. *Concordat l. 3. in prin. ibi: ſed etſi. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 7. reg. 7. Huius exempla proponuntur in fructu, partu, & euictionis cauſa, l. 16. in prin. ff. de*

rei

*rei uindicat. his uerbis:* Vtiq; etiam mortuo homine necessaria est sententia propter fructus, & partus, & stipulationem de euictione. non enim post litem contestatam utiq; & fatum possessor præstare debet. *Concordat l.17.§.sed & fructus.ff.eod.tit.cuius uerba uide s. except.8. Aliud exemplum proponitur in peculio ancillæ demortuæ, l.5.C. si pendente appellatione mors, his uerbis:* Quamuis ancilla, de cuius dominio disceptabatur, & à Rectore prouinciæ contra te iudicatum fuerat, in fatum concesserit:tamen cum appellationem super ea re impositam fuisse, & in numero cognitionum pendêre proponas: ea prouocatio suo ordine propter peculium ancillæ audiri debet. *Planè de replicationibus propositæ exceptionis uide s.lib.32.cap.11. caussa 31. except.8.*

X V. *Exceptio: Nisi res quæ perierit, iterum sit refecta, et in pristinam formam restituta.* Hæc exceptio *approbatur l.83.§. sacram rem. ibi: nam & si. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Si nauem quam quis spoponderit, dominus dissoluerit, & ijsdem tabulis compegerit: quia eadem nauis est, incipiet obligari. *Concordat d.l.83.§. sed hæc dissimilia, his uerbis:* Etsi reficiendæ nauis caussa omnes tabulæ refixæ sint, nondum intercidisse nauis uidetur: & compositis rursus tabulis, eadem nauis esse incipit. Sicuti de ædibus depositæ tigna ea mente ut reponantur, ædium sunt. Sed si usq; ad aream deposita sint: licet eadem materia restituatur, alia erit. *Concordat item l.98.§. aream. ibi: nec simili argumento. ff. de solutionib. his uerbis:* Si nauem quam tu promisisti, dominus dissoluerit, deinde eisdem tabulis compegerit: teneris. eadem enim nauis est, quam te daturum spopondisti: & uidetur magis obligatio cessare, q̃ extincta esse. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non eadem, sed alia materia res sit restituta. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Et ijsdem tabulis cõpegerit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi terra è fundo sublata, alia terra sit regesta: hoc enim casu non alius, sed idem fundus est. Quæ duplicatio approbatur l.24.§.fin.ff. quib. mod. ususfructus amittatur, his uerbis:* Labeo ait, Nec si summa terra sublata ex fundo meo, & alia regesta esset, idcirco meum solum esse desinit: non magis quàm stercorato agro. *Altera replicatio est: Nisi ea mente res dissoluta sit, ut partes eius in alios usus conuerterẽtur, uel non restituatur. Quæ replicatio approbatur d.§. aream. ibi: homini autem, his uerbis:* Si ea mente dissolutam esse nauem apparuerit, ut in alios usus conuerterentur tabulæ, deinde mutato consilio eadem composita sit: alia uidebitur posterior esse nauis. *Cõcordat l.83.§. sed hæc dissimilia. ibi: et nauis. ff. de uerb. obligat. his uerbis:* Nauis, si hac mente resoluta est, ut in aliũ usum tabulę destinarẽtur, licet mutato consilio reficiatur: tamẽ & perempta prior nauis, & hæc alia dicenda est. *Tertia replicatio est: Nisi ædes debitæ usq; ad aream depositæ sint: hoc enim casu, quamuis ijsdem tignis restituãtur, in pristinam tamen obligationem non recidunt. Quæ replicatio elicitur ex uerbis d.§. sed hæc dissimilia, s. ead. except. in prin. propositis hisce:* Sed si usque ad aream depositæ sint, licet eadem materia restituatur: alia erit. *Plura de exceptione proposita uide s.lib.24. cap.2. caussa 5. exceptione 4. Sed & plura de liberationis specie proposita, quæ fit per rei debitæ interitum, uide d. caussa 5. item s. lib.32. cap.11. caussa 31. item lib.36. cap 1. except.8. repl.1. itẽ lib.39. cap.5. quæst.1. except.3. itẽ lib.44. ca.2. quæst.1. exc. gener.5. itẽ 3. lib. prox. cap.2. quæst.3. except.27. Nunc ad aliam liberationis speciem, quæ fit per bonorum cessionem, transeundum.*

## *DE CESSIONE BONORUM. Cap. X X.*

### I. CAVSSA EX QVA HAEC liberationis species eiusq; exceptio competit?

S*I debitor bonis cesserit: conuentus postea à creditoribus, exceptione defenditur cessionis. Quæ caussa seu regula approbatur Inst. de replicationibus, §.fin. his uerbis:* Debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo creditor experiatur: defenditur per exceptionem, Si bonis cesserit. *Concordat l.3.C. de bonis auth. iud. possid. his uerbis:* Ex contractu qui cessionem rerum antecessit, debitorem contra iuris rationem conueniens: cum eũ æquitas auxilio exceptionis muniet. At tum demum iteratò possis desiderare conuentionem, cum tantum postea quæsiuit, quod præsidem ad eius rei licentiam debeat promouere. *Concordat item l.17. in prin. ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide s.lib.9.cap.2.except.34. Planè huius regulæ exceptiones hæ sunt, uel saltem esse uidentur.*

I. *Exceptio: Nisi filiusfamiliâs debitor bonis cesserit. Sed hæc exceptio reprobatur l.7.C. qui bonis cedere, his uerbis:* Cum & filijfamiliarum possint habere substantias, quæ patribus adquiri uetitæ sunt, necnon peculium uel castrense, uel quod patre uolente possidẽt: quare cessio bonorum eis deneganda sit? cum etsi nihil in suo censu hi qui in potestate parentum sunt, habeant: tamen ne patiantur iniuriam, debet bonorum cessio admitti. Si enim & paterfamiliâs admittendus est, propter iniuriarum timorem ad cessionis flebile ueniens adiutorium: quare filijsfamiliarum utriusq; sexus hoc ius denegamus? cum apertissimi iuris est, &

inter patresfamiliarum, & inter alieno iuri subiectos si quid postea eis pinguius accesserit: hoc iterum usque ad modum debiti posse à creditoribus legitimo modo auelli.

I I. *Exceptio: Nisi sine solennitate bonis cesserit. Et hæc exceptio reprobatur l.6.C.d.tt.his uerbis:* Imp. Thaodosius A. apud acta dixit: In omni cassione bonorum ex qualibet caussa facienda, scrupulositare priorum legum explosa, professio sola quærenda est. Idē dixit: In omni cessione sufficit uoluntaris sola profassio.

I I I. *Exceptio: Nisi extra ius uel absens bonis cesserit. Et hæc exceptio reprobatar l.9.ff.de cessione bonorum, his uerbis:* Bonis cedi non rantùm in iura, sed etiam exrra iua poreſt: sufficit & per nuncium, uel per epistolam id declarari.

I I I I. *Exceptio: Nisi antequam debitum agnouit, ael confessus condemnatusue est, bonis cesserit. Hæc exceptio approbatur l.8.ff d.tt. his uerbis:* Qui cedit bonis antequam debitum agnoscat, condemnaturúe, uel in iure confiteatur: audiri non deber.

V. *Exceptio: Nisi ob uitanda munera publica bonis cessit. Hæc exceptio approbatur l.5.C.qui bonis cedere, his aerbis:* Propter honorem municipalem, uel munus bonis cadentium, inuidiosam admitti cessionam minimè cōuenit: sed his obnoxios pro modo substātiæ fungi.

V I. *Exceptio: Nisi creditores debitori quinquēnales inducias dare parati sint. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 8. C.d.tt. his uerbis:* Cùm solito more à nostra maiastare petatur, ut ad miserabile cessionis bonorum homines ueniant auxilium, & electio detur cradiroribus uel quinquennale spacium eis indulgere, uel bonorum accipare cessionem, salua eorum uidelicer existimatione, & omni corporali cruciatu semoto: quotidie dubitabatur, si quidem ex creditoribus uoluerint quinquennales dare inducias, alij autem iam nunc cessionem accipere uelint: qui audiendi sint? In tali dubitarione nemini putamus esse ambiguum quod sentimus, & quòd humaniorem sententiam pro duriore eligimus. Et sancimus, ut uel ex cumulo debiti, uel ex numero creditorum, caussa iudicetur: & siquidem unus creditor alijs omnibus grauior in summa debiti inueniatur, ut omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum compuratis, ipse alios antecellat: ipsius sententia obtineat, siue indulgere tempus, siue cessionem accipere desiderat. Si uerò plures quidem sunt creditores, ex diuersa autem quantitatibus: & nunc amplior debiti cumulus minori summæ præferatur, siue par siue discrepans numerus est creditorum: cum nō ex frequentissimo ordine fœneratorum, sed ex quantitate debiti caussa trutinetur. Pari autem quantirate debiti inuenta, dispari uerò creditorum numero: tunc amplior pars creditorum obtinear: ita ut quod pluribus placeat, hoc statuatur. Sin uerò undique æqualitas emergat, tam debiti, quàm numeri creditorum: tunc eos anteponi, qui ad humaniorem declinant sententiam, non cessionem exigentes, sed inducias: nulla quidem differentia inter hypothecarios & alios creditores (quātum ad hanc electionem) obsaruanda. In rebus autem officio iudicis partiendis suam uim singulis creditoribus habentibus, quam eis legum præstabit regula: nullo præiudicio creditorum cuique ex quinquannij dilatione circa temporalem præscriptionem generando. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi maior pars creditorum in cessionem potius, quàm in inducias consentiat. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Pari autam quantitate debiti, &c. *Cuius duplicatio hæc est: Nisi maiori parti creditorū dissentienti minus debeatur. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Et siquidem unus creditor alijs omnib. grauior in summa debiti inueniatur, &c.

V I I. *Exceptio: Nisi post factam cessionem debitor locupletior sit factus. Hæc exceptio approbatur l.4.in prin.ff.de cessione bonor.his uerbis:* Is qui bonis cessit, si quid postea adquisierit, in quantum facere potest, conuenitur. *Concordat l.7.ff.eod.tt.his uerbis:* Si debitoris bona uenierint: postulantibus creditoribus permittitur rursus eiusdem debitoris bona distrahi, donec suum consequantur: si tales tamen facultates adquisitæ sint debitori, quibus Prætor moueri possit. *Concordat item Inst. de actionib.§ fin.his uerbis:* Cum eo qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid adquisierit, quod idoneum emolumētum habaat: ax integro in id quod facare potest, creditores experiuntur. Inhumanum enim erat, spoliatum fortunis suis in solidum damnari. *Concordat item l.1. C.qui bonis cedere poss. his uerbis:* Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor receparit, non sunt liberati. In eo anim rantummodo hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem. *Cōcordat item l.7.in fine.C.eod.tt.cuius uerba uide s̄.exc.1.Item concordat l.1.in fine.C.de bonis auth.iud.possid.cuius uerba uide s̄.ead.reg.in prin. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi modicū sit, quod postea adquisiuit. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.7.iam propositis hisce:* Si tales

tamen

tamē facultates adquisitę sint debitori, qb. Prętor moneri possit. *item uerbis Inst. iam propositis hisce:* Quod idoneū emolumētū habeat, &c. *Concordat uē l. 6. ff. de cessione bonorū, his uerbis:* Qui bonis suis cessit, si modicum aliquid post bona sua uendita adquisiuit: iterum eius bona non ueneunt. Vnde ergo modum hunc æstimabimus? utrum ex quantitate eius quod adquisitum est, an uerò ex qualitate? & putē ex quātitate id ęstimādū esse eius quod q̄sijt: dūmodo illud sciamus, si qd misericordię caussa ei fuerit relictū (puta mēstruū uel annuū alimētorū nomine) oportere propter hoc bona eius iteratò uenundari. nec enim fraudandus est alimentis quotidianis. Idem etsi ususfructus ei sit concessus uel legatus, ex quo tantum percipitur, quantum ei alimentorum nomine satis est. *Altera replicatio est: Nisi misericordiæ caussa ei quid in alimenta sit relictum uel datum. Hæc replicatio approbatur uerbis d. l. 6. iam propositis hisce:* Dummodo illud sciamus, &c.

V I I I. *Exceptio: Nisi prouincialis bonis cesserit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. in prin. C. qui bonis cedere poss. cuius uerba uide ṡ. lib. 8. cap. 6. quæst. 6. reg. 2.*

II. QVIBVS COMPETIT exceptio cessionis?

*Fideiussoribus cedentis non competit. Quæ regula approbatur Inst. de replicationibus. §. fin. cuius uerba uide ṡ. capite 1. quæstione 7. regula 4. except. 3.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

*Etiam aduersus eos creditores competit, qui antea quàm cessio fieret, non egerunt. Quæ regula approbatur l. 4. §. fin. ff. de cessione bonorum, his uerbis:* Sabinus & Cassius putabant, eum qui bonis cessit, ne quidem ab alijs quibus debet, posse inquietari.

IIII. EVENTVS CESSIOnis bonorum.

I. Regula: *Cedens bonis exceptione aduersus creditores defenditur. de qua regula cum suis exceptionibus hactenus est dictum.*

I I. Regula: *Cedens bonis non potest agere. Quæ regula approbatur l. 17. in prin. ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide ṡ. libro 9. capite 2. exceptione 34.*

I I I. Regula: *Ei qui cessit bonis, licet pœnitere, & cessionem reuocare. Quæ regula approbatur l. 5. ff. de cessione bonorum, his uerbis:* Is qui bonis cessit, ante rerum uenditionem utique bonis suis non caret. Quare si paratus fuerit se defendere: bona eius non ueneunt. *Concordat l. 5. ff. eod. tit. his uerbis:* Quem pœnitet bonis cessisse, potest defendendo se consequi, ne bona eius ueneant. *Concordat item l. 2. C. qui bonis cedere poss. his uerbis:* Si quantitatem, quam licet respub. condemnatus debebas, in solidum paratus es: frustra uereris, ne uerbum bonorum cessionis temerè à te prolatum priuare te, necdum distractis facultatibus, iuris rationibus possit. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi bona uendita sint. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Necdum distractis facultatibus. *item uerbis d. l. 5. ṡ. propositis hisce:* Ante rerum uenditionem. *Concordat item l. 8. in fine. C. de distractione pignorum. cuius uerba uide ṡ. lib. 40. cap. 7. quæst. 1. caussa 2. except. 8.*

V. *Inuitus nemo cogendus est bonis cedere. Quæ regula approbatur Nouell. c. 135. ne quis cogatur bonis cedere, hisce uerbis:* Quibus maximè rebus, &c.

*DE EXCEPTIONE CApitis deminutionis.*

*Cap. XXI.*

I. CAVSA EX QVA EXceptio proposita competit.

*Si debitor capite sit deminutus: liberatur, et exceptione defenditur. Quæ causa seu regula approbatur l. 2. in prin. ff. de capite minutis, his uerbis:* Pertinet hoc edictum ad eas capitis deminutiones, quæ salua ciuitate contingunt. Cæterùm siue amissione ciuitatis, siue libertatis contingat capitis deminutio: cessabit edictum: neq; possunt hi penitùs conueniri. Dabitur planè actio in eos, ad quos bona eorum peruenerunt. *Ait Iurisconsultus:* Hoc edictū. *Huius edicti uerba uide paulo inferius except. prox. Concordat l. 7. §. si libertate. ff. eod. tit. his uerbis:* Si libertate adempta capitis deminutio subsecuta sit: nulli restitutioni aduersus seruum locus est: quia nec prætoris iurisdictione ita seruus obligatur, ut cum eo actio sit. Sed utilis actio aduersus dominū danda est, ut Iulianus scribit: & nisi in solidum defendatur, permittendū mihi est in bona, quæ habuit, mitti. Item cum ciuitas amissa est: nulla restitutionis ęquitas est aduersus eum qui amissis bonis, & ciuitate relicta, nudus exulat. *Quid autem & quotuplex sit capitis deminutio, uide ṡ. lib. 50. cap. 1. Planè propositæ causæ seu regulæ exceptio prima hæc est. Nisi minima capitis deminutio debitori contigerit: hoc enim casu aduersus debitorē restituitur actio. Quæ exceptio approbatur edicto Pretoris d. l. 2. §. ait Pretor, his uerbis:* Ait Prætor: Qui quæue, posteaquā quid cum his actum contractumúe sit, capite minuti minutæúe esse dicētur: in eos easúe perinde quasi id factum nō sit, iudicium dabo. *Hoc edictum de minima capitis deminutione, quæ salua libertate & ciuitate contingit, intelligendum patet ex ijs quæ ṡ ead. reg. in prim. sunt proposita. Concordat l. 2. ff. de in integrū restitut. cuius uerba uide ṡ. lib. prox. cap. 1. in prin. Sanè actio ex hoc edi-*

Ea restituta perpetua est, & heredibus & in heredes datur. Quod approbatur d.l.2.§.fin.ff.de capite minutis, his uerbis: Hoc iudicium perpetuũ est, & in hæredes & hæredibus datur. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post capitis deminutionem cum eo sit contractum. Quæ replicatio approbatur, simul et distinguitur d.l.2.§.hi qui, his uerbis: Hi qui capite minuuntur, ex ijs causis quę capitis deminutionẽ præcesserunt, manent obligati naturaliter. Cæterùm si postea: imputare quis sibi debebit, cur contraxerit, quantum ad uerba huius edicti pertinet. Sed interdum si contrahatur cũ his post capitis deminutionẽ, danda est actio. Et quidem si adrogatus sit, nullus labor est: nam perinde obligatur, ut filiusfamiliâs. Altera replicatio hæc est: Nisi creditor debitorẽ adrogauerit: hoc enim casu, quamuis debitori minima capitis deminutio contigerit: tamen actio extinguitur. de qua re uide J.cap.23. causa 32.

II. Exceptio: Nisi ex delicto actio sit. hæc enim capitis deminutione delinquentis non perimitur. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur ſ.lib. 46.cap.1.quæst.1.except.2.

III. Exceptio: Nisi quoad naturalem obligationẽ. hæc enim capitis deminutione nõ intercidit. Quæ exceptio approbatur l.2.§.hi qui.ff.de capite minutis. cuius uerba uide ſ.except.1.repl.1. Cõcordat l.8.ff.eod. tt. cuius uerba uide J.lib.50.ca.1.quæst.4. reg.2.exc.1.

IIII. Exceptio: Nisi non omnia bona capite minuto sint adempta: hoc enim casu pro ea parte quam retinet, non liberatur. Quæ exceptio approbatur l.1. in prin.C.de fideiussorib. his uerbis: Si Lysias adempta parte bonorum exulare iussus est: non nisi pro parte bonorum quã retinuit, creditoribus obligatus est. Verùm qui pro eo fidem suam adstrinxerunt, iure pristino conueniri possunt.

V. Exceptio: Nisi debitor in pristinum statum sit restitutus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur ſ.lib.3.cap.15.quæst.3.reg 4. exc.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi in bona non sit restitutus. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponuntur d.reg.4.in prin. Altera replicatio est: Nisi debitor à creditore suo adrogatus, rursus sui iuris factus sit. Hæc replicatio approbatur l.2.§.penult. ff.de capite minutis, hisce uerbis: Ei qui debitorẽ suum adrogauit, non restituitur in eũ actio, postquam sui iuris fiat. Plures replicationes uide d.reg.4.

II. QVIBVS COMPETIT exceptio proposita.

I. Regula: Fideiussorib. capite minuti exceptio proposita nõ cõpetit. Quæ regula approbatur p ea quæ proponũtur ſ.lib.45.ca.1.quæst.2.except.54.repl.5.

II. Regula: Successorib. capite minuti, ad quos bona eius peruenerũt, exceptio proposita non competit. Quæ regula approbatur l.2.in prin.ibi: dabitur.ff.de capite minutis. cuius uerba uide ſ.quæst.prox.in prin.

Concordat l.7.§.si libertate.ibi: sed utilis.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.quæst.prox.in prin.

## DE CAVSIS LIBERATIONUM IN RE PIGNORI OBLIGATA CONTINGENTIBUS. Cap. XXII.

PReter causas liberationum hactenus descriptas, sunt & aliæ quæ in re pignori obligata consistunt, hoc capite enumerandæ. Harũ prima hæc est: Si creditor pignus uendiderit. hoc enim casu debitũ petẽti obstat exceptio. Quæ causa approbatur l.26.ff. de solutionib. his uerbis: Si creditor fundũ pignoratũ uendiderit, & quãtũ ei debebatur, receperit: debitor liberabitur. Sed etsi acceptũ emptori preciũ tulisset creditor, uel ab eo stipulatus esset: debitor nihilominus liberabitur. Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi creditor preciũ ex distractione pignoris non acceperit. Hæc exceptio ap.pbatur l.9. in prin.ff.de distract. pignor. his uerbis: Quæsitum est, si creditor ab emptore pignoris preciũ seruare nõ potuisset: an debitor liberatus esset? Paulus. Putauit, si nulla culpa imputari creditori possit, manere debitorẽ obligatũ: quia ex necessitate facta uenditio non liberat debitorem, nisi pecunia percepta. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi culpa sua creditor preciũ non accipiat. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Si nulla culpa imputari creditori possit. Altera replicatio est: Nisi creditor emptori precium remiserit. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.26. paulo superius propositis hisce: Sed etsi acceptum emptori preciũ tulisset creditor, uel ab eo stipulatus esset: debitor nihilominus liberabitur. Tertia replicatio est: Nisi creditor nouandi animo precium ab emptore sit stipulatus. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.26. iam propositis hisce: Vel ab eo stipulatus esset, &c. Secunda exceptio est: Nisi creditor ex distractione pignoris non tantum receperit, quantũ sibi debetur. hoc enim casu id quod ei deest, persequi non prohibetur. Quæ exceptio elicitur ex uerbis dictæ l.26.ſ.propositis hisce: Et quantum ei debebatur, receperit. Cui concordat l.9.§.fin.ff.de distract.pignor. his uerbis: Pomponius Lectionũ libro secũdo scripsit ita: Quod in pignoribus dandis adijci solet, ut quo minus pignus uenisset, reliquum debitor redderet: superuacuũ est. quia ipso iure ita se res habet, etiã nõ adiecto eo. Concordat l.28.ff.si certũ petatur, his uerbis: Creditor qui nõ idoneum pignus accepit, non amittit exactionẽ eius debitę quantitatis, in quam pignus nõ sufficit. Item concordat l.3.C.de distract.pignor. his uerbis: Hypothecis uel pignoribus à creditore uenundatis, in id quod deest, aduersus reum uel fideiussorem actio competit. Concordat item l.9.in fine.C.eod.tt. cuius uerba uide ſ.lib.40.quæst.5.reg.1. Item concordat l.3. ibi: sed siquidem. C. de iure do-

minij

*minij impetr. cuius uerba uide s. libro 40. capite 6. reg. 12. Item concordat l. 10. C. de action. & obligat. his uerbis:* Aduersus debitorem electis pignoribus personalis actio non tollitur: sed eo quod de precio seruari potuit, in debitum cõputato, de residuo manet integra. *Tertia exceptio est: Nisi res uendita redhiberi, uel inempta fieri possit. Hæc exceptio approbatur l. 26. in fine. ff. de solutionibus, his uerbis:* Si seruus pignoratus à creditore uenierit: quamdiu redhiberi possit, non liberabitur debitor: sicuti ei quolibet pignore uendito, quamdiu res inempta fieri possit. *Quarta exceptio est: Nisi aliena res pignori data, uendita sit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. ff. de distract. pignor. his uerbis:* Si aliena res pignori data fuerit, & creditor eam uendiderit: uideamus, an precium quod percepit creditor, liberet debitorem personali actione pecuniæ creditæ? Quod uerè respondetur, si ea lege uendidit, ne euictionis nomine obligaretur: quia ex contractu, qualiquali obligatione interposita, certè quod occasione eius redactum est, id precium æquius proficeret debitori, quàm creditoris lucro cederet. Sed quantum quidem ad creditorem, debitor liberatur: quantum uerò uel ad dominum rei, si necdum pignus euictũ est, uel ad emptorem post euictionem, ipse debitor utili actione tenetur: ne ex aliena iactura sibi lucrum acquirat. Nam & si maiores fructus (fortè petens à fideiussore) creditor abstulit: uniuersos in quantitatem debitam accepto ferre debebit. Sed & cum per iniuriam iudicis domino rem quę debitoris non fuisset, abstulisset creditor, quasi obligatam sibi: & quæreretur, an soluto debito restitui eam oporteret debitori? Scæuola noster restituendam putauit. Quòd si non ita uendidit, ut certum sit omnimodo apud eum precium remansurũ, uerùm obligatus est ad id restituendum: arbitror interim quidem nihil à debitore peti posse: sed in suspenso haberi liberationem. Verùm si actione ex empto conuentus præstitisset precium creditor emptori, debitum persequi eum à debitore posse: quia apparuit non esse liberatum. *Planè admittitur exceptio proposita, primùm quidem, si creditor ab emptore cõuentus precium ei restituit. Quæ distinctio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Verùm si actione ex empto conuentus, &c. *Deinde admittitur exceptio proposita, si eam creditor euictionis nomine se obligasset emptori, à debitore conueniatur ad alia pignora ei restituenda: hoc enim casu per exceptionem consequi potest, ut indemnis præstetur. Quæ distinctio approbatur l. 8. §. 1 ff. de pignor. action. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 12. quæst. 1. except. 17.*

II. *Caussa: Si debitor pignoribus cesserit, eaq; creditori in solutum dederit, uel uendi iusserit. Hæc caussa approbatur l. 44. in prin. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. cap. 12. reg. 14. Concordat l. 19. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 12. quæst. 1. except. 9. Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi minus sit in pignore, quàm in debito: tunc enim creditor id quod deest, exigere nõ prohibetur. Quæ exceptio approbatur l. 28. ff. si certum petatur. cuius uerba cum concordantibus uide s. caussa prox. except. 2. Sed & concordat l. 8. §. fin. C. eodem titulo. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 9. quæst. 2. reg. 1. except. 16. Item concordat l. 2. C. de pignoribus, his uerbis:* Debitor qui pignoribus profitetur se creditoribus cedere, nihilomagis liberabitur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi creditor dixerit, se pignore contentum fore. Quæ replicatio approbatur l. 15. §. si pignora. ibi: nam etsi. ff. de re iudicata. cuius uerba uide s. lib. 8. cap. 5. de executione, quæst. 6. reg. 3.*

III. *Causa: Si debitor rem pignori datam creditori legauerit. Hæc reprobatur l. 87. ff. de leg. 2. his uerbis:* Paulus ait, creditorem cui res pignoris iure obligata à debitore legata esset, non prohiberi pecuniam creditam petere, si uoluntas testatoris compensare uolentis euidenter non ostenderetur. *Planè admittitur caussa proposita, si compensandi debiti caussa pignus creditori sit legatum. Quæ distinctio apparet ex uerbis iam propositis.*

IIII. *Causa: Si res pignori data creditori sit addicta. Hæc causa ipso quidem iure approbatur, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi minus sit in precio pignoris, quàm in debito. Quæ exceptio approbatur l. 3. §. sed si quidem minus. C. de iure dom. impetr. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 6. reg. 12. Cõcordant ea quæ proposita sunt s. causa 1. except. 2.*

V. *Causa: Si creditor omissa personali actione, pignus petierit. Hæc causa reprobatur l. 10. C. de action. & obligat. cuius uerba uide s. causa 1. except. 2.*

VI. *Causa: Si creditor pignus persequendo litis æstimationem à possessore est consecutus. Hæc causa approbatur l. 8. §. fin. ff. quibus mod. pignus uel hyp. soluitur, his uerbis:* Si creditor hypothecaria usus, à possessore litis æstimationem consecutus fuerit, & à debitore petatur debitum: puto doli mali exceptionem ei obstaturã.

VII. *Causa: Si creditor pignus persequens succubuit. Hæc causa reprobatur l. 1. §. fin. C. si aduersus creditorem. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 40. cap. 8. quæst. 10. reg. 3.*

VIII. *Causa: Si res pignori data apud creditorem periit. Hæc causa approbatur l. 4. §. item quæritur ff. de doli mali exc. his uerbis:* Quæritur, si uniones tibi pignori dedero, & conuenerit ut soluta pecunia uniones redderentur, & hi uniones culpa tua perierint, pecuniãq; petas: an exceptione sis repellendus? Et extat Neruę & Atilicini sententia, dicẽtium ita esse ex-

cipiendum: Si inter me & te non conuenit, ut soluta pecunia uniones mihi reddātur. Sed est uetius, exceptionem doli mali nocare debere. *Planè huius causæ exceptio hæc est: Nisi sine dolo uel culpa creditoris res perierit. Quæ exceptio approbatur l. 5.C. de pignor. actione. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 40. cap. 12. quæst. 1. except. 1. Sed & cōcordat l. 25. C. de pignorib. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 8. quæst. 10. reg. 3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi conuenerit, ut amißio pignorum liberet debitorem. Quæ replicatio approbatur d. l. 5. in fine.*

I X. *Caussa: Si creditor consenserit debitorem pignus alienare, uel alij pignori dare. Hæc causa reprobatur l. 21. ff. quib. mod. pignus uel hypoth. soluitur. cuius uerba uide s. li. 40. ca. 5. causa 21. distinct. 1. in prin.*

X. *Causa: Si creditor debitori pignus reddidit. Et hæc causa reprobatur l. 3. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 2. diuis. 4. specie 1. Planè admittitur causa proposita, si hoc animo pignus redditum sit, ut & debitū remitteretur. Quæ distinctio approbatur d. l. 3. in fine. Cui concordat l. 1. in fine. ff. de liberat. legata.*

## *DE RELIQVIS CAVSIS liberationum. Cap. XXIII.*

*HActenus octodecim caussæ liberationum propositæ sunt atq; descriptæ: scilicet solutio, acceptilatio, nouatio, rei iudicatæ exceptio, obligationū confusio, rei debitæ interitus, bonorum ceßio, capitis deminutio, cum decem caußis liberationum in re pignori obligata consistentibus. Præter has autem sunt & aliæ caussæ plures, ex quibus liberatio contingit, & obligatio ab initio utiliter contracta dissoluitur partim ipso iure, partim etiam exceptionis ope: quæ in hoc capite proponentur.*

X I X. *Caussa: Si inter debitorem & creditorem postea in contrariū conuenit: ex priore contractu agenti creditori exceptio pacti conuenti obstabit. Quæ caussa approbatur l. 80. ff. de solutionibus. cuius uerba uide s. cap. 5. quæst. 3. Concordat l. 95. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 6. exceptione 10. Item concordat Inst. quib. mod. tollitur obligat. §. fin. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 3. exceptione 47. in prin. Itē concordat l. ab emptione. 57. ff. de pactis. cuius uerba uide d. except. 47. Concordat item l. 35. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 5. repl. 14. dupl. 2. De exceptionibus huius caussæ uide d. except. 47. item lib. 37. cap. 5.*

X X. *Causa: Si creditor instituta semel actione destitit, eamq; remisit. Hæc causa approbatur l. 15. §. si negauerit, in fine. ff. ad l. Iuliam de adulterijs, hisce uerbis:* Fortius dicitur, eū q se negauerit acturū, postea nō audiendū. *Concordat l. 14. §. si uenditor. ff. de aedilitio edicto. cuius uerba uide s. li. 42. cap. 4. quæst. 3. except. gener. 7. Item concordat l. 4. C. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 5. in prin. Itē concordat l. 6. C. de his qui accusare nō poßunt. cuius uerba uide s. lib. 3. cap. 2. quæst. 5. exc. 16. Cōcordat item l. 2. ff. ad S.C. Turpill. cuius uerba uide d. exc. 16. Itē concordat l. 20. §. fin. cum lege sequente. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 4. quæst. 4. except. 28. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi differendæ actionis, nō remittēdæ animo destitit. Quæ exceptio approbatur l. 10. ff. de iudicijs. cuius uerba cum concordantib. uide s. lib. 3. cap. 12. quæst. 2. except. 1.*

X X I. *Causa: Si creditor debitū se recepisse scripserit. Hæc causa reprobatur per ea quæ proponuntur s. lib. 7. cap. 3. quæst. 8. specie 2. except. 3.*

X X I I. *Causa: Si instrumentum obligationis uel chirographū debitor receperit. Hæc causa approbatur l. 2. ff. de pactis. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 2. diuis. 6. specie 1. Cōcordat l. 3. §. 1. ff. de liberat. legata, his uerbis:* Iulianus lib. XL. Digestor. scribit, Si qs decedēs chirographū Seij Titio dederit, ut post mortē suā Seio det: aut si cōualuisset, sibi redderet: deinde Titius defuncto donatore, Seio dederit, & hæres eius petat debitū: Seium doli exceptionē habere. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi contra uoluntatē creditoris debitor cautionē receperit. Quæ exceptio approbatur l. 15 C. de solut. his uerbis:* Quòd debitori tuo chirographū redditū cōtra uoluntatē tuā adseueras, nihil de iure tuo deminutū est. Quibuscūq; itaq; argumētis iure pditis hanc obligationē tibi probanti, eum pro huiusmodi facto liberationē minimè consecutum iudex ad solutionem iure debiti compellet. *Concordat l. 14. C. eod. tit. cuius uerba uide s. lib. 7. cap. 3. quæst. 8. in prin. Secunda exceptio est: Nisi procurator chirographa à creditoribus redempta domino restituerit: per hoc enim non uidetur procuratori solutum, uel actio mandati ab eo remissa. Quæ exceptio approbatur l. 18. C. de solutionib. cuius uerba uide s. lib. 7. cap. 2. quæst. 5. reg. 5. except. 3.*

X X I I I. *Causa: Si chirographum sit cancellatum. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur l. 24. ff. de probationibus, his uerbis:* Si chirographū cancellatum fuerit, licet præsumptione debitor liberatus esse uideatur: in eam tamen quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi ostendit, rectè debitor cōuenitur. *Ait Iurisconsultus:* Licet præsumptione debitor liberatus esse uideatur. *Hisce uerbis causa proposita approbatur. cuius exceptio prima hæc est: Nisi non debiti remittendi animo cancellatum esse probetur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* In eam tamē quantitatē, &c. *Altera exceptio est: Nisi per errorem calculi rationes expunctæ sint. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur J. lib. prox. cap. 1. quæst. 1. causa 6. cuius replicatio hæc est: Nisi decem uel uiginti anni præterierint de qua uide d. causa 6.*

X X I I I I. *Caussa: Si instrumentum obligationis sit amissum. Hæc causa reprobatur per ea quæ proponuntur s. lib. 37. cap. 3. except. 48. item lib. 7. cap. 2. quæst. 3. reg. 8.*

XXVI. *Caussa: Si instrumentum obligationis nullum intercesserit. Hæc caussa reprobatur per ea quæ proposita sunt ʒ.d.cap.5.except.11.*

XXVI. *Caussa: Si cum alicui ex aliqua caussa, puta iudicati, deberetur, is eidem debitori aliam pecuniam crediderit, nec in cautione pecuniæ creditæ sit adiectum: Præter eam pecuniam, quæ ex caussa iudicati debetur. Hæc caussa reprobatur l.28. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Lucio Titio, cum ex caussa iudicati pecunia deberetur, & eidem debitori aliam pecuniam crederat: in cautione pecuniæ creditæ non adiecit, Præter eam pecuniam debitam sibi ex caussa iudicati. Quæro, an integræ sint utræque Lucio Titio petitiones? Paulus respondit, nihil proponi cur non sint integræ.

XXVII. *Caussa: Si res debita ad creditorem peruenerit. De hac caussa uide ʒ.lib.38.cap.5.except.16. item lib.32.cap.11.caussa 17.*

XXVIII. *Caussa: Si debitor pecuniam oblatam iussu creditoris alibi posuit. Hæc caussa approbatur l.79.ff.de solutionibus, his uerbis:* Si pecuniam quam mihi debes, aut aliã rem, meo in conspectu ponere te iubeam: efficitur ut & tu statim libereris, & mea esse incipiat. Nam tunc, quòd à nullo corporaliter eius rei possessio detinetur, adquisita mihi, & quodammodo manu longa tradita existimanda est. *Concordat l.19.ff. eod.tit. cuius uerba uide ʒ.cap.19.except.22.repl.3. Item concordat l.18.§. si uenditorem.ff.de adq.possess. cuius uerba uide ʒ.lib.23.cap.2.caussa 8.*

XXIX. *Caussa: Si creditor aliqua obligatione sit liberatus à debitore. Hæc caussa approbatur l.115. ff.de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide ʒ.cap.8.repl.8.*

XXX. *Caussa liberationis est, debiti compensatio. de qua uide ʒ.lib.36.cap.13.*

XXXI. *Caussa: Si in eum casum inciderit obligatio, à quo incipere non potuit. Hæc caussa approbatur, exemplis declaratur & distinguitur per ea quæ proponuntur ʒ.lib.32.cap.5.in prin.*

XXXII. *Caussa: Si creditor debitorem suum adrogauerit, uel aliàs dominium eius sit nactus. Hæc caussa species est caussæ proximæ præcedentis, cuiq; exceptio prima hæc est: Nisi creditor arrogati debitoris nomine ab alio de peculio conueniatur. tunc enim id quod sibi antea debuit, potest deducere. quæ exceptio approbatur l.7. ff. de peculio legato. cuius uerba cum cõcordantibus uide ʒ.lib.45.cap.12.quæst. 2.reg.1.except.8. Altera exceptio uidetur: Nisi debitor adrogatus, rursus fuerit sui iuris effectus. Sed hæc exceptio reprobatur l.2.§.penul.ff.de capite minutis. cuius uerba uide ʒ.cap.21. quæstion.1. except.5. replication.2. Planè admittitur exceptio proposita, si sui iuris effectus debitum soluerit, l.83.ff.de solut. cuius uerba uide ʒ.lib.49.cap.8.except.10.*

XXXIII. *Caussa: Si debitor desierit esse soluendo. Hæc caussa approbatur l.6.ff.de dolo malo. his uerbis:* In nullam actionem uidetur habere, cui propter inopiam aduersarij inanis est actio. *Planè caussa proposita liberat quidem à solutione pecuniæ, cum nemo ad impoßibile sit obligatus: at non liberatur debitor à pœna corporali, & quo minus in carcerem detrudatur: nisi bonis cesserit. l.1. C. qui bonis cedere poss. cuius uerba uide ʒ. cap.20. quæst.1. except. 7. Quod primæ exceptionis loco notandum. Secundæ exceptionis loco notandum, quòd ex caussa proposita eis qui pro debitore interuenerunt, exceptio non detur. Inst.de replicationibus.§.fin. cuius uerba uide ʒ. cap.1.quæst.7.reg.4. exception.3.*

XXXIIII. *Caussa: Si area aliena promissa, dominus in ea ædificium posuerit. Hæc caussa reprobatur l.98.§.aream. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ʒ.lib.37.cap.5.except.21.repl.4 dupl.1.*

XXXV. *Caussa: Si creditor ad extorquendum debitum debitori uim adhibuit. Hæc caussa approbatur l.13. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Extat decretum diui Marci in hæc uerba: Optimum est, ut si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris. Et cum Marcianus inde diceret: Vim nullam feci. Cæsar dixit: Tu uim putas esse solùm, si homines uulnerentur? uis est & tunc, quoties quis id quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris, non ab ipso spontè sibi datam, sine ullo iudice temerè possidere uel accepisse, sibiq; ius in eam rem dixisse: ius crediti non habebit. *Concordat l.12. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ʒ. lib. prox.cap.2.quæst.3. except.18. Item concordat l.7.ff. ad l. Iul.de ui priuata, his uerbis:* Creditores, si aduersus debitores suos agãt, per iudicem id quod deberi sibi putant, reposcere debent. Alioquin si in rem debitoris sui intrauerint, nullo id concedente: diuus Marcus decreuit, ius crediti eos non habere. Verba decreti hæc sunt: Optimum est, ut si quas putes te habere petitiones, actionibus experiaris. Interim ille in possessione debet morari, tu petitor esse. Et cum Martianus diceret: Vim nullam feci. Cæsar dixit: Tu uim putas esse solùm, si homines uulnerentur? Vis est & tunc, quoties quis id quod deberi sibi putat, nõ per iudicem reposcit. Non puto autem nec uerecundiæ, nec dignitati, nec pietati tuæ conuenire, quidquam non iure facere. Quisquis igitur probatus mihi fuerit, rem ullam debitoris, non ab ipso sibi traditam, sine ullo iudice temerè possidere uel accepisse, sibique ius in eam rem dixisse: ius crediti non habebit. *Concordat item Inst.ui bonor.raptor.§. sed nedum talis. cuius uerba uide ʒ. lib.46.cap.9.quæst.1. exception.5. Item concordat Inst.de interdictis.§.re-*

*cuperandæ.ibi:sed ex constitut.cuius uerba uide 3̄.lib. 23.cap.5.quæst.4.diuis.2.Item concordat l. 6. C.unde ui,bis uerbis:* Meminerint cuncti,siue uulgato rescripto mansuetudinis nostræ, siue sententia cuiuslibet iudicis utantur, in caussis conueniendos dominos locorum esse: aut si fortè defuerint, actores eorum ad insinuandas sententias, procuratoresq; quærendos: ne inde iniuriarum nascatur occasio,unde iura nascuntur. Quòd si præcepta nostra implere neglexerint: omni negocio, de quo iurgare cœperant, priuabuntur. *Concordat item l.7. C.eod.tit.cuius uerba uide 3̄.lib.23.cap.11.question.2.regul.8.Item concordat l.unica. §.fin. C.de suffragijs. cuius uerba uide 3̄.lib.5.cap.5.quæst.6.in prin. Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi non ipse creditor, sed alius, puta tutor uel curator eius, debitori uim fecerit, quæ exceptio approbatur d. l.2. §. fin autem. C. unde ui, bis uerbis:* Si habito plerunque colludio curatores uel tutores minorum his rem debitam ea occasione inuadant, ut pupillis uel adultis iurgandi copia & fructus adimatur:his eatenus subuenimus, ut eosdem non atterat damno culpa temeritatis alienæ: sed illico quidem possessio ei à quo ablata est, reddatur: curatores autem uel tutores æterna deportatione punitos, bonorum quoque publicatio persequatur.

XXXVI. *Caussa: Si debitor, creditore pecuniam oblatam accipere recusante, obsignatam eam deposuit. Hæc caussa approbatur per ea quæ proponuntur 3̄.cap.19.exception.11.replication.3. duplication.2.*

XXXVII. *Caussa: Si cum ad tempus obligatio constituta esset, tempus illud sit finitum. Hæc caussa ipso quidem iure liberationem non parit, sed exceptionis ope, l.43.§.placet.ff. de action. & obligat. cuius uerba uide 3̄.lib.36.cap.2.diuis.8.Concordat l.56. §. qui ita stipulatur. ibi: quemadmodum &c. ff.de uerb. obligat. cuius uerba uide 3̄. lib.37. cap.5. repl.14.dupl.1.*

XXXVIII. *Caussa: Si creditor in iure interrogatus, nihil sibi deberi responderit. Hæc caussa approbatur l.30.in princip.ff. de donationibus, bis uerbis:* Quidam in iure interrogatus, nihil sibi debere tutoris hæredes respondit. Eum actionem iure amisisse, Papinianus respondit: licet enim non transactionem, sed donationis hæc uerba esse quis accipiat: attamen eum qui in iure confessus sit, suam confessionem infirmare non posse. *Plura de hac caussa uide 3̄.lib.7.cap.5.*

XXXIX. *Caussa: Si creditor in iudicio plus petierit. Hæc caussa approbatur quidem iure antiquo, uerùm iure nouo sublata est Inst.de actionib.§. si quis agens. cuius uerba cum alijs huc pertinentibus uide 3̄.lib.36.cap.8.reg.9.*

XL. *Caussa: Si creditor debitoris heredibus dolo persuasit, ut hereditatem minus idoneam adirent. Hæc caussa approbatur l. ult. ff.de dolo malo.cuius uerba uide ℑ. lib. proxim. cap. 3. question. 4. caussa 2.*

XLI. *Caussa: Si tempus actionis sit finitum. hoc enim casu præscriptione temporis actio eliditur. de qua uide 3̄. lib. 36. cap.15. Hactenus de caussis seu modis liberationum, quibus obligatio ab initio utiliter contracta, ex pòst facto infirmatur. Sed & plures huiusmodi caussas uide 3̄. lib.37.cap.3.except.42. cum sequentibus.item lib.38.cap.5.item lib. 32.cap.6. cum sequentibus.*

LIBRI QVADRAGESIMIOCTAVI
FINIS.

DIGESTO-

# DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSNONVS:

## *DE CAVSSIS SEV MODIS, QVIBVS amissa iura recuperantur.*

*Hactenus de caussis seu modis, quibus iura tam adquiruntur, quàm adquisita retinentur. Consequens nunc erat dicere de ijs caussis seu modis, quibus iura amittuntur: uerùm cum eædem sint amittendi iuris caussæ, quæ & adquirendi, de quibus hactenus dictum est: & de alienatione similibusq; caussis, quibus dominium amittitur, suprà lib. 21. cap. 4. satis sit dictum: nec non de caussis seu modis, quibus possessio, usufructus, seruitutes & similia iura amittuntur, antea quoq; dictum sit: hic peculiari istiusmodi caussarum tractatu opus non est. Sanè de capitis deminutione & captiuitate, quæ & ipsa amittendi iuris caussa sunt, infrà libro ultimo dicetur. Nunc de caussis seu modis, quibus amissa iura recuperamus, nobis est dicendum.*



### *DE IN INTEGRVM RESTItutionibus. Cap. I.*

#### I. CAVSSAE EX QVIBVS in integrum restitutio competit?



*Numerantur hæ l. 1. cum lege sequente. ff. de in integr. restitut. his uerbis:* Vtilitas huius tituli non eget commendatione. Ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurifariã Prætor hominibus uel lapsis, uel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captionem: siue per status mutationem, aut iustum errorem. *Ait Iurisconsultus:* Siue metu. *Hic prima caussa in integrum restitutionis notanda, de qua J. cap. prox. dicetur. Ait insuper:* Siue calliditate. *Altera caussa hic notanda, de qua J. cap. 3. Ait item:* Siue ætate. *Hæc est tertia caussa, de qua J. cap. 4. Ait item:* Siue absentia. *Quarta caussa hic notanda, de qua J. cap. 5. Ait demum:* Siue per status mutationem. *Quinta caussa, de qua uide S. lib. prox. cap. 21. quæst. 2. except. 1. Ait deniq; Iurisconsultus:* Aut iustum errorem. *Hisce uerbis sexta caussa in integrum restitutionis continetur, de qua dicetur J. cap. 6. Sed & de ea dictum quoq; S. lib. prox. cap. 3. item S. lib. 36. cap. 3. except. 10. item l. 37. cap. 3. except. 15. Eiusq; exemplum proponitur in errore calculi l. unica. C. de errore calculi, his uerbis:* Errorem calculi, siue ex uno contractu, siue ex pluribus emerserit, ueritati non afferre præiudicium, sæpe constitutum est. Vnde rationes etiam sæpe computatas denuò retractari posse, si res iudicatæ non sunt, uel transactio non interuenit: explorati iuris est. Sed etsi per errorem calculi uelut debitam promisisti quantita-



tem, cum esset indebita: cõdictio liberationis tibi competit. *Planè huius caussæ, quoad errorem calculi, exceptio hæc est: Nisi decem uel uiginti annorum præscriptio obstet. quæ replicatio approbatur l. 13. in fine. ff. de diuersis tẽporal. præscript. cuius uerba uide J. quæst. 5. except. 2. Hæc de caussis in integrum restitutionis. Sed & plures huiusmodi caussas uide J. cap. 5.*

#### EXCEPTIO PRAECEDENTIVM caussarum generalis.

*Planè iam dictarum caussarum & similium exceptio generalis hæc est: Nisi minima res uel summa sit, ob quam in integrũ restitutio petitur. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. de in integrum restitut. his uerbis:* Scio illud à quibusdam obseruatũ, ne propter minimam sanè rem uel summam (si maiori rei uel summæ præiudicetur) audiatur is qui in integrum restitui postulat. *Concordat l. 54. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Res bona fide uendita, propter minimam caussam inempta fieri non debet. *Ait Iurisconsultus:* Si maiori rei uel summæ præiudicetur. *De hac re uide S. lib. 7. cap. 8. quæst. 1. reg. 3.*

#### II. QVIBVS COMPETIT IN integrum restitutio?

*I. Regula, De successoribus, proponitur l. 6. in prin. ff. de in integrum restitutionib. his uerbis:* Non solùm minoris, uerùm eorum quoq; qui Rei publicæ caussa abfuerunt: item omnium qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrũ restitui possunt, ut sæpissimè constitutum est. Siue igitur hæres sit, siue is cui hæreditas restituta est, siue filijfamiliâs militis successor, in integrum restitui potest. *Reliquas propositæ quæstionis regulas uide in capitibus sequentibus.*

III. PER QVOS IN INTEGRUM restitutio peti potest?

*Etiam per procuratorem in integrum restitutio peti potest. quae regula approbatur l. unica. C. etiam per procuratorem, &c. his uerbis:* Caussam in integrũ restitutionis, si qua competit, etiã per procuratorem agi posse, placet.

IIII. VBI ET APVD QVEM cognitio in integrum restitutionis competat?

I. *Regula: Ibi, ubi domicilium reus habet, in integrum restitutio petenda. quae regula approbatur l. 2. C. ubi & apud quem cognitio, &c. his uerbis:* Quoniam ea quae in translatione dari placuerat, te tradidisse proponis: consequens est, si de his repetendis per in integrum restitutionem, uel quamcunq; aliam caussam putaueris agendum: eius adire te prouinciae praesidem, in qua domicilium habent quos conuenis. *Plura de quaestione proposita uide 3. cap. 4. quaest. 7.*

II. *Regula. De iudicibus delegatis & compromissarijs, proponitur l. 3. C. d. tit. his uerbis:* Cum sciamus esse dubitatũ de restitutionibus, quę in integrum postulantur, siue tantummodo apud iudicem, cui aliqua iurisdictio est, examinari eas oportet, siue & apud pedaneos iudices: siue eas minores uiginti quinq; annis petierunt, siue maiores: secundum quod anterioribus sanctionibus uel ueteris iuris, uel nostris declaratum est: sancimus, non solùm apud iudices pro tribunali huiusmodi caussae cognitionem proponi, sed etiam apud eos iudices, quos Augustalis dederit maiestas, aut nostrae rei pub administratores, uel in hac regia urbe, uel in prouincijs: ut uidsatur ipse qui iudicem destinauerit, utpote pro tribunali cognoscens, in integrum dare restitutionem, & caussas eius examinare. Sic etenim non difficilis erit caussarum examinatio. Sed ne quis ita effusè intellectum nostrae constitutionis audeat esse trahendum, ut etiã apud compromissarios iudices, uel arbitros ex communi sententia electos, uel apud eos qui dantur à iudicibus, qui propriam iurisdictionem non habeant, sed tantummodo iudicãdi facultatem, putet huiusmodi extendi sanctionem: hos tantùm generaliter uolumus tales caussas dirimere, qui uel certae administrationi, cui & iurisdictio adhaeret, praepositi sunt, uel ab ijs fuerint dati: & multo magis si à nostra maiestate delegata eis caussarum sit audientia. Sed ne quid penitus dubitandum relinquatũt, & hoc addendum esse censemus, ut eis tantùm quos suprà memorauimus, liceat de in integrum restitutione disceptare: siue hoc specialiter eis fuerit mandatum (quod & ueteribus non fuerat incognitum) uel si generaliter iudices dati sunt, uel in alijs speciebus inciderit quaedam quaestio restitutionis.

III. *Regula: Si contra sententiam procuratoris Caesaris restitutio postuletur, solus princeps iudex competens est. quae regula approbatur l. 1. C. d. tit. his uerbis:* Si quid à Procuratore meo iudicatum est, id per in integrum restitutionem Praesidis sententia non potest rescindi. Princeps enim solus contra sententiam procuratorum suorum in integrum restituere solet.

V. QVAMDIV IN INTEGRVM restitutio peti potest?

*Intra quadriennium competit haec petitio. quae regula approbatur l. ult. C. de tempor. in integr. restit. his uerbis:* Superuacuam differentiam utilis anni in integrum restitutionis à nostra Repub. separantes, sancimus, & in antiqua Roma, & in hac alma urbe, & in Italia, & in alijs prouincijs quadriennium continuum tantummodo numerari ex die, ex quo annus utilis currebat: & id tempus totis locis esse commune. Ex differentia enim locorum aliquod induci discrimen, satis nobis absurdum uisum est. Quod non solùm in minorum restitutionibus (quibus utilis annus incipit currere, ex quo uicesimi sexti anni dies illuxerit) sed etiam in maiorum hoc idem adhiberi sancimus, ut hic pro utili anno memorata continuatio temporis obseruetur ad interponendam contestationem, finiendamque litem. Et quemadmodum omnis minor aetas excipitur in minorum restitutionibus: ita & in maiorum, tempus In quo Reipublicae caussa abfuerint, uel alijs legitimis caussis, quae ueteribus legibus enumeratae sunt, fuerint occupati, omne excipiatur: & sit non absimilis in hac parte minorum & maiorum restitutio. *Huius regulae exceptio prima haec est: Nisi propter aliquam caussam, ex qua in integrum restitutio decerni solet, intra quadriennium petita restitutio non sit. quae exceptio approbatur uerbis d. l. 7. iam propositis hisce:* Et quemadmodum omnia, &c. *Concordat l. 1. C. eod. tit. his uerbis:* In his in quibus laesus es, cum minor annis uiginti quinq; esses: toto militaris expeditionis tempore auxilium restitutionis postulare potes. Tẽpus enim post impletam minorem aetatem praestitutum, ex die missionis iuxta rationem iuris computari debet. *Concordat l. 2. C. eod. tit. his uerbis:* Si intra legitimam aetatem, uel ea impleta, nondum exacto tempore praestituto, pater tuus in fata concessit, tuque ei haeres extitisti, & intra uiginti quinque annos,

annos, uel poſt eam ætatem intra id tempus, quod ad in integrum reſtitutionem defuncto ſupererat, nomen militiæ dediſti: præſes prouinciæ cauſſa cognita per in integrum reſtitutionem ex perſona defuncti ſubueniri tibi prouidebit. *Concordat item l.3.C.eod.tt.bis uerbis*: Si intra annos quibus in integrum reſtitutionis auxilium indulgetur, conſtitutus es, uel eo tempore nomen militiæ dediſti, & expeditione occupatus es: continuato beneficio reſtitutionis per uſucapionem, licet ante militiam ſuppleta ſit, non patimur te diſpendio rei familiaris affligi. *Concordat item l.4. C.eod. tt. bis uerbis*: Ex perſona fratrum, ſi tibi eorum quæſita eſt ſucceſſio, potes contra quem ſupplicas agere: non ignorans, quòd ſi minores quinque & uiginti annis militauerint fratres tui, atq; in militia defuncti ſunt, in integrum reſtitutionis tempus eis non ceſſerit, ſed omne ad ſucceſſorem tranſmiſerint. *Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi propter errorem calculi in integrum reſtitutio petatur. hoc enim caſu etiam poſt uiginti annos reſtitutio peti poteſt. quæ exceptio approbatur l.8.ff.de adminiſtr.rerum ad ciuitates pertin. bis uerbis*: Calcularij erroris retractatio etiam poſt decennij aut uicennij tempora admittetur. Sed ſi gratioſè expunctæ dicentur: non retractabuntur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt. Niſi reipub. rationes ſint. quæ replicatio approbatur l.13. in fine. ff. de diuerſ. temp. præſcript. bis uerbis*: Reipub. rationes ſubſcriptæ & expunctæ aduerſus eum quidem, qui adminiſtrauerit, ultra uiginti: aduerſus uerò hæredem, ultra decem annos retractari non poſſunt. *Plures propoſitæ regulæ exceptiones uide J.cap.4. quæſt.11. Sed & plura de regula propoſita uide J.cap.5.quæſt.7.*

## VI. ADIVNCTA ET EVENTUS IN INTEGRUM RESTITUTIONIS.

I. Regula: *Cauſſa cognita, in integrum reſtitutio decerni ſolet. quæ regula approbatur l.3. ff. de in integr. reſtit. bis uerbis*: Omnes in integrum reſtitutiones cauſſa cognita à Prætore permittuntur: ſcilicet ut iuſticiam earum cauſſarum examinet, an ueræ ſint, quarum nomine ſingulis ſubuenitur.

II. Regula, *De dilatione danda, proponitur l.6. C.de tempor. in integrum reſtitut. bis uerbis*: Petendæ in integrum reſtitutionis temporibus obſeruatis, ſi dilatio ab actore petatur, quæ intra metas reſtitutionis ualet arctari: eandem quocunq; flagitante cauſſa cognita tribui oportebit. Sin uerò eiuſmodi poſtulantur curricula, quæ intra ſpacium receptum anguſtari non queunt (quippe ſi in confinio legitimi temporis petantur) & eius terminos prorogabunt: dilationem petitori denegari conueniet. In eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cum petitæ dilationis mora ſpacio ſuperſtite poſſet includi. Quòd ſi defenſio rei dilationis ſuffragium poſtulauerit: eandem adſerta cauſſa citra obſtaculum temporis deferri ſancimus. quia nequaquam ſteterat in ipſius poteſtate, quando litigio pulſaretur. Dari igitur debet, etſi impetrata dimenſio ſeſe ultra temporis definitionem proferat, qua dilatione, ſi à reo impetratur, etiam actor in requirendis probationibus uti minimè prohibebitur.

III. Regula: *Pendente lite in integrum reſtitutionis, omnia in ſuo ſtatu eſſe debent. quæ regula approbatur l. unica. C. in integr. reſtitut. poſtulata, ne quid noui fiat, bis uerbis*: Poſtulata in integrum reſtitutione, omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finiatur, perſpicui iuris eſt: idque curabit is ad cuius partes ea res pertinet.

IIII. Regula: *Non uidetur re excluſus, in integrũ reſtituendus. quæ regula approbatur l.5.ff. de in integr. reſtitut. bis uerbis*: Non uidetur re excluſus, quem Prætor in integrum reſtituturum ſe pollicetur.

V. Regula: *In integrum reſtitutus omnia quæ accepit, reſtituere tenetur. quæ regula approbatur l. unica. C. de reputationib. quæ fiunt in iudicio in integr. reſtitut. bis uerbis*: Qui reſtituitur in integrum, ſicut in damno morari non debet, ita nec in lucro. Et ideo quidquid ad eum peruenit uel ex emptione, uel ex uenditione, uel ex alio contractu: hoc debet reſtituere. Sed etſi interceſſor minor uiginti quinque annis interuenerit, in ueterem debitorem reſtitui debet actio. Sed & cum minor adijt hæreditatem, & reſtituitur: mox quidquid ad eum ex hæreditate peruenerit, debet præſtare. Verùm & ſi quid dolo eius factum eſt, hoc eum præſtare conuenit. *Plura de regula propoſita uide J. cap. 4. quæſt.14. Hæc de in integrum reſtitutionibus in genere ſint dicta. Sed & plura earum generalia præcepta uide J.cap.5. Nunc de ſingulis reſtitutionum cauſſis in ſpecie agendum.*

## *DE EO QVOD METUS CAUSSA GESTUM EST.*

### *Cap. II.*

PRimò: *Verba edicti quo hæc introducitur actio, proponũtur l.1.ff. quod metus cauſſa, hæc*: Ait Prætor, Quod metus cauſſa geſtum erit, ratum non habebo. Olim ita dicebatur: Quod ui metuſue cauſſa. Vis enim fiebat mentio, propter neceſſitatem impoſitam contrariam uoluntati: metus autẽ, propter inſtantis uel futuri periculi cauſſa mentis trepidatio-

trepidationem. Sed postea detracta est uis mentio: quia quodcunq; ui atroci fit, id metu quoq; fieri uideretur.

II. GENVS HVIVS Actionis.

*Arbitraria est actio. quæ regula approbatur Inst. de actionibus. §. præterea. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 8. Concordat l. 14. §. hæc autem actio. ff. quod metus caussa. cuius uerba uide j. quæst. 6. reg. 4. except. 1.*

III. CAVSSAE HVIVS actionis.

I. *Caussa, & quidem generalis est: Si quid ui metusúe caussa factum sit, per hanc actionem rescinditur. quæ caussa approbatur uerbis edicti paulo superius propositis. Concordat l. 3. in prin. ff. eod. tt. quod metus caussa, his uerbis:* Continet hæc clausula & uim, & metum: & si quis ui compulsus aliquid fecit, per hoc edictũ restituitur. *Concordat item l. ult. C. de his quæ ui metusúe caussa, his uerbis:* Venditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt, præcipimus infirmari. *Concordat item l. 6. in prin. ff. de officio præsidis, hisce uerbis:* Illicitas exactiones, & uiolentia factas uel extortas metu uenditiones, & cautiones uel sine precij numeratione, prohibeat Præses prouinciæ. *Declaratur caussa proposita definitione uis & metus, l. 1. ff. quod metus caussa. cuius uerba uide s. eod. cap. in prin. Concordat l. 2. ff. eod. tt. his uerbis:* Vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest. *Huius caussæ exempla proponuntur in caussis sequentibus.*

II. *Caussa: Si metus caussa quid uẽdidit. Hæc caussa specialis, præterquam quòd approbatur uerbis d. l. 6. & d. l. ult. iam propositis. approbatur etiam l. 23. §. si iusto. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Si iusto metu perterritus cognitione iudicis, ad quem ut uinctus iret potens aduersarius minabatur, id quod habere licebat compulsus uendidit: res suæ æquitati per præsidem prouinciæ restituitur.

III. *Caussa: Si dos metu promissa sit. Hæc caussa approbatur l. 21. §. si dos. ff. d. tt. his uerbis:* Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem: quia est uerissimum, nec talẽ promissionem dotis ullam esse.

IIII. *Caussa: Si metu coactus à contractu recesserit. Hæc caussa approbatur d. l. 21. §. si metu, his uerbis:* Si metu coactus sim ab emptione uel locatione discedere: uidendum est, an nihil sit actum, & antiqua obligatio remaneat: an hoc simile sit acceptilationi, quia nulla bonæ fidei obligatione possumus niti, cùm finita sit, dum amittitur? Et magis est, ut similis species acceptilationis sit: & ideo Prætoris nascatur.

V. *Caussa: Si metu coactus hæreditatem adijt. Hæc caussa approbatur d. l. 21. §. penult. his uerbis:* Si metu coactus adij hæreditatem, puto me hæredem effici: quia quamuis, si liberum esset, noluissem: tamen coactus uolui. Sed per prætorem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur.

VI. *Caussa: Si metu coactus hæreditatem repudiauit. Hæc caussa approbatur d. l. 21. §. ult. his uerbis:* Si coactus hæreditatem repudiem, duplici uia Prætor mihi succurrit: aut utiles actiones quasi hæredi dando, aut actioné Quod metus causa præstando: ut quam uiam ego elegero, hæc mihi pateat.

VII. *Caussa: Si quis metu coactus seruum manumisit, uel ædificium deposuit. Hæc duplex caussa approbatur l. 9. §. idem Pomponius. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Pomponius scribit, quosdam bene putare, etiam serui manumissionem, uel ædificij depositionem, quam quis coactus fecit, ad restitutionem huius edicti porrigendam.

VIII. *Caussa: Si metu coactus ultrà quàm debet, cauit. Hæc caussa approbatur l. ult. §. si fœnerator. ff. d. tt. his uerbis:* Si fœnerator inciuiliter custodiendo athletam, & à certaminibus prohibendo, cauere compulerit ultra quantitatem pecuniæ debitæ: his probatis, competens iudex rem suæ æquitati restitui decernet.

IX. *Caussa: Si quis in meo solo per uim ædificet. Hæc caussa approbatur l. 9. §. idem ait. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Pomponius ait, si fortè adhibita manu in meo solo per uim ædifices, & interdictum Quod ui aut clàm, & hoc edictum locum habere: scilicet quoniã metu patior id te facere.

X. *Caussa: Si metu coactus possessionem alij tradiderit. Hæc caussa approbatur d. §. idem ait, his uerbis:* Si per uim tibi possessionem tradidero: dicit Pomponius, huic edicto locum esse.

XI. *Caussa: Si metus caussa fundũ reliquerit. Hæc caussa approbatur, simul & distinguitur d. l. 9. §. 1. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 23. cap. 11. quæst. 4. caussa 7. except. 1.*

XII. *Caussa: Si metu coactus quis cauit. Hæc caussa approbatur l. 7. C. de his quæ ui metusúe caussa, his uerbis:* Si donationis, uel transactionis, uel stipulationis, uel cuiuscunq; alterius contractus obligationis confectum instrumentum, metu mortis, uel cruciatu corporis extortum, uel capitales minas pertimescendo, adito præside prouinciæ, probare poteris: hoc ratum haberi secundum edicti formam non patietur. *Concordat l. 21. §. si fœnerator. ff. quod metus caussa. cuius uerba uide s. caussa 8. Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi debitum cautum sit. Hæc exceptio approbatur exemplo pignoris metus caussa dati, l. 4. C. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide s. lib. 23. cap. 11. quæstion. 4. exception. 20.*

XIII. Caus-

XIII. *Caussa: Si quis coactus lusit. Hæc caussa approbatur l.1.§.fin.cum lege sequente.ff.de aleatoribus, his uerbis:* Prætor ait, In eum qui aleæ ludendæ caussa uim intulerit, utique quæ res erit, animaduertam. Hæc clausula pertinet ad animaduersioné eius qui cõpulit ludere, ut aut mulcta mulctetur, aut in latumias uel in uincula publica detur. Solent enim quidam & ad lusum cogere, uel ab initio, uel uicti dum retinent.

XIIII. *Caussa: Si in carcerem detruso uel custodito quid est extortum. Hæc caussa approbatur l.penult.ff.quod metus caussa, his uerbis:* Qui in carcerem quem detrusit, ut aliquid ei extorqueret: quidquid ob hanc caussam factum est, nullius momenti est. *Concordat l.ult.§.si fœnerator.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.caussa 2.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM caussarum generales.

I. *Exceptio: Nisi meticulosus rem nullam frustra metuerit. Hæc exceptio approbatur l.6.ff.quod metus caussa, his uerbis:* Metum non uani hominis, sed qui meritò & in hominem constantissimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus. *Concordat l.7.§.1 ff.eod.tt.his uerbis:* Si quis meticulósus rem nullam frustra metuarit, per hoc edictum non restituitur: quoniam neque ui, neq; metu factum est. *Concordat item l.144.ff.de reg.iuris. cuius uerba uide s.lib.37.cap.1.except.16.repl.2.*

II. *Exceptio: Nisi minas tantùm, nullo facto interueniente, metuit. Hæc exceptio approbatur l.9.C.de his quæ ui metusúe, his uerbis:* Metum non iactationibus tantùm, uel contestatione, sed atrocitate facti probari conuenit.

III. *Exceptio: Nisi dignitatem tantùm aduersarij metuit, nullo alio actu interueniente. Hæc exceptio approbatur l.6.C.d.tt.his uerbis:* Ad inuidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet. Vnde intelligis, quòd ad metum arguendũ, per quem dicis initum esse contractũ, senatoria dignitas aduersarij tui sola non est idonea. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi subditus magistratui uel officiali uendiderit aliquid: hoc enim casu postea metu factam uenditionem asserens est audiendus. quæ replicatio approbatur l.11.C.d.tt.his uerbis:* Si per impressionem quis aliquem metuens, saltem in modico officio constitutum, rei suæ in ea prouincia uel loco, ubi tale officium peragit, sub uenditionis titulo fecerit cessioné: & quod emptũ fuit, reddatur, & nihilominus etiam pecuniæ retineantur: simili pœna seruanda, si qui uel cõiugis uel amici nominibus abutantes, prædam tamen sibi adquirunt: *Plura de hac replicatione uide s.lib.2.cap.2.reg.4. item lib.11.cap.11.reg.16.*

IIII. *Exceptio: Nisi quis non metu, sed suspicione metus inferendi quid gesserit. Hæc exceptio approbatur l.9.in prin.ff.quod metus caussa, his uerbis:* Metum præsentem accipere debemus, nõ suspicionem inferẽdi eius. Et ita Pomponius lib.XXVIII. scribit. Ait enim, metum accipiendum, si illatus est timor ab aliquo.

V. *Exceptio: Nisi non sit magnũ malum, cuius metu quid gestum est. Hæc exceptio approbatur l.5.ff.d.tt. his uerbis:* Metũ accipiendũ Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris mali. *Ait iurisconsultus* Sed maioris mali. *Quod hoc sit malum maius, cuius metus actionem propositam tribuat, definitur l.3.§.fin.cum lege sequente.ff.d.tt. cuius uerba uide J.except.14. Sed & declaratur exemplo l.8.§.quod si dederit.ff.eod.tt.his uerbis:* Quod si dederit, ne stuprũ patiatur uir seu mulier: hoc edictum locum habet: cùm uiris bonis iste metus maior, quàm mortis esse debeat. *Aliud exemplum proponitur d.l.8.§.si is accipiat, his uerbis:* Si is accipiat pecuniam, qui instrumenta status mei interuersurus est, nisi dé: non dubitatur quin maximo, &c.

VI. *Exceptio: Nisi infamiæ metu uel uexationis quid sit gestum. Hæc exceptio approbatur l.7.in prin. ff.d.tt.his uerbis:* Nec timorem infamiæ hoc edicto contineri, Pedius dicit libro octauo: neq; alicuius uexationis timorem per hoc edictum restitui.

VII. *Exceptio: Nisi metu accusationis institutæ uel instituendæ quid gestum sit. Hæc exceptio approbatur l.10.C.de his quæ ui metusúe. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib.37.cap.3.exception.16. replication 5.*

VIII. *Exceptio: Nisi in crimine aliquo deprehensus metuat ne occidatur, uel prodatur. Hæc exceptio reprobatur l.7.§ fin.cum lege sequente.ff.quod metus caussa, his uerbis:* Si quis in furto, uel in adulterio deprehensus, uel in alio flagitio: uel dedit aliquid, uel se obligauit: Pomponius lib.XXVIII. rectè scribit, posse eum ad edictũ hoc pertinere. timuit enim uel mortem, uel uincula. Quanquã non omné adulterum uel furem licet occidere, nisi se telo defendat: sed poterant uel non iure occidi, & ideo iustus fuit metus. Sed etsi ne prodatur ab eo qui deprehendit, alienauerit: succurri ei per hoc edictũ uidetur. quoniã si proditus esset, potuisset ea pati quæ diximus. Paolus. Isti quidam & in legem Iuliã incidunt, qui quid pro comperto stupro acceperũt: Prætor tamen, ut restituant, interuenire debet. Nam & gestum est malo more: & Prætor non respicit, an adulter sit qui dedit: sed hoc solum quod hic accepit, metu mortis illato.

IX. *Exceptio: Nisi ne ad ciuilia munera nominaretur metuens, gessit. Hæc exceptio approbatur l.8. C.de his quæ metus caussa. his uerbis:* Cùm te domus & horti uenditionem fecisse sub spe recipiandi, quod de frumento feceras, in-

strumentum,

strumentum, uel timore ne ad ciuilia munera nominareris, proponas, & resrindi uēditionem ueluti metus caussa factam desideres: intelligis ad ratum non habendum contractum, metum huiusmodi prodesse non posse.

X. Exceptio: *Nisi non damni accipiendi, sed lucri amittendi metu quid gesßit. Hæc exceptio approbatur exemplo iam proposito, his uerbis*: Sub spe recipiendi, quod de frumento feceras, instrumentum, &c.

XI. Exceptio: *Nisi libertus metu, ne ob ingratitudinem suam in seruitutem retrahatur, quid gesserit. Hæc exceptio approbatur l. 21. in prin. ff. quod metus caussa, his uerbis*: Si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciēs se ingratam, cum de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit uel promiserit, ne in seruitutē redigatur: cessat edictum. quia hunc sibi metum ipsa infert.

XII. Exceptio: *Nisi quis non sibi, sed alij metuens quid gesßit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi liberis suis metuēs gesßit. quæ exceptio approbatur l. 8. §. fin. ff. quod metus caussa, his uerbis*: Hæc quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest in se quis ueritus sit, an liberis suis: cum pro affectu magis in liberis parentes terreantur.

XIII. Exceptio, *sumpta ex persona eius qui metū intulit, reprobatur l. 9. §. animaduertendum. ff. d. tt. his uerbis*: Animaduertendum est, quòd Prætor hoc edicto generaliter & in rem loquitur, nec adijcit à quo gestum sit. Et Ideo siue singularis sit persona quæ metum intulit, uel populus, uel curia, uel collegium, uel corpus: huic edicto locus erit.

XIIII. Exceptio: *Nisi magistratus, uel is qui in officio est, subdito metum incusserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 3. §. sed uim, cum sequentibus. ff. d. tt. his uerbis*: Vim accipimus atrocem & eam quæ aduersus bonos mores fiat: non eam quam magistratus intulit, scilicet iure licito & iure honoris quē sustinet. Etenim si per iniuriam quid fecit populi Romani magistratus, uel prouinciæ præses: Pomponius scribit, hoc edictū locū habere: si fortè (inquit) mortis aut uerberū terrore pecuniam alicui extorsit. Paulus: Ego puto etiam seruitutis timorē, & similium admittendū. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi per iniuriam, & non iuris ordine seruato, magistratus metum incusserit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Etenim si per iniuriā, &c. *Concordat l. ult. §. fin. ff. eod tt. his uerbis*: Si quis quod aduersario non debebat, delegante eo per uim apparitione Præsidis interueniēte, sine notione iudicis coactus est dare: iudex inciuiliter extorta restitui ab eo qui rei damnum præstitit, iubeat. Quòd si debitor satisfecit simplici iussione, & nō cognitione habita: quamuis non extra ordinem exactionem fieri, sed ciuiliter oportuit: quia tamen solutioni debitarū ab eo quantitatum profecerunt, reuocari inciuile est. *Concordat item l. 11. C. de his quæ metus caussa. cuius uerba uide s. except. 3.*

XV. Exceptio: *Nisi parens liberis metum incusserit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur s. lib. 37. cap. 3. except. 16. replication. 1.*

XVI. Exceptio: *Nisi alius quàm reus uim intulit, uel metum incußit. Hæc exceptio reprobatur l. 14. §. in hac. ff. quod metus caussa, his uerbis*: In hac actione non quæritur, utrum is qui cōuenitur, an alius metum fecerit. sufficit enim hoc dicere, metum sibi illatum, uel uim: & ex hac re eum qui conuenitur, etsi crimine caret, lucrum tamen sensisse. Nam cum metus habebit in se ignorantiam, meritò quis non adstringitur ut designet, quis ei metū uel uim adhibuerit. Et ideo ad hoc tantùm actor adstringitur, ut doceat metū in caussa fuisse, ut alicui acceptam pecuniā faceret, uel rem ita traderet, uel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum uideatur, ex alieno facto alium in quadruplum condēnari: quia nō statim quadrupli est actio, sed si res non restituatur. *Concordat l. 9. §. animaduertendum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. except. 13. Item concordat l. 15. §. fin. ff. de dolo malo, cuius uerba uide j. cap. prox. quæst. 9. reg. 1. Concordat item l. 5. C. de his quæ ui metusue caussa, his uerbis*: Non interest à quo uis adhibita sit patri & patruo tuo, utrum ab emptore, an uerò sciēte emptore ab alio, ut ui uel metu possessionem uendere cogerētur. Nam si adhibita ui compulsi sunt possessiones suas, quæ maiore ualebant, minimo distrahere: iurisdictionis tenore, ut id quod improbè factum est, in priorem statum reuolatur, impetrabunt. *Concordant denique ea quæ proponuntur s. lib. 37. cap. 3. exception. 10, replication. 4.*

XVII. Exceptio: *Nisi alicui quid sit datum uel promissum, ut se aduersus uim ab alio illatam tueretur. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. sed licet. ff. quod metus caussa, his uerbis*: Licet uim à quocunque factam Prætor complectatur: eleganter tamen Pomponius ait, si quo magis te de ui hostium, uel latronum, uel populi tuerer, uel liberarem, aliquid acceperò à te, uel te obligauero: non debere me hoc edicto teneri, nisi ipse hāc tibi uim submisi. Cæterùm si alienus sum à ui: teneri me non debere. Ego enim operæ potius meæ mercedem accepisse uideor.

XVIII. Exceptio: *Nisi debitum per uim coactus soluit. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. fin. ff. d. tt.*

bis

*bis uerbis:* Iulianus ait, & eum qui uim adhibuit debitori suo, ut ei solueret: hoc edicto non teneri, propter naturam Quod metus caussa actionis, quæ damnum exigit: quamuis negari non possit, in legem Iuliã eum de ui incidisse, & ius crediti amisisse. *Concordat l.ult.§.fin.ff.eod tt.cuius uerba uide s.except.14.repl.1.*

XIX. Exceptio: *Nisi pignus per uim creditori suo dedit. Hæc exceptio approbatur l.4.C.de pignor. & hypoth.cuius uerba uide s.lib.23.cap.11.quæst.4.except.20.*

XX. Exceptio: *Nisi per uim ablatum uel promissum, per uim coactus sit restituere uel acceptũ facere. Hæc exceptio approbatur d.l.12.§.quæri, bis uerbis:* Quæri poterit, an etiam ei qui uim fecerat, passo uim restitui Prætor uelit per hoc edictum ea quæ alienauit? Et Pomponius scribit lib.XXVIII. non oportere ei Prętorẽ opẽ ferre. Nam cum liceat (inquit) uim ui repellere: quod fecit, passus est. Quare si metu te coegerit sibi promittere: mox ego tum eũ coegero, metu te accepto liberare: nihil esse quod ei restituatur.

XXI. Exceptio: *Nisi id quod sibi non debebatur, per uim acceptotulerit. Hæc exceptio approbatur l.14.in prin.ff.quod metus caussa, bis uerbis:* Si cùm exceptione aduersus te perpetua tutus essem, coegero te acceptum mihi facere: Vlpianus ait, cessare hoc edictum: quia nihil tibi abest.

XXII. Exceptio: *Nisi res sit imperfecta, & nihil datum. Hæc exceptio reprobatur l 9.§.sed quod Prætor.ff.quod metus caussa, bis uerbis:* Quod Prętor ait, Ratum non habebo: quatenus accipiendum est, uideamus? Et quidem aut imperfecta res est, licet metus interuenerit: ut puta stipulationem numeratio non est secuta: aut perfecta, si post stipulationẽ & numeratio facta est, aut per metum accepto debitor liberatus est, uel quid simile contigit, quod negociũ perficeret. Et Põponius scribit, In negocijs quidem perfectis & exceptionem interdum, & actionem cõpetere: in imperfectis autem solam exceptionẽ. Sed ex facto scio (cum Campani metu cuidam illato extorsissent cautionem pollicitationis) rescriptum esse ab Imperatore nostro, posse eum à Prætore in integrum restitutionem postulare: & Prætorem me adsidente interlocutum esse, ut siue actione uellet aduersus Campanos experiri, esse propositam: siue exceptione, aduersus petẽtes non deesse exceptionem. Ex qua constitutione colligitur, ut siue perfecta, siue imperfecta sit res: & actio & exceptio detur.

XXIII. Exceptio: *Nisi eum per uim coactum cauisset, postea soluit, uel gestum ratum habuit. Hæc exceptio approbatur l.2. C. de his quæ ui metuue, bis uerbis:* Cùm te non solùm cauisse, uerùm etiam soluisse pecuniam confitearis: qua ratione, ut uim passus restitui quod illatum est, postules, perspici non potest. Quin uerisimile non fit, ad solutionem te properasse, omissa querela de chirographo, utpote per uim extorto: nisi & in soluendo uim te passum dicas. *Concordat l.4.in prin. C.eod.tt.cuius uerba uide J.quæst.7. Huius replicatio est: Nisi per uim quoq; solutio facta sit. quæ replicatio approbatur l.7 ff.de condict. ob turpem caussam, bis uerbis:* Ex ea stipulatione, &c.

XXIIII. Exceptio: *Nisi alia actio competat ad reuocandum id quod gestum est. Hæc exceptio approbatur d.l.4.in fine. Concordat l.14.§. post annum. ff. quod metus caussa. cuius uerba uide J.quæst.7. exc.2. repl.1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi intra annum agatur. hoc enim casu, quamuis & alia actio competat, hæc tamen deneganda non est. quæ replicatio elicitur ex uerbis d.l. 4. in fine. Cui concordat l. 21. 6. fin. ff. quod metus caussa. cuius uerba uide s. causs 6.*

XXV. Exceptio: *Nisi semel eo nomine actum sit. Hæc exceptio approbatur l.14. §. cum qui. ff.d. tt. bis uerbis:* Eum qui metum fecit, & de dolo teneri certum est. Et ita Pomponius. Et consumi alteram actionem per alteram, exceptione in factum opposita. *Concordat l.9. §.licet, in fine. ff. eod. tt. cuius verba uide J. quæst.9.except.2. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum antea cum alio actũ esset, is non soluerit, uel minus soluerit. Hæc replicatio approbatur d. l.14 §.fin.cum duab.legib.sequentibus, bis uerbis:* Si plures metum adhibuerint, & unus fuerit conuentus: siquidem sponte rem ante sententiam restituerit, omnes liberati sunt. Quod etsi non fecerit, sed ex sententia quadruplum restituerit: uerum est, etiam sic perimi aduersus cæteros Quod metus caussa actionem: aut in id dabitur aduersus cæteros actio, quod minus ab alio exactum est. Quod diximus, si plures metum admiserunt: idem dicendum erit, etsi ad alium res peruenit, & alter metum adhibuit. *Altera replicatio est: Nisi cum dominus antea seruorum suorum nomine noxali iudicio esset conuentus, & seruos noxæ dederit, nunc ex eo quòd res ad eum peruenerit, conueniatur. Hæc replicatio approbatur l.16.§.1.ff. eod. tt. bis uerbis:* Si serui metum adhibuerunt, noxalis quidem actio ipsorum nomine erit: poterit autem quis & dominum, ad quem res peruenerit, conuenire: qui conuentus, siue rem, siue (secundum quod iam dictum est) quadruplum præstiterit: proderit & seruis. Si uerò noxali conuentus maluerit noxæ dedere: nihilominus poterit & ipse conueniri, si ad eum res peruenit.

XXVI. Exceptio: *Nisi actor id quod percepit,*

*non restituat.* Hæc exceptio approbatur *l.4. ibi: scilicet reddito. C. de his quæ ui metusue. cuius uerba uide J. quæst.7. in prin.* Concordat *l.3. ibi: readuo à te.C.eod.tt.cuius uerba uide J. quæst.5. reg.2.except. 2.* Huius exceptionis replicatio hæc est: *Nisi subdutus officiali suo metus caussa uendiderit. quæ replicatio approbatur l.11.ibi:& nihilominus etiam.C.d.tt.cuius uerba uide ē.except.3.repl.1.*

XXVII. Exceptio: *Nisi res per uim extorta perijt, uel seruus extortus fugerit.* Hæc exceptio approbatur *l.14.§.aliquando.ff.quod metus caussa, his uerbis:* Aliquando etsi metus adhibitus proponatur, arbitrium absolutionem adfert. Quid ènim si metum quidem Titius adhibuit me non conscio, res autem ed ms peruenit, & hæc in rebus humanis non est sine dolo malo meo: oon iudicis officio absoluar? Ita etsi seruus in fuga est: æquè iudicis officio (si cauero me, si in meam potestatē peruenerit, restituturum) absolui debebo. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is qui uim adhibuit, conueniatur: huic enim exceptio proposita non prodest. quæ replicatio approbatur l. 1.C.de his quæ ui metusue, his uerbis:* Persecutionem eorum quæ ui uel furto ablatæ sunt, etiamsi postea interciderint, integram esse, iure responsum est. *Concordat d.l.14.§. quòd si homo. ibi: si autem ante. cuius uerba uide J. dupl. prox. Huius enim replicationis duplicatio hæc est: Nisi post condemnationem res interijt. quæ duplicatio approbatur d.§. quòd si homo, his uerbis:* Si homo sine dolo malo & culpa eius qui uim intulit, & condamnatus est, perijt: in hoc casu à rei condemnatione ideo relaxabitur (si intra tempora iudicati actionis moriatur) quia tripli pœna propter facinus satisfacere cogitur. Pro so eutem qui in fuga esse dicitur, cautio extorquenda est, quatenus & persequatur, & omnimodo eum restituat: & nihilominus in rem, uel ad exhibendum, uel si qua alia ei competit actio, ed eum recipiendum integra ei qui uim passus est, seruabitur. Ita temen, ut si dominus eum quocunque modo receperit: is qui ex stipulatione conuenitur, exceptione tutus fiat. Hæc si post condemnationem. Si autem ante sententiam homo sine dolo malo & culpe mortuus fuerit: tenebitur, idque ex uerbis edicti: neque ea res arbitrio iudicie restituatur. Ergo etsi in fuga sit seruus sine dolo malo & culpa eius cum quo agetur: cauendum est per iudicem, ut eum seruum persecutus reddat. Sed etsi non culpa eius cum quo agetur, obierit: si tamen peritura res non fuit, si metum non adhibuisset: tenebitur reus. Sic & in interdicto Vnde ui, uel Quod ui aut clàm, obseruatur. Itaque interdum hominis precium recipit, quanti eum uenditurus fuerat, si uim passus non esset. *Planè propositæ duplicationis triplicatio prima hæc est, quòd nihilominus ad pœnam tripli reus teneatur. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ideo relaxabitur, quia tripli pœna propter facinus satisfacere cogitur. *Altera triplicatio est, quòd nihilominus cauere teneatur de re uel seruo, qui est in fuga, persequendo & reddendo. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Pro eo autem qui in fuga esse dicitur, &c. *Tertia replicatio est: Nisi res interitura non fuisset, nisi metu adhibito. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed etsi nou culpa eius cum quo egetur, &c. *Hæc de prima replicatione. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi quoad id ut caueat reus, se rem persecuturum & restituturū. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. quòd si homo, ī. propositis hisce:* Ergo etsi in fuga sit seruus sine dolo malo & culpa eius cum quo agetur: ceuendum est per iudicem, ut eum seruum persecutus reddat. *Concordat d. l.14. §.aliquando. cuius uerba uide ī. ead. except. in prin. Tertia replicatio est: Nisi res peritura non fuerat, nisi metu adhibito. Hæc replicatio approbatur uerbis ibidem propositis hisce:* Sed etsi non culpa eius cum quo agetur, obierit: si tamen peritura res non fuit, &c. *Quarta replicatio est: Nisi dolo uel culpa rei conuenti res perierit. quæ replicatiō elicitur ex uerbis d. §. quòd si homo, ī. propositis hisce:* Si homo sine dolo malo & culpa, &c. *Concordat d.§. aliquando. Quinta replicatio est: Nisi reus ex re quæ perijt, locupletior sit factus. Hæc replicatio approbatur l. 18. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Si ipsa res quæ ad alium peruenit, interijt: non esse locuplatiorem dicemus. Si uerò in pecuniam aliamúe rem conuersa sit: nihil ultrà quærendum est, quis exitus sit: sed omnimodo locuples uidetur, licet postea deperdat. Nā & Imperator Titus Antoninus Claudio Frontino de precijs rerum hæreditariarum rescripsit, ob id ipsum peti hæreditatem ab eo posse, quia licet res quæ in hæreditate fuerant, apud eum non sint: tamen precium earum locupletem eum uel sæpius muteta specie faciendo, perinde obliget, ac si corpore ipsa in eadē specie mensissent.

IIII. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

*Etiam hæredibus datur actio proposita. quæ regula approbatur l.24.§.post annum, in fine.ff.quod metus caussa. cuius uerba uide J. quæst. 7. in fine. Concordat l.16.§.hæc actio.ff. eod.tt. cuius uerba uide J.quæst.proxim.reg.3. except.1.*

## V. ADVERSUS QUOS ACTIO proposita competit?

I. Regula, *De eo qui uim adhibuit. Hic proposita actione tenetur, quãuis res ad alium peruenerit. quæ regula approbatur d.l.14.§.Pedius, his uerbis:* Pedius lib. VIII. scribit, arbitrium iudicis in restitueoda re talo esso, ut eum quidem qui uim admisit, iubeat restituere, etiamsi ad alium res peruenit: eum autem ad quem peruenit, etiamsi alius metum fecit. Nam in alterius præmium uerti alieoum metum non oportet.

II. Regula, *De eo ad qaem res peruenit. Hic quoq; actione proposita tenetur, quamuis alius metum intulerit. quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Eum autem ad quem perueoit, &c. *Concordat d.l.14.§.in hac. cuius uerba cum alijs cõcordantibus uide s̄.quæst.3.except.16. Huius regulæ exceptio prima hæc esse uidetur: Nisi is ad quem res peruenit, bonæ fidei sit possessor. Hæc exceptio reprobatur d.l.14.§.unde quidam, his uerbis:* Quidam putant, bonæ fidoi emptorem ab eo qui uim intulit, comparaotem non teneri: nec eum qui dono accopit, uel cui rea legata est. Sed rectissimè Iuliano uidetur, etiam hos teneii: ue metus quem passus sum, mihi captiosus sit. *Altera exceptio est: Nisi is ad quem res peruenit, eam usuceperit. Hæc exceptio approbatur l.3.in fine. C. de his quæ ui metusue, his uerbis:* Si ui uel metu foodom auua tu ua distrahere coactus est: etiamsi maximè emptor eum alij uendidit, si tamẽ tu auo tuo hæres extitisti: ut tibi reddito à te precio restituatur, postquã placuit in rem actiooẽ quoq; dari, secundum formam perpetui edicti adito Præside prouinciæ poteris postulare: si modò qui secundo loco cõparauit, longæ possessionis præscriptione non fuerit munitus. *Tertia exceptio est: Nisi ab eo ad quem peruenit, res sit consumpta. Hæc exceptio reprobatur l.17.ff. quod metus caussa. cuius uerba uide j. reg. prox. except.1. Quarta exceptio est: Nisi res perierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur s̄.quæst.3.except.17.*

III. Regula, *De hæredibus eius qui uim admisit. Aduersus hos regulariter quidem actio proposita non competit. Cuius tamen regulæ exceptio hæc est: Nisi eatenus, quatenus ad eos peruenit. quæ exceptio approbatur l.16.§.fin ff. quod metus caussa, his uerbis:* Hæc actio hæredi cæterisq; successoribus datur: quooiam rei habet persecutionem. In hæredom autem & cæteros in id quod ad eos peruenit, datur. non immeritò: licet enim pœna ad hæredem non transit: attameo quod turpiter uel scelere quæsitum est (ut est rescriptum) ad compendium hæredis non debet pertinere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi res ab hærede sit consumpta. Hæc replicatio reprobatur l.17.ff. d.tt. his uerbis:* Videamus, si hæres ad quem aliquid peruenit, consumpserit quod peruenit, an desinat teneri: an uerò sufficiat semel peruenisse? & si coosumpto eo decesserit, utrum aduersus hæredẽ eius omnimodo competat hæc actio, quoniam hæreditariam suscepit obligationem: an non sit danda, quoniam ad secundum hæredem oihil peruenit? Et melius est, omnimodo competere in hæredem hæredis actionem. Sufficit enim semel peruenisse ad proximum hæredem, & quòd perpetua actio esse cœpit. Alioquin diceodum erit, nec ipsum qui consumpsit quod ad eum peruonit, teneri. *Altera replicatio est: Nisi tempore litis contestatæ hæres id quod peruenit, sine dolo possidere desierit. Hæc replicatio uidetur approbari l.20.ff. d.tt. his uerbis:* Quantum ad hæredem perueoit, litis contestatæ tẽpore spectabitur: si modò certum sit aliquid peruenisse. Idem etsi in ipsius qui uim intulit, corpus patrimonij sic peruenerit aliquid, ut certum sit ad hæredem peruenturum. Idem, si debitor liberatus est. *Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi aliquid ad defunctũ ex metu illato peruenit. hoc enim casu hæres tenetur, quamuis ad eum nihil peruenit. quæ exceptio approbatur uerbis l.17. paulo superius propositis. Concordat d.l.20. uerbis iam propositis hisce:* Idem etsi in ipsius qui uim iotulit, &c. *Tertia exceptio est: Nisi defunctus per uim debito sit liberatus. hoc enim casu eius quoq; hæres tenetur, quamuis nihil ad eum peruenit. quæ exceptio approbatur uerbis d.l.20. paulo superius propositis hisce:* Idem, si debitor libaratus est.

IIII. Regula: *Si facto debitoris fideiussores liberati sunt, etiam aduersus fideiussores actio competit: quæ regula approbatur l.10. in prin. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Illud uerum est, si ex facto debitoris metum adhibentis fideiussores acceptilatione liberati sint: etiam aduersus fideiussores agi posse, ut se reponant in obligationem. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi quoad rei principalis obligationem: ad eam enim restituendam non tenetur fideiussor. quæ exceptio approbatur l.11.ff. d. tt. his uerbis:* Si quia alius sino malicia fideiussoris, ut fideiussori accepto fieret, uim fecit: non tenebitur fideiussor, ut rei quoque obligationem restituat.

V. Regula: *Si fideiussor per uim liberatus est, etiam aduersus reum principalem actio proposita competit. quæ regula approbatur l.9.§.fin.ff. d. tt. his uerbis:* Cum hæc actio in rem sit scripta, nec personam uim facientis coerceat, sed aduersus omnes restitui uelit, quod metus caussa factom est: non immeritò Iulianus à Marcello notatus est scribens, si fideiussor uim intulit, ut accepto liberaretur, in

reum non esse instituendam actionem, sed fideiussorem (nisi aduersus reum quoque actionem restituat) debere in quadruplum condemnari. Sed est uerius quod Marcellus notat, etiam aduersus reum competere hanc actionem: cum in rem sit scripta.

*VI. Regula. De domino serui uim inferentis, proponitur l. 16. §. 1. ff. quod metus caussa: cuius uerba uide s. quaest. 3. except. 25. repl. 2.*

## VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. *Regula: Venit in hanc actionem, ut id quod metus caussa gestum est, in integrum restituatur. quae regula approbatur l. 9. §. ex hoc edicto. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Ex hoc edicto restitutio facienda est in integrum officio iudicis: id est, ut si per uim res tradita sit, retradatur, & de dolo (sicut dictum est) repromittatur, ne fortè deterior res sit facta. Et si acceptilatione liberatio interuenerit, restituenda erit in pristinum statum obligatio: usqueadeò, ut Iulianus scribat lib. IIII. si pecunia quae debita fuit, accepto per uim facta sit: nisi uel soluatur, uel restituta obligatione iudicium accipiatur: in quadruplum eum condemnandum. Sed etsi per uim stipulanti promisero, stipulatio acceptofacienda erit. Sed etsi ususfructus uel seruitutes amissae sunt, restituendae erunt. *Ait Iurisconsultus:* Sicut dictum est. *Scilicet ead. l. 9. §. item Iulianus. cuius uerba uide J. regul. proxim. Ait insuper:* Etsi acceptilatione liberatio interuenerit, restituenda erit in pristinum statum obligatio. *Huic concordat l. 10. §. si metu. ff. eod. tt. his uerbis:* Si metu à te coactus acceptam tibi stipulationē fecerim: arbitratu iudicis, apud quem ex hoc edicto agitur, non solùm illud continetur, ut in tua persona redintegretur obligatio: sed ut fideiussores quoq; uel eosdem, uel alios non minus idoneos, adhibeas: praeterea ut & pignora quae dederas, in eadem caussa restituas. *Ait denique in d. §. ex hoc edicto, Vlpianus:* Sed etsi per uim stipulanti promisero, stipulatio acceptofacienda erit. *Huic concordat l. 14. §. Labeo ait, his uerbis:* Labeo ait, si quis per metum reus sit constitutus, & fideiussorem nolentem dederit: & ipse & fideiussor liberatur. Si solus fideiussor metu accessit, non etiam reus: solus fideiussor liberabitur. *Concordat item d. l. 14. §. si quis per uim, his uerbis:* Si quis per uim sisti promittendo, postea fideiussorem adhibeat: is quoq; liberatur.

II. *Regula: Venit etiam in hanc actionem, ut reus de dolo repromittat. quae regula approbatur l. 9. §. item Iulianus. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Iulianus lib. III. Digestor. putat, eum cui res metus caussa tradita est, non solùm reddere, uerùm etiam de dolo repromittere debere. *Concordat d. l. 9. §. ex hoc. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin.*

III. *Regula, De partu ancillarum, foetu pecorum, de fructibus & omni caussa restituendis, proponitur l. 12. in prin. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Et partus ancillarum, & foetus pecorum, & fructus restitui, & omnem caussam oportet: nec solùm eos qui percepti sunt, uerùm si plus ego percipere potui, & per metum impeditus sum: hos quoque praestabit. *Concordat l. 38. §. item si ui. ff. de usuris & fructibus. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 10. quaest. 1. exception. 1. replication. 9. Huius regulae exceptio uidetur: Nisi quis non suum, sed alienum fundum per uim tradiderit. Sed haec exceptio reprobatur l. 21. §. qui possessionem. ff. quod metus caussa. cuius uerba uide J. reg. 6.*

IIII. *Regula, De poena quadrupli. Venit quoque in actionem propositam poena quadrupli. quae regula approbatur l. 14. §. 1. ff. quod metus caussa, his uerbis:* Si quis non restituat, in quadruplum iudicium in eum pollicetur. Quadruplabitur autem omne, quodcunq; restitui oportuit. Satis enim clementer cum reo Praetor egit, ut daret ei restituendi facultatem, si uult poenam euitare. *Concordat d. l. 14. §. haec autem actio. cuius uerba uide J. except. prox. Item concordat l. 9. §. ex hoc edicto. ibi: usqueadeò. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. reg. 1. in prin. Planè regulae huius exceptio prima haec est: Nisi ante sententiam reus quod debet, restituerit. quae exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Satis enim clementer cum reo Praetor egit, ut daret ei restituendi facultatem, si uult poenam euitare. *Concordat d. l. 14. §. haec autem actio, his uerbis:* Haec actio cùm arbitraria sit, habet reus licentiā ab arbitrio dato usq; ad sententiam restitutionem (secúdum quod suprà diximus) rei facere. Quod si nō fecerit, iure meritoq; quadrupli condemnationem patietur. *Concordat item d. l. 14. §. in hac actione, in fine. cuius uerba uide s. quaest. 5. except. 16. Ex his patet, proposita actione non delictum uim inferentis, sed contumaciā non restituentis puniri. Altera exceptio est: Nisi annus à ui illata excesserit. hoc enim casu non amplius in quadruplum, sed in simplum est actio. quae exceptio approbatur per ea quae proponuntur J. quaest. prox. except. 2.*

V. *Regula: In quadruplo inest quoq; rei persecutio. quae regula approbatur d. l. 14. §. quatenus autē, his uerbis:* Quatenus diximus quadruplo simplum inesse, sic hoc disponendum est, ut in condemnatione quadrupli res quidē omnimodo contineatur, & eius restitutio fiat: poena autem usque ad triplum praestetur. *Ait Iurisconsultus:* Quatenus diximus, *Scilicet d. l. 14. §. sed etsi quis per uim. ibi: cum*

in

*in quadruplo.cuius uerba uide ī.lib.17.cap.5. except.16.repl.1.*

VI. Regula: *Quid quadruplendum, definitur d.l.14.§. quadruplatur, his uerbis:* Quadeuplatur autem id, quanti aa res erit, cum fructibus & omni caussa. *Concordat d. l.14.§.1. uerbis ī. propositis hisce:* Quadruplabitur autē omne, quodcunq; restitui opoetuit. *Concordat item d.l.14.§.penult.his uerbis:* Iulianus ait, quod interest, quadruplaci solùm. Et ideo eum qui ex causa fideicommissi quadtaginta debeat, si trecēta promiserit per uim, & soluarit: ducentorum sexaginta quadruplum consecuturū. In his enim cum affectu uim passus est. *Concordat item l.21.§.qui possessionē.ff.eod.tt.his uerbis:* Qui possesaionem nō sui fundi tradidit, non quanti fundus est, sad quā ti possesaio, eius quadruplum uel simplum consequetur. æstimatur enim quod restitui oportet, id est, quod abest. Abest autem nuda possessio cū suis fructibus. quod & Pomponius scriblt.

VII. Regula: *In hac actione etiam in litem iuratur. Quae regula approbatur l.18. in prim. ff. de dolo malo. cuius uerba uide J.cap.prox. quaest.7.reg.2.*

VII. QVAMDIV COMPEtit actio proposita?

*Annalis est actio. Quae regula approbatur, simul & distinguitur l.4.C.de his quae ui metusue, his uerbis:* Si p̄ uim, uel metū mortis, aut cruciatus corporis, uēditio uobis extorta est, & nō postea eam consensu corroborastis iuxta formam perpetui edicti intra annum quidem agentes (quo experiundi potestas est) si res non restituatur: quadrupli condemnationem referetis. scilicet reddito à uobis pretio. Post annum uerò caussa cognita, eadem actio in simplum permittitur. Quae causę cognitio eò pertinet, ut ita demum decernatur, si alia actio non sit. *Concordat l.14.§.post annum.ibi: & sanè.ff. quod metus caussa. cuius uerba uide J. except.2. repl.1. Huius regulae exceptio prima haec est: Nisi experiundi potestatem actor non habuerit. Quae exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quo experiundi potestas est. *Altera exceptio est: Nisi in simplum, non quadruplum agatur: hoc enim casu annalis praescriptio non obstat. Quae exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Post annum uerò causa cognita, eadem actio in simplum permittitur. *Concordat l.14.§.post annum.ff. quod metus causa. cuius uerba uide J. repl.prox. Concordat l.19.ff.eod.tt. his uerbis:* Quod in hæredem pollicatur actionem Proconsul, quatenus ad eum peruenerit: intelligendum est ad perpetuò dandam actionem pertinere. *Concordat item l.21.§. quod metus.ff.eod.tt. his uerbis:* Quod metus causa gestum erit, nullo tempore Pretor ratum habebit. *Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi alia actio competat. Quae replicatio approbatur uerbis d.l.4. ī. propositis hisce:* Quae causæ cognitio eò pertinet, ut ita demum decernatur, si alia actio non sit. *Concordat d.§.post annum, his uerbis:* Post annū in simplum actionem pollicetur: sed nō semper, sed causa cognita. In causæ autem cognitione uersatur, ut si actio non sit, tūc hęc detur. Et sanè cum per metum facta iniuria anno quidem utili exoleuerit: idonea causa esse debet, ut post annū actio hæc dari debeat. Alia autem actio esse sic potest, si is cui uis admissa est, decesserit: hæres eius habet hæreditatis petitionē: quoniam pro possessore qui uim intulit, possidet. Propter quod hæredi non erit Quod metus causa actio: quāuis si annus largiretur, etiā hęres in quadruplū experiri possit. Ideo aūt successorib. datur, quoniā & rei habet persecutionem.

VIII. ADIVNCTA, SEV de probationibus.

*Metus in hac actione non praesumitur, ideoq; probandus. Quae regula approbatur l.ult. in prin.ff. quod metus caussa, his uerbis:* Non est uerisimile, compulsum in urbe iniquè indebitum soluisse eum, qui claram dignitatem se habere prætendat: cum potuerit is ius publicum inuocare, & adire aliquē potestate præditū, qui utiq; uim eum pati phibuisset. sed huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes uiolentiæ opponere. *Concordat l.9. C.de his quae ui metusue. cuius uerba uide ī. quaest.3. except.2. Planè huius regulae exceptio uidetur talis: Nisi aduersarius in dignitate positus sit. Sed haec exceptio reprobatur l.6. C.eod.tt. cuius uerba uide d. quaest.3.except.3.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

*Si ad id quod metus causa gestum est, rescindendū agatur: regulariter quidem actio proposita, non alia competit. Cuius regulae exceptio prima haec est: Nisi de dolo actio. Quae exceptio approbatur l.14.§.cum qui.ff.quod metus causa. cuius uerba uide ī. quaest.9. except.25. Altera exceptio est: Nisi in rem actio. Quae exceptio approbatur l 9.§. uolenti. ff.d.tt. his uerbis:* Volēti datur & in rē actio, & in p̄sonā, rescissa acceptilatione uel alia liberatiōe. *Cōcordat l.3.ibi: postquā placuit.C.de his quae ui metusue. cuius uerba uide ā.quaest.5.reg.2 exc.2. Huius exceptiōis replicatio haec est: Nisi actor actione Quod metus causa agēs, quadruplū sit consecutus. Quae replicatio approbatur d.l.9.§.licet, his uerbis:* Licet etiā in rē actionē dādā existimemus, q̄a res in bonis eius est qui uim passus est: uerùm nō sine ratione dicetur, si in quadruplū quis egerit, finiri in rē actionē: uel cōtrà. *Tertia exceptio est: Nisi pristina actio per uim sublata. Haec exceptio approbatur uerbis d.§.uolenti, ī. propositis hisce:* Et in p̄sonā, rescissa acceptilatione uel alia liberatione. *Cōcordat l 21.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī. quaest. 3. sens.6. Quarta exceptio est: Nisi res nō sit pfecta: hoc n. casu uim passo etiā exceptio datur. Quae excep. ap̄p̄*

*batur l.9.§.sed quod Prætor.ff.quod metus caussa.cuius uerba uide ſ.quæst.3.except.22.* De hac exceptione uide ſ.lib.17.cap.3.except.26. *Quinta exceptio est: Nisi is qui per uim rem suam tradidit, mortuus sit: hoc enim casu heredi eius petitio hereditatis competit. Quæ exceptio approbatur l.24.§.post annum. ff.d.tt. cuius uerba uide ſ. quæst.7. except.2.repl.1. Sexta exceptio est: Nisi quis per uim in alieno solo ædificet: hoc enim casu etiam interdictum Quod ui aut clàm cõpetit. Quæ exceptio approbatur l.9.§.idē ait. ff.quod metus causa. cuius uerba uide ſ.quæ.3.causa 9. Septima exceptio est: Nisi quis uim adhibuerit debitori suo, ut solueret: hoc enim casu actio proposita non competit, sed lex Iulia de ui. Quæ exceptio approbatur l.12.§ fin.ff.quod metus causa. cuius uerba uide d.quæst.3.except.18. Octaua exceptio est: Nisi quis per uim ad ludendum sit coactus: hoc enim casu edictum competit de aleatorib. l.1.§.fin. cum lege sequente.ff.de aleatoribus. cuius uerba uide d.quæst.1.causa 23. Nona exceptio uidetur: Nisi quis per uim metus causa rem suam tradiderit: hoc enim casu furti etiam actio uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.14.§.qui uim.ff. quod metus causa. cuius uerba uide ſ.lib.46.cap.3.quæst.2.except.gener.16. Decima exceptio est: Nisi quis in adulterio deprehensus quid dedit, ne proderetur: hic enim qui accepit, lege Iulia de adulterijs tenetur. Quæ exceptio approbatur l.8.in prin.ff.d.tt. cuius uerba uide ſ.quæst.3. except. 8. Vndecima exceptio est: Nisi serui metum intulerint: hoc enim casu etiam noxalis contra dominum actio est. Quæ exceptio approbatur l.16.§.1.ff.d.tt. cuius uerba uide d.quæst.3.except.25.repl.2. Hæc de actione Quod metus causa. De exceptione eius uide (ut dixi) ſ.lib.37.cap.3.except.16.*

## DE DOLO MALO.
### Cap. III.

PRimò. *Verba edicti quo actio proposita introducitur, proponuntur l.1.§.1.ff.de dolo malo, ita:* Verba edicti talia sunt: Quę dolo malo facta esse dicētur: si de his reb. alia actio nō erit, & iusta causa esse uidebitur, iudicium dabo.

II. *Ratio huius edicti & actionis proponitur d.l.1. in prin. his uerbis:* Hoc edicto Pętor aduersus uarios & dolosos, qui alijs obfuerūt calliditate quadā, subuenit: ne uel illis malicia sua sit lucrosa, uel istis simplicitas dānosa.

III. GENVS HVIVS actionis.

*Famosa est actio. Quæ regula approbatur d.l.1.§. ait Prætor. ibi: quoniam tam famosa. cuius uerba uide J.quæst.prox. except.10. Concordat l.11.in prin. ibi: cū sit famosa.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.quæst. prox. except.gener.2. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi aduersus alium quàm qui dolo fecit, de eo quod ad eū peruenit, agatur. Hæc exceptio approbatur exemplo heredum l.29.ff d.tt. cuius uerba uide J.quæst.6. reg. 2.except.1.*

IIII. CAVSAE HVIVS actionis.

I. *Causa, eaq; generalis, hæc est: Si quid dolo malo gestum sit. Quæ causa approbatur uerbis edicti ſ.propositis. Declaratur hæc causa definitione doli mali d.l.1.§.dolū, his uerbis:* Dolū malum Seruius quidē ita definit, Machinationē quandā alterius decipiendi causa, cū aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo aūt ait, posse sine simulatione id agi, ut quis circūueniatur: posse & sine dolo malo aliud agi, & aliud simulari: sicuti faciant, qui per eiusmodi dissimulationē seruāt & tuentur uel sua uel aliena. Itaq; ipse sic definit. Dolum malum esse omnē calliditatē, fallaciā, machinationē, ad circumueniendū, fallendū, decipiendū alterū adhibitā. Labeonis definitio uera est. Nō fuit aūt contentus Prætor dolū dicere, sed adiecit malū: quoniā ueteres etiā bonū dolū dicebāt, & pro solertia hoc nomen accipiebāt: maximè si aduersus hostes latronē ue quis machinaretur. *Diuiditur dolus malus l.1. in fine.ff.de doli mali except. his uerbis:* An dolo qd factū sit, ex facto intelligitur. Et quidem dolosit tam in contractibus, quàm in testamētis, quàm in legibus.

II. *Causa: Si quis dolo malo deceptus hæreditatem minus idoneā adijt. Hæc causa approbatur, simul et distinguitur l.ult.ff.de dolo malo, his uerbis:* Is qui decepit aliquem, ut hæreditatem non idoneā adiret, de dolo tenebitur: nisi fortasse creditor erat, & solus erat: tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio.

III. *Causa: Si quis dolo persuasus hæreditatē quasi minus idoneam repudiauit. Hæc causa approbatur l.9.in prin.ff.d.tt. his uerbis:* Si quis adfirmauerit minimam esse hæreditatē, & ita eam ab hærede emit: non est de dolo actio, cum ex uēdito sufficiat. Si autem mihi persuaserit, ut repudiem hæreditatem, quasi minus soluēdo ea sit: uel ut optem seruum, quasi melior eo in familia non sit: dico de dolo dandam, si callidè hoc fecerit. *Concordat l.9.C.de dolo malo, his uerbis:* Si maior quinq; & uiginti annis hæreditatem fratris tui repudiasti: nulla tibi facultas eius adeundæ relinquitur. Sanè si eius uxoris tibi substitutæ dolo factum est: actionem de dolo contra eam exercere potes. *Concordat item l.4.§.si cū legitima. ff.de doli mali except. cuius uerba uide ſ. lib.29.cap.13.except.14.repl.8.*

IIII. *Causa: Si tabulas testamenti deleuit uel corrupit. Hæc causa approbatur l.15.ff. de dolo malo, his uerbis:* Si quis tabulas testamenti apud se depositas, post mortem testatoris deleuerit, uel alio modo corruperit: hæres scriptus habebit aduersus eum actionē de dolo malo. Sed & his quibus legata data sunt, erit de dolo actio.

V. Causa.

V. *Causa: Si tabulas testamenti suppreßit, ne de inofficioso agi poßit. Hæc causa approbatur l.9.§. item si tabulæ.ff.d.tt.his uerbis:* Si tabulæ testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressę sint, mox mortuo filio prolatæ: hæredes filij aduersus eos qui suppresserunt, & lege Cornelia, & de dolo posse experiri, Vlpianus ait.

V I. *Causa: Si seruum legatum hæres occidit. Hæc causa reprobatur l.7.§. item si seruum.ff.d.tt.his uerbis:* Si seruum legatum hæres ante aditam hæreditatem occiderit: quoniam priusquã factus sit legatarij, interemptus est, cesset legis Aquiliæ actio. de dolo autem actio, quocunq; eum tempore occiderit, cesset: quia ex testamento actio competit.

V I I. *Causa: Si dominus proprietatis insulam, cuius usufructus legatus est, incenderit. Hæc causa reprobatur l.18.§. si dominus.ff.de dolo malo, his uerbis:* Si dominus proprietatis insulam, cuius usufructus legatus erat, incenderit: nõ est de dolo actio: quoniam aliæ ex hoc oriuntur actiones.

V I I I. *Causa: Si cum mihi optio serui legata esset, persuaseris mihi ut optem seruum, quasi melior in familia non sit. Hæc causa approbatur l.9. in prin.ff. d.tt. cuius uerba uide s̄. causa 3.*

I X. *Causa: Si cùm seruo libertas relicta esset ita, Si rationes hæredibus reddidisset: unus hæredum non redditis rationibus seruum manumiserit. Hæc causa approbatur l.32.ff.de dolo malo, his uerbis:* Filius legatum sibi seruum per præceptionem rogatus manumittere post certum tempus, quàm rationes ipsi & cohæredibus fratribus reddidisset: ante diem & ante redditas rationes ad libertatem uindicta manumittendo perduxerat. quæsitum est, an ex fideicommisso fratribus teneretur, ut rationes pro portionibus eorum redderentur? Scæuola respondit, cum liberum fecit, ex causa quidem fideicommissi non teneri. uerùm si ideò properasset manumittere, ne rationes fratribus redderentur: posse de dolo actionem in eum exerceri.

X. *Causa: Si legatarius persuaserit hæredi, hæreditatem ad solida legata soluenda sufficere, atq; ita solidum legatum acceperit, non detracta Falcidia. Hæc causa approbatur l.23.ff.de dolo malo. cuius uerba uide s̄. lib.34.cap.1.quæst.6.*

X I. *Causa: Si cum mihi permisisses saxum, cretam uel quid simile ex fundo tuo tollere, postea sumptibus factis me tollere non patiaris. Hæc causa approbatur l.34.ff.d.tt.his uerbis:* Si cum mihi permisisses saxum ex fundo tuo eijcere, uel cretam, uel arenam fodere, & sumptũ in hanc rem fecerim, nec patiaris me tollere: nulla actio quàm de dolo actio locum habebit.

X I I. *Caussa: Si quis familiæ meæ persuaserit, ut de possessione decedat: qua ratione mihi damnum est datum. Hæc causa approbatur l.31.ff. d.tt. his uerbis:* Cum quis persuaserit familiæ meę, ut de possessione decedat: possessio quidem non amittitur, sed de dolo malo actio in eum competit, si quid damni mihi accesserit.

X I I I. *Causa: Si fideiussor à creditore pignus emit: debitori de dolo actione tenetur. Quæ regula approbatur l.1. C. de dolo malo. cuius uerba uide s̄. lib. 40.cap.4.causa 1.except.13.repl.7.*

X I I I I. *Causa: Si quis aliquem cui mutua pecunia dabatur, idoneum cui pecunia crederetur, falsò affirmauit. Hæc caussa approbatur, simul & distinguitur l.7.§.fin. cum lege sequente.ff.de dolo malo, his uerbis:* Pomponius refert, Cecidianum Prætorem non dedisse de dolo actionem aduersus eum qui adfirmarat, idoneum esse eum cui mutua pecunia dabatur. Quod uerum est. Nam nisi ex magna & euidenti calliditate non debet de dolo actio dari. Quòd si cum scires eum facultatibus labi, lucri tui gratia adfirmasti mihi idoneum esse: meritò aduersus te (cum mei decipiendi gratia alium falsò laudasti) de dolo iudicium dandum est. *Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi euidens calliditas sit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nam nisi ex magna & euidenti, &c. *Altera exceptio est: Nisi cum quis mandasset alicui, ut exoneraret aerarium eius, cui crediturus erat: is satis idoneum eum falsò dixerit. tunc enim mandati competit actio.l. 42. in fine.ff mandati. Ideoq; de dolo actio cessat, secundum ea quæ dicentur s̄.except.gener.10.repl.2.*

X V. *Caussa: Si is qui non erat soluendo, hortatu tuo à me pecuniam acceperit mutuam, ut tibi solueret. Hæc caussa approbatur l.20.in prin.ff.de dolo malo, his uerbis:* Seruus tuus, cum tibi deberet, nec soluendo esset, hortatu tuo pecuniam mutuam à me accepit, & tibi soluit. Labeo ait, de dolo malo actionem in te dandam. quia nec de peculio utilis sit, cum in peculio nihil sit: nec in rem domini uersum uideatur, cum ob debitum dominus acceperit.

X V I. *Caussa: Si rem minoris uendiderit, ac pluris emerit. Hæc caussa reprobatur l.16.§. idem Pomponius.ff.de minoribus uigintiquinque annis. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. lib.41. capite 3. except.17.*

X V I I. *Caussa: Si quis affirmauerit minimam esse hæreditatem, & ita eam ab hærede minoris emit. Hæc caussa reprobatur l.9. in prin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide s̄. causa 3. Concordat l.42.ff. mandati. cuius uerba uide s̄. lib.43. capite 13. quæstione 1. caussa 12.*

X V I I I. *Caussa: Si uenditor decipiendi emptoris causa quid dixit. Hæc causa approbatur l.37. ff.de dolo malo. cuius uerba uide s̄. lib.42. cap.4. quæst. 3. caussa 9. except.2.*

XIX. *Causa: Si sciens falsa pondera commodauit uenditori, quib. merces emptori appenderet. Hęc causa approbatur l.18.§.de eo.ff.d.tt.cuius uerba uide s. lib.4.cap.8 quęst 1.causa 25.*

XX. *Causa: Si dominus consilio serui circumscriptus cũ uendiderit. Hęc causa approbatur l.7.in prin. ibi: nec uidetur. ff.d.tt.cuius uerba uide j. except.gener.10.repl.2.*

XXI. *Causa: Si uendito prędio uenditor seruitutem imposuit, ędificia diruit, arbores excidit: item si uendito seruo uenenum dedit. Hęc causa approbatur d.l.7.§.non solum. cuius uerba uide j.except.gener.10.repl.6.*

XXII. *Causa: Si cũ mihi persuasisset, ut ancillam illi darẽ, uel manumitterẽ, tanquã recepturus aliquid aliud pro ea: data ancilla, uel manumissa, ille fidẽ placitis nõ pręstet. Hęc causa approbatur l.4.C. de dolo malo. cuius uerba uide s.li.44.ca.1. quęst.1. causa 7.*

XXIII. *Causa: Si fraudulentũ consiliũ quis alicui dedit. Hęc causa approbatur l.47.ff.de reg.iuris. cuius uerba uide s. lib.41. ca. 12. quęst.1.ext.2.repl.1.*

XXIIII *Causa: Si cũ seruus pactus pro libertate reum domino dedisset, ea cõditione, ut post libertatẽ in se transferatur obligatio: postea manumissus uel patronus non patitur transferri. Hęc causa approbatur l.7.§.seruus pro.ff.de dolo malo, his uerbis:* Seruus pro libertate pactionis reũ domino dedit, ea cõditione, ut post libertatẽ transferatur in eũ obligatio. manumissus non patitur in se obligationẽ transferri. Pomponius scribit locũ habere de dolo actionẽ. Sed si per patronũ stabit, quo minus obligatio trãsferatur: dicendũ ait, patronum exceptione à reo submouendũ. Vlpianus. Ego mouəor. qoemadmodũ enim de dolo dabitur, cùm alia sit actio? nisi fortè quis dicat, quoniam exceptione patronos submoueri potest, si agat cum reo, debere dici (qoasi nulla actio sit, quæ exceptione repellitur) de dolo decernẽdã. Atquin patronus tũc submouetur, si nolit expmissorem ipsum manumissum accipere. Expromissori planè aduersus manumissum dari debebit de dolo actio: aut si non sit soluendo expromissor, domino dabitur.

XXV. *Causa: Si quadrupes dolo alicuius, alicui dãnum dederit. Hęc causa approbatur sub cõditione d.l.7.§.si quadrupes, his uerbis:* Si quadrupes tua dolo alterius damnũ mihi dederit: q̃ritur, an de dolo habeã aduersꝰ eũ actionẽ? Et placuit mihi q, Labeo scripsit, si dominus quadrupedis non sit soluẽdo, dari debere de dolo actionẽ: quãuis si noxæ deditio sit secuta, nõ putẽ dãdã, nec in id quod excedit.

XXVI. *Causa: Si compeditum seruum meũ quis soluit. ut fugeret. Hęc causa reprobatur d.l.7.§.idem Labeo. cuius uerba uide s.li.44.ca.12.quęst.5.exc.2.*

XXVII. *Causa: Si qs animal quod mihi debetur, occiderit. Hęc causa approbatur l.18.§.fin. ff.de dolo malo. cuius uerba uide s.lib.38.cap.10.reg.3. Concordat l.19.ff.eod tt.cuius uerba uide d.reg.3.*

XXVIII. *Causa: Si debitor epistolã ad creditorem quasi ab alio scriptã miserit, ut liberaretur. Hęc causa approbatur, simul & distinguitur l.38.ff.d.tt his uerbis:* Quidã debitor epistolã, quasi à Tirio, mitti creditori suo effecit, ut ipse liberaretur: hac epistola creditor deceptus, Aquiliana stipulatione & acceptilatione eũ liberauit. postea epistola falsa uel inanis reperta. Creditor quidẽ maior annis uigintiquinq; de dolo habebit actionem: minor autem in inregrum restituetur.

XXIX. *Causa: Si cuius dolo factũ sit, ut lis temporib. legitimis trãsactis periret. Hęc causa approbatur l.18.§.si cuius.ff.de dolo malo, his uerbis:* Si cuius dolo effectũ est, ut lis tẽporib. legitimis transactis pereat: Trebatius ait, aduersus eũ de dolo dãdũ iudiciũ, nõ ut arbitrio iudicis restituatur, sed ut tãtum actor cõsequatur, quãti eius interfuit id non esse factum: ne aliter obseruantibus lex circumscribatur.

XXX. *Causa: Si seruũ alij pignoratũ noxę dederit. Hęc causa apṗbatur l.9.§.etsi seruũ. ff.de dolo malo. cuiꝰ uerba uide s.li.47.c.2.quę.2.exc.15.repl.8.*

XXXI. *Causa: Si dolo ṗcuratoris aduersarius uicerit, uel absolutus sit. Hęc causa approbatur, simul et distinguitur l.7.§.si dolo.ff.d.tt.his uerbis:* Si dolo ṗcurator passus sit uincere aduersariũ meũ, ita ut absolueretur: an de dolo actio mihi aduersus eũ q uicit, cõpetat, potest q̃ri? & puto nõ cõpetere, si paratus sit reus trãsferre iudiciũ in se sub exceptione hac: Si collusum sit. alioq de dolo actio erit danda: scilicet si cũ ṗcuratore agi nõ possit, qa nõ est soluendo. *Concordat l.9.ff.de doli mali except. cuius uerba uide s.lib.8.cap.3.except.30. Cõcordãt itẽ ea quę proponuntur s.lib.41.cap.13.quęst.7.except.13.*

XXXII. *Causa: Si actor à reo falso ṗsuasus, eũ absolui passus sit. Hęc causa approbatur l.20.in fine. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si ṗsuaseris mihi, nullã societatẽ tibi fuisse cũ eo cuius hæres sum, & ob id iudicio absolui te passus sim: dãdã mihi de dolo actionẽ, Iulianus scribit. *Huic cõtradicit l.25.ff.eod.tt.his uerbis:* Cũ à te pecuniam peterẽ, eoq; nomine iudiciũ acceptũ esset: falsò mihi ṗsuasisti, tãquam eã pecuniã seruo meo aut ṗcuratori soluisses, eoq; modo consecutus es, ut cõsentiente me absolutereris. q̃rẽtibus nobis, an in te doli iudicium dari debeat? placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi succurri potest. Nam ex integro agere possum: & si obijciatur exceptio rei iudicatæ, replicatione iure uti poteris.

XXXIII. *Causa: Si cũ me deferẽte aduersarius iurasset, postea periuriũ fuerit approbatũ. Hęc causa reprobatur l.21.cum lege sequente.ff.d.tt.cuius uerba uide s.lib.7.cap.7.quęst.1.except.17.*

XXXIIII.

XXXIIII. *Causa: Si cum non possideret, liti se obtulit, & absolutus est. Hec causa approbatur l. penult. ff. d. tt. his uerbis:* Si te Titio obtuleris de ea re quam non possidebas, in hoc ut eius usucapias: & iudicatum solui satisdederis: quamuis absolutus sis, de dolo malo tamen teneberis. Et ita Sabino placet.

XXXV. *Causa: Si dolo alicuius factum sit, quo sententia contra absentem pro libertate ferretur. Hec causa approbatur l. 24. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si dolo acciderit eius, qui uerba faciebat pro eo qui de libertate contendebat, quo minus præsente aduersario secundũ libertatem pronũciaretur: puto statim de dolo dandam actionem in eum: quia semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet.

XXXVI. *Caussa: Si litem mouit, ne possessor rem uendere posset. Hæc causa approbatur l. 31. ff. d. tt. his uerbis:* Rei quã uenalem possessor habebat, litẽ proprietatis aduersarius mouere cœpit, & posteaquam opportunitatẽ emptoris cui uenundari potuit, peremit, destitit: placuit possessori hoc nomine actionem in factum cum sua indemnitate competere.

XXXVII. *Causa: Si cũ res apud sequestrũ esset deposita, donec rei iudicaretur, aduersarium postea iudicium accipere nolit. Hec causa approbatur sub cõditione l. 9. §. Labeo. ff. d. tt. his uerbis:* Labeo libro VII. Posteriorum scribit: si oleũ tuũ quasi suum defendat Titius, & in hoc oleum deposuerit apud Seium, ut is hoc uenderet, & preciũ seruaret, donec inter uos dijudicaretur cuius oleum esset, neque Titius uelit iudiciũ accipere: quoniã neq; mãdati neq; sequestraria Seium conuenire potes, nondũ impleta conditione depositionis, &c.

XXXVIII. *Causa: Vbicunq; titulus actionis in priuatis iudicijs deficit, de dolo actio danda est. Que causa approbatur l. 3. §. 1. ff. stellionatus. cuius uerba uide s. lib. 47. cap. 18. quæst. 2. in prin.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENtium causarum generalibus.

I. Exceptio: *Nisi pupillus dolo fecisse dicatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 13. cum lege sequente. ff. de dolo malo, his uerbis:* In causæ cognitione uersari Labeo ait, ne in pupillũ de dolo detur actio, nisi fortè nomine hæreditario conueniatur. Vlpianus. Ego arbitror, & hunc ex suo dolo conueniendum, si proximus pubertati est: maximè si locupletior ex hoc factus sit. Quid enim si impetrauerit à procuratore petitoris, ut ab eo absolueretur? uel si de tutore mentitus pecuniã acceperit? uel alia similia admiserit, quæ non magnam machinationem exigunt?

II. Exceptio: *Nisi parens filium, uel patronus libertum deceperit. Hæc exceptio approbatur l. 11. cũ duab. legib. sequentib. ff. eod tt. his uerbis:* Quibusdam personis nõ dabitur hæc actio: utputa liberis uel libertis aduersus parentes patronosúe, cum sit famosa. Sed nec humili aduersus eum qui dignitate excellit, debet dari: utputa plebeio aduersus consularem receptæ authoritatis: uel luxurioso atque prodigo, aut aliàs uili aduersus hominem uitæ emendatioris: & ita Labeo. Quid ergo in horum persona? dicẽdum est, in factum uerbis temperandam de dolo actionem, ut bonæ fidei mentio fiat: ne ex dolo suo lucrentur. Hæredibus tamen harum personarum, item aduersus hæredes de dolo actio erit danda. *Concordat l. 5. ff. de obsequijs à liberis. cuius uerba uide s. lib. 16. cap. 1. quæst. 5. reg. 4. except. 1. repl. 1. Item concordat l. 5. in fine. C. de dolo malo. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 5. in fine, repl. gener. 1. Concordat item l. 4. §. aduersus parentes. ff. de doli mali except. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 2. quæst. 2. except. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est, quòd quamuis de dolo actio in hoc casu non competat, in factum tamen actio nõ sit denegenda. Que replicatio approbatur uerbis d. l. 11. iam propositis. Concordat d. l. 5. in fine, & d. §. aduersus. Altera replicatio est, quòd exceptio proposita nec hæredi parentis uel patroni danda sit, nec aduersus hæredem filij uel liberti obijcienda. Que replicatio approbatur uerbis s. propositis hisce:* Hæredibus tamen harum personarum; &c. *Concordat d. §. aduersus.*

III. Exceptio: *Nisi honestior minus honestũ decepisse dicatur. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur eodẽ modo quo exceptio superior proxima, uerbis d. l. 11. cum duab. legib. sequentib. s. propositis.*

IIII. Exceptio: *Nisi rem iure suo sit usus. Hæc exceptio approbatur, declaratur & distinguitur s. lib. 36. cap. 3. except. 11.*

V. Exceptio: *Nisi antea deceptus deceperit. Hæc exceptio approbatur l. 36. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent. *Concordat l. 196 ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. lib. 5. cap. 9. in prin. reg. 2.*

VI. Exceptio: *Nisi iussu iudicis factum sit. Hæc exceptio approbatur l. 157. in fine. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide s. lib. 3. cap. 2. except. 4.*

VII. Exceptio: *Nisi actor sciuit & consensit. Hæc exceptio approbatur l. 157. ff. d. tt. cuius uerba cum cõcordantib. uide s. lib. 36. cap. 3 except. 14.*

VIII. Exceptio: *Nisi non magna uel euidens sit calliditas. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide s. caussa 14.*

IX. Exceptio: *Nisi modica summa sit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. fin. cũ lege sequẽte. ff. de dolo malo, his uerbis:* Meritò causæ cognitionem Prætor inseruit: neq; enim passim hæc actio indulgenda est. nam ecce in primis, si modica summa sit, id est usque ad duos aureos, non debet dari.

X. Ex-

X. Exceptio: *Nisi alia actione uel alio iuris remedio actor suum consequi possit. Hæc exceptio approbatur uerbis edicti ſ. eod cap. in prin. propositis hisce:* Si de his rebus alia actio non erit. *Concordat l.1.§.ait Prætor. ff. de dolo malo, his uerbis:* Ait Prætor, Si de his reb. alia actio nõ erit. Meritò Prætor ita demũ hãc actionẽ pollicetur, si alia actio nõ sit: quoniã tã famosa actio nõ temerè debuit à Prætore decerni, si sit ciuilis uel honoraria, qua quis possit experiri. Vsqueadeò ut Pedius lib. IX. scripserit, etiã si interdictũ sit quo quis experiri, uel exceptio qua se tueri possit: cessare hoc edictum Idem & Pomponius lib. XXVIII. & ita adijcit: etsi stipulatione tutus sit quis, eum actionem de dolo habere non posse: utputa si de dolo stipulatus sit. Idem Pomponius ait, etsi actionem in nos dari non oporteat: ueluti si stipulatio tam turpis de dolo malo facta sit, ut nemo daturus sit ex ea actionem: non debere laborari, ut habeam de dolo malo actionem: cum nemo sit aduersus me daturus actionem. Idem Pomponius refert, Labeonem existimare, etiã si quis in integrum restitui possit, non debere ei hanc actionem competere. *Concordat item l.2.C.eod.tit.his uerbis:* De dolo actio, cùm nulla alia competit, caussa cognita permittitur. *Huius exceptionis exemplum est, si stipulatio de dolo interposita sit. quod exemplum proponitur uerbis iam dictis hisce:* Vtputa si de dolo stipulatus sit, &c. *Cui concordat l.4.§.in stipulatione. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ã. lib. prox. cap.2. quæst.2. except.1. repl.5. Item concordat l.7.§.non solùm.ibi: sed est uerius. ff. de dolo malo. cuius uerba uide ſ, repl.6. Aliud exemplum proponitur l.5. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si quis pupillus à Titio, tutore authore colludente, circumscriptus sit: Vlpianus ait, non debere eum de dolo malo actionem aduersus Titium habere, cum habeat tutelæ actionem, per quam consequatur quod sua intersit. Planè si tutor soluendo non sit: dicendum erit, de dolo actionem ei dari. *Plura exempla exceptionis proposita uide ſ. caussa 6.7.17.28 & 32. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actio alia propter inopiam debitoris sit inanis. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.5. iam propositis hisce:* Planè si tutor soluendo non sit: dicendum erit, de dolo actionem ei dari. *Concordat l.6. ff. eod. tit. his uerbis:* Nam is nullam actionem uidetur habere, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est. *Concordat item l.7.§.si quadrupes. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. caussa 25. Item concordat d.l.7.§.si dolo, in fine. cuius uerba uide ſ. caussa 31. Item concordat l.9.§.Labeo, in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. caussa 17. Altera replicatio est: Nisi actio alia per exceptionem elidatur. Hæc replicatio approbatur l.7.§.seruus. ibi: nisi fortè. ff. de dolo malo. cuius uerba uide ã. caussa 24. Sed & approbatur exemplo d.l.7. in prin. his uerbis:* Eleganter Pomponius hæc uerba, Si alia actio non sit: sic excepit, quasi res alio modo ei ad quem ea res pertinet, salua esse nõ possit. Nec uidetur huic sententiæ aduersari, quod Iulianus libro quarto scribit: si minor annis uigintiquinque cõsilio serui circumscriptus, eum uendiderit cum peculio, emptorque eum manumiserit: dandam in manumissum de peculio actionem. Sine enim accipimus carere dolo emptorem, ut ex empto teneri non possit: siue nullam esse uenditionem, si in hoc ipso, ut uenderet, circumscriptus est (quod & proponitur) nõ inducitur in integrum restitutio. Nam aduersus manumissum nulla in integrum restitutio locum habet. Secũdum quæ, etiam si pœnali actione indemnitati eius consuli possit: dicendum erit, cessare de dolo actionem. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi exceptio qua elidatur actio alia, actoris culpa sit nata. Hæc duplicatio approbatur exemplis l.1.§. sed etsi alia, cum sequente. ff. de dolo malo, his uerbis:* Etsi alia actio tẽpore finita sit, Labeo existimat hanc cõpetere non debere: sibi imputaturo eo, qui agere supersederit: nisi in hoc quoq; dolus malus admissus sit, ut tẽpus id exiret. Si quis cum actionem ciuilem haberet, uel honorariam in stipulatum deductam, eam acceptilatione uel alio modo sustulerit: de dolo experiri non poterit, quoniam habuit aliam actionem: nisi & in amittenda actione dolum malũ passus est. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi actor in amittenda actione dolum passus sit. Quæ triplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi & in amittẽda actione dolum malum passus est. *Item hisce:* Nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, ut tempus id exiret. *Tertia replicatio uidetur: Nisi alia actio pœnalis sit. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis d.l.7. paulo superius propositis hisce:* Secundum quæ, etiamsi pœnali actione indemnitati eius consuli possit: dicendum erit, cessare de dolo actionẽ. *Quarta replicatio uidetur: Nisi alia actio popularis sit. Hæc replicatio reprobatur d.l.7.§.Pomponius, his uerbis:* Pomponius, etiamsi popularis actio sit, cessare de dolo actionem ait. *Quinta replicatio est: Nisi publica accusatio competat. Hæc replicatio approbatur exemplo l.9.§. item si tabulæ. ff. de dolo malo. cuius uerba uide ſ. caussa 5. Sexta replicatio uidetur: Nisi alia actio aduersus alium competat. Sed hæc replicatio reprobatur l.1.§. fin. cũ trib. legib. sequentib. ff. de dolo malo, his uerbis:* Non solùm si aduersus eum sit alia actio, aduersus quem de dolo quæritur, uel à quo seruari res poterit, non habet hoc edictum locum: uerùm etiamsi aduersus alium sit a-

ctio,

ctio, uel si ab alio res mihi seruari poterit. *Huius replicationis reprobatæ proponitur exemplū l.5.ff.eod.tit.cuius uerba uide s.ead.except.exemplo 2. Septima replicatio uidetur: Nisi dubitetur an alia sit actio. Hæc replicatio approbatur l.7.§.non solùm.ff.de dolo malo, his uerbis:* Non solùm si alia actio non sit, sed etsi dubitetur an alia sit, putat Labeo de dolo dandam actionem, & adfert talem speciem: Qui seruum mihi debebat (uel ex uenditione, uel ex stipulatu) uenenum ei dedit, & sic eum tradidit: uel fundum, & dum tradidit, imposuit ei seruitutem, uel ædificia diruit, uel arbores excidit, uel uineam extirpauit. ait Labeo, siue cauit de dolo, siue non: dandam in eum de dolo actionem. Quoniam si cauit, dubium sit, an competat ei ex stipulatu actio. Sed est uerius: siquidem de dolo cautum est, cessare actionem de dolo: quoniam est ex stipulatu actio. si non est cautū: in ex empto quidem actione cessat de dolo actio, quoniam est ex empto: in ex stipulatu uerò de dolo actio necessaria est.

X I. *Exceptio: Nisi ex doli clausula agatur: ex hac enim non de dolo actio, sed ex stipulatu competit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s.except.prox.exemplo 1.*

X I I. *Exceptio: Nisi cum alio actum sit, & ab eo solutum. Hæc exceptio approbatur l.17.in prin.ff. de dolo malo, his uerbis:* Si plures dolo fecerint, & unus rem restituerit: omnes liberatur. Quòd si unus quanti ea res est, præstiterit: puto adhuc cæteros liberari.

## V. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. *Regula: Tabulis testamenti dolo malo corruptis uel deletis, tam hæredibus quàm legatariis de dolo actio competit. Quæ regula approbatur l.35.ff.de dolo malo. cuius uerba uide s.quæst.prox.causa 4.*

I I. *Regula: Si cum seruus pro libertate pactus reum domino dedit, ita ut obligatio in se post manumissionem transferretur, manumissus in se obligationem transferri non patiatur: reo datur de dolo actio. aut si reus soluendo non sit, manumissori domino dabitur. Quæ regula approbatur l.7.§.seruus, in fine.ff.de dolo malo. cuius uerba uide s.quæst.prox.causa 24.*

## VI. ADVERSVS QVOS de dolo actio competit?

I. *Regula: Aduersus alium quàm qui dolo fecit, de dolo malo actio non competit. Quæ regula approbatur exemplo l.15.§.de dolo.ff.de dolo malo, his uerbis:* De dolo decurionum, in ipsos decuriones dabitur de dolo actio. *Concordat d.l.15.§.penult. his uerbis:* Procurator ex suo dolo proculdubio tenebitur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi ex dolo alterius ad alium quid peruenit: hoc enim casu is quoq; ad quem peruenit aliquid, eo nomine de dolo tenebitur. Quæ exceptio approbatur exemplis d.l.15. his uerbis:* Ex dolo tutoris si factus est locupletior pupillus, puto in eū dandam actionem, sicut exceptio datur. Sed an in municipes de dolo detur actio, dubitatur? Et puto ex suo quidem dolo nō posse dari: quid enim municipes dolo facere possunt? Sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res eorum administrant, puto dandam. De dolo autem decurionum, in ipsos decuriones dabitur de dolo actio. Item si quid dolo procuratoris ad dominum peruenerit: datur in dominum de dolo actio, in quantum ad eum peruenit. nam procurator ex suo dolo proculdubio tenebitur. *Ait Iurisconsultus:* Ex dolo tutoris si factus est locupletior pupillus, &c. *Huic concordāt ea quæ proponuntur s.lib.17.cap.1. quæst.8.reg.1.except.2.repl.1. Aliud propositæ exceptionis exemplum proponitur in hæredibus eius qui dolo fecit, l.17.in fine.ff.de dolo malo. de quo uide j.reg.prox. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi reus dolo procuratoris sit absolutus: hoc enim casu, quamuis reus ex dolo procuratoris exceptionem rei iudicatæ sit nactus: non tamē de dolo tenetur, si ipse dolo careat. Quæ replicatio approbatur l.7.§.penult.ff.de dolo malo. cuius uerba uide s.quæst.4.causa 31. Altera replicatio est: Nisi aduersus ipsum qui dolo fecit, non potuit de dolo actio competere: tunc enim nec aduersus eum ad quem res peruenit, de dolo actio danda est. cuius tamē duplicatio hæc est: Nisi is q dolo fecit, loco actiōis de dolo in factū actione teneatur: hoc.n.casu nihilominus is ad quē res puenit, de dolo tenebitur. Quæ duplicatio approbatur exēplo hæredū l.13.in prin.ff.d.tit. cuius uerba uide s.quæst.4.except.gener.2.repl.2. Tertia replicatio est: Nisi is qui dolo fecit, rem quam nactus est alienauerit: hoc enim casu is cui res alienata est, nec de dolo, nec rei uendicatione tenetur. Quæ replicatio approbatur l.10.C.de rescind.uendit. cuius uerba uide s.lib.41. cap.3. exc.33.repl.2.*

I I. *Regula, De hæredibus eius qui dolo fecit. Hi actione de dolo regulariter non tenentur. cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi de eo quod ex dolo ad eos peruenit. Quæ exceptio approbatur l.17. in fine.ff.de dolo malo, his uerbis:* Hæc actio in hæredem & in cæteros successores datur, duntaxat de eo quod ad eos peruenit. *Concordat l.26. cum duab.legib. sequentib. ff.eod.tit. his uerbis:* In hæredē eatenus daturū se eā actionē Proconsul pollicetur, quatenus ad eum peruenit: id est, quatenus ex ea re locupletior ad eum hæreditas peruenit, dolóue malo eius factum est, quo minus perueniret. Itaq; si accepto lata sit tibi pecunia: omnimodo cum hærede tuo agetur. At si res tibi tradita sit: siquidem mortuo te ea res extitit, agitur cum hærede tuo: si minus, non agitur. *Concordat item l.29. cum lege sequente. ff.eod. tit.*

*his uerbis:* Sabinus putat, calculi potius ratione quàm maleficij hæredem conueniri: denique famosum non fieri, ideoque in perpetuum teneri oportere: neque causæ cognitio erit in hæredis persona necessaria. *Altera exceptio est: Nisi de eo quod dolo malo hæredis factum est, quo minus ad eum perueniret. quæ exceptio approbatur uerbis ā. propositis hisce:* Dolo ue malo eius factum est, quo minus perueniret.

## VII. QVID VENIAT IN actionem propositam

I. *Regula: Agitur hoc iudicio, ut res restituatur. Quæ regula approbatur l. 18. in prin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide J. reg. prox. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res perierit: tunc enim non ut restituatur, sed statim in id quod interest, competit. Quæ exceptio approbatur d. l. 18. §. non tamen, his uerbis:* Non tamen semper in hoc iudicio arbitrium iudicis dandum est. Quid enim si manifestū sit, rem restitui non posse: ueluti si seruus dolo malo traditus, defunctus sit? Ideoque protinus condemnari debet in id quod intersit actoris. *Altera exceptio est: Nisi dolo malo effectū sit, ut lis temporibus legitimis transactis periret: hoc enim casu non ut lis restituatur, agitur, sed ad interesse. Quæ exceptio approbatur d. l. 18. §. si cuius dolo. cuius uerba uide ā. quæst. 4. causa 29.*

II. *Regula: Si res non restituatur, cōdemnatur reus in id quanti ea res est, uel quanti actoris interest. Quæ regula cùm d. §. non tamen, & d. §. si cuius dolo, approbetur: tum etiā approbatur d. l. 18. in prin. his uerbis:* Arbitrio iudicis in hac quoque actione restitutio comprehenditur: & nisi restitutio fiat, sequitur condemnatio quanti ea res est. Ideo autem hic & in metus causa actione certa quantitas non adijcitur, ut possit per contumaciam suam tanti reus condemnari, quanti actor in litem iurauerit: licet officio iudicis debeat in utraque actione taxatione iusiurandum refrenari. *Ait Iurisconsultus:* Et in metus causa actione, &c. *Huic contradicit ā. cap. prox. quæst. 6. reg. 4.*

III. *Regula: In hac actione in litem etiam iuratur. Quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vt possit per contumaciam suam, &c.

IIII. *Regula: Alius quàm qui dolo fecit (ut hæres) non nisi in id quod ad se peruenit, tenetur. de quo dictū ā. quæst. prox. reg. 1. except. 1.*

V. *Regula: Dominus serui nomine nunc de peculio, nunc noxali actione tenetur. Quæ regula approbatur l. 9. §. hæc de dolo. ff. de dolo malo, his uerbis:* Hæc de dolo actio noxalis erit. Ideo Labeo quoque libro XXX. Prætoris peregrini scribit, de dolo actionē serui nomine interdum de peculio, interdum noxalem dari. Nam si ea res sit, in qua dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio: tunc de peculio dandam. Si uerò ea sit, ex qua noxalis: hoc quoque noxalem futurum.

## VIII. QVAMDIV COMpetit hæc actio?

*Intra biennium tātùm. Quæ regula approbatur l. 8. C. de dolo malo, his uerbis:* Optimū duximus, nō ex eo die quo se quisque admissum dolū didicisse cōmemorauerit, neque intra anni utilis tēpus, sed potius ex eo die quo adseritur commissus dolus, intra continuū bienniū de dolo actionē moueri: siue absuerit, siue præstò sit is qui dolum se passum esse conqueritur. Omnes igitur sciant, neque incipiendæ post bienniū, neque ante cōpletū bienniū cœptæ, post bienniū finiendæ doli actionis concessam licentiam. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi quia reipub. causa absuerit actor, agere non potuerit. Quæ exceptio approbatur l. 3. C. d. tit. his uerbis:* Non possunt tibi obesse tempora quæ in actionem de dolo solent computari, quibus reipublicæ causa (ut allegas) occupatus: sed exinde tibi incipiat tempus cedere, ex quo muneribus liberatus facultatem agendi intra præstituta tempora cœperis obtinere. *Altera exceptio uidetur: Nisi actor ignorauerit dolū admissum. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 8. iam propositis. Tertia exceptio uidetur: Nisi intra biennium res in iudicium sit deducta. Sed & hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 8. hisce:* Neque ante completū biennium cœptæ, post biennium finiendæ, &c. *Quarta exceptio est: Nisi in id quo locupletior reus ex dolo factus est, agatur. Hæc exceptio approbatur l. 28. in fine. ff. de dolo malo, his uerbis:* In hæredem perpetuò dabitur: quia non debet lucrari ex alieno damno. Cui conueniens est, ut & in ipsum qui dolum commisit, in id quod locupletior est, perpetuò danda sit in factum actio. *Cōcordat l. 29. ff. eod. tit. cuius uerba uide ā. quæst. 6. reg. 2. exc. 1.*

## IX. ADIVNCTA OFFICIA actoris & iudicis.

I. *Regula: Causa cognita hoc iudicium expeditur. Quæ regula approbatur uerbis edicti ā. eod. cap. in prin. propositis hisce:* Et iusta causa esse uidebitur, &c. *Concordat l. 9. §. fin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide ā. quæst. 4. except. 9. Concordat item l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide ā. d. quæst. 4. except. 10. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi aduersus alium, quàm qui dolo fecit, agatur. Hæc exceptio approbatur exemplo hæredis l. 30. ff. d. tit. cuius uerba uide ā. quæst. 6. reg. 2. except. 1.*

II. *Regula: Cui incumbat onus probandi? Affirmāti incumbit. Quæ regula approbatur l. 18. §. qui dolo. ff. de probationib. cuius uerba cum concordantib. uide ā. lib. 7. cap. 2. quæst. 2. reg. 1. in prin.*

III. *Regula: Quid probādū? In hac actione, quid & cuius dolo factū sit, designādū atque probādū est. Quæ regula approbatur l. 15. §. fin. cū lege sequēte. ff. de dolo malo, his uerbis:* In hac actione designari oportet, cuius dolo factū sit: quāuis in metu nō sit necesse. Itē exigit Prætor, ut cōprehēdatur,

tur, quid dolo malo factum sit. Scire enim debet actor, in qua re circumscriptus sit: nec in tanto crimine uagari.

IIII. *Regula: Per quæ dolus probandus, uide s. lib. 7. cap. 2. quæst. 3. de dolo probando.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. *Regula: In casibus in quibus alia actio deficit, nec tamen de dolo actio propter reuerentiam personarũ danda est: in factum actio datur. Quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur s. quæst. 4. except. 2.*

II. *Regula. Boni prætoris est, potius restituere litem, quàm actionem famosam constituere. Quæ regula approbatur l. 7. §. fin. ff. de in integr. restitut. his uerbis:* Nec intra has solúmodo species cõsistet huius generis auxiliũ. Etenim & deceptis sine culpa sua (maximè si fraus ab aduersario interuenerit) succurri oportebit: quãuis etiam de dolo malo actio competere soleat. Et boni prætoris est, potius restituere litem, ut ratio & æquitas postulabit, quàm actionem famosam constituere: ad quã tũc demum descendendum est, cùm remedio locus esse non potest. *Ait Iurisconsultus:* Intra has solummodo species: *scilicet quæ enumeratæ sunt s. cap. 1. in prin. Ait insuper:* Huius generis auxilium. *scilicet in integrum restitutionis.*

III. *Regula: Rei per dolum alienatæ uindicatio nõ competit. Quæ regula approbatur l. 10. C. de rescind. uendit. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 3. exe. 13. repl. 1.*

*Plura huiusmodi adfinia remedia, quæ excludunt de dolo actionem, uide s. quæst. 4. excep. 10. Hæc de actione de dolo malo. De doli mali exceptione, quæ & ipsa huius actionis adfine remedium est, uide s. lib. prox. cap. 2.*

## *DE MINORIBVS VIginti quinque annis. Cap. IIII.*

PRimò: *Verba edicti quo introducitur hæc in integrum restitutio, proponuntur l. 1. §. prætor. ff. de minor. uigintiquinq; annis, hæc scilicet:* Prætor edicit: Quòd cum minore, quàm uiginti quinq; annorum natu, gestum esse dicetur: utiq; quæ ea res erit, animaduertam.

II. *Ratio huius edicti proponitur d. l. 1. in prin. his uerbis:* Hoc edictum Prætor naturalem æquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit. Nam cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatum consilium, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidijs expositũ: auxilium eis Prætor hoc edicto pollicitus est. & aduersus captiones opitulationem. *Concordat d. l. 1. §. fin. cũ legib. sequentib. his uerbis:* Apparet minoribus annis uigintiquinque Prætorem opem polliceri. nam post hoc tẽpus compleri uirilem uigorem cõstat. Et ideo hodie in hanc usq; ætatem adolescentes curatorum auxilio regũtur: nec antè rei suę administratio eis committi debet, quãuis bene rem suam gerẽtibus. Nec per liberos suos rem suam maturius à curatoribus recipiant. Quod enim legibus cauetur, ut singuli anni per singulos liberos remittantur: ad honores diuus Seuerus ptinere ait, non ad rem suam recipiendam. Deniq; diuus Seuerus & Imperator noster huiusmodi consulum uel præsidũ decreta quasi ambitiosa esse interpretati sunt. Ipsi autẽ perrarò minoribus rerũ suarũ administrationẽ extra ordinẽ indulserũt. Et eo iure utimur.

III. *Genus huius petitionis proponitur l. 24. §. fin. ff. de minorib. 25. annis, hisce uerbis:* Ex hoc edicto nulla propria actio uel cautio proficiscitur. Totum enim dependet ex prætoris cognitione.

IIII. CAVSAE HVIVS IN integrum restitutionis.

I. *Causa, eaq; generalis, hæc est: Si cum minore uigintiquinq; annis aliquid gestum est, ex quo est læsus: ut in integrum restituatur, officium magistratus implorare potest. Quæ causa approbatur uerbis edicti s. eod. cap. in prin. propositis. Concordat l. 7. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ait prætor, Gestum esse dicetur. Gestum sic accipitur, qualiter qualiter, siue contractũ sit, siue quid contigerit. Proinde & si emit aliquid, si uendidit, si societatem coijt, si mutuã pecuniam accepit, & captus est: ei succurretur. *Concordat item l. 1. C. de in integrum restit. minor. his uerbis:* Minoribus in his quæ uel prætermiserunt, uel ignorauerunt, innumeris authoritatibus cõstat esse consultum. *Huius causæ species & exempla sunt causæ sequentes.*

II. *Caussa: Si emit uel uendidit minor, uel eius curator. Hæc causa approbatur uerbis d. l. 7. in prin. iam propositis hisce:* Proinde & si emit aliquid, si uendidit, &c. *Concordat l. 2. C. aduersus uenditionem, his uerbis:* In integrum restitutione minoribus aduersus commenticias uẽditiones, & aduersus tutorum seu curatorum insidias, sanctionũm præsidio cautum esse, nõ dubium est. *Concordat item l. penult. ff. de minorib. uigintiquinq; annis. cuius uerba uide s. li. 18. ca. 6. quæst. 1. in fine. Item concordat l. 27. §. si pecuniam. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. causa 23. Huius causæ exceptio prima uidetur: Nisi tutor uel curator minoris, eius nomine bona fide emit uel uendidit. Hæc exceptio reprobatur d. l. penult. ibi: etiamsi collusio non intercessit. Concordat l. 47. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Tutor urgentibus creditoribus rem pupillarem bona fide uendidit, denunciato tamen matre emptoribus: quæro, cùm urgentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quidpiam dici possit: an pupillus in integrum restitui potest? Scæuola respon-

dit, cognita caussa æstimandū: nec idcirco, si iustum sit restitui, denegandum id auxiliū, quòd tutor delicto caret. *Planè admittitur exceptio proposita in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, uenditis. Quæ distinctio approbatur l.7.§.quæsitum.ff.d.tt.his uerbis:* Quæsitum est ex eo, quòd in lucro quoq; minoribus subueniendū dicitur: si res eius uenierit, & existat qui plus licetur: an in integrum propter lucrum restituendus sit? & quotidie Prætores eos restituunt, ut rursum admittatur licitatio. Idē faciunt & in his rebus, quæ seruari eis debent, quod circumspectè erit faciendum. Cæterùm nemo accedat ad emptionem rerum pupillarium, nec si bona fide distrahantur. Et districtè probandum est, in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, non esse minori aduersus emptorem succurrendum: nisi aut sordes, aut euidens gratia tutorum siue curatorum doceatur. *Altera exceptio est: Nisi rem sibi necessariam emit prudenter. Hæc exceptio approbatur l.11.§.unde Marcellus.ff.de minorib. uigintiquinq; annis, hisce uerbis:* Marcellus apud Iulianum notat, Si minor seruum sibi necessarium comparauerit, mox decesserit: non debere eum restitui. Neq; enim captus est emendo sibi rem necessariam, licet mortalem.

III. *Causa: Si cum emisset minor, postea licitatione ab alio superetur. Hæc causa approbatur sub tertia conditione l.35.ff.d.tt. his uerbis:* Si in emptionem penes se collocatam minor adiectione ab alio superetur: implorās in integrum restitutionem audietur, si eius interesse emptam ab eo rem fuisse adprobetur: ueluti quod maiorum eius fuisset. ita tamen, ut id quod ex licitatione accessit, ipse offerat uenditori.

IIII. *Causa: Si aliud pro alio in solutum minor dedit. Hæc causa approbatur l.40. in fine.ff.d.tt. his uerbis:* Prædia patris sui minor annis uigintiquinque ob debita rationis tutelæ aliorū, quam pater administrauerat, in solutum inconsultè dedit. Ad suam æquitatem per in integrum restitutionem reuocanda res est: usuris pecuniæ quam constiterit ex tutela deberi, reputatis, & cum quantitate fructuū perceptorum compensatis.

V. *Causa: Si indebitum minor soluit. Hæc causa approbatur l.25.in prin ff.de minorib.25.annis, hisce uerbis:* Illud nullam habet dubitationem, quin si minor non debitum soluerit ex ea caussa, ex qua iure ciuili repetitio non est danda, sit ei utilis actio ad repetendum: cum & maioribus uigintiquinq; annis iustis ex causis dari soleat repetitio. *Huius exemplum proponitur l.2.C.si aduersus solutionem, his uerbis:* Indebito legato, licet per errorem iuris, à minore soluto, repetitionem ei decerni, si necdum tempus quo restitutionis tribuitur auxilium, excesserit: rationis est.

VI. *Causa: Si cum illam aut illam rem minor deberet, preciosiorem soluit. Hæc causa approbatur l.7.§. hodie, in fine.ff.d.tt. cuius uerba uide J.caussa 21.*

VII. *Causa: Si minor moram in soluendo fecit, propter quam in pœnam incidit, uel res inempta facta est. Hæc causa approbatur l.38.ff.de minorib.25. annis, hisce uerbis:* Aemylius Larianus ab Ouinio fundum Puteolanum lege commissoria emerat, data parte pecuniæ, ita ut si intra duos menses ab emptione reliqui precij partem dimidiam non soluisset, inemptus esset: itē si intra alios duos menses reliquum preciū non numerasset, similiter esset inemptus. Intra priores duos menses Lariano defuncto, Rutiliana pupillaris ætatis successerat, cuius tutores in solutione cessauerunt. Venditor denunciationibus tutoribus sæpe datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho uendiderat. Pupilla in integrum restitui desiderabat. Victa tam apud Prætorem, quàm apud Præfectum urbi, prouocauerat. Paulus. Putabam bene iudicatū: quòd pater eius, non ipsa contraxerat. Imperator autem motus est, quòd dies committendi in tempus pupillæ incidisset, eaq; effecisset, ne pareretur legi uenditionis. Dicebam, magis posse eam ea ratione restitui, quòd uenditor renūciando post diem quo placuerat esse commissum, & precium petēdo, recessisse à lege sua uideretur. Nec me mouere, quòd dies postea transisset: nō magis quàm si creditor pignus distraxisset post mortē debitoris, die solutionis finita. Quia tamen lex commissoria displicebat ei, pronunciauit in integrum restituēdam. Mouit & illud Imperatorem, quòd priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronunciati erant.

VIII. *Causa: Si minor solutam sibi pecuniā perdidit, uel malè cōsumpsit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur ī.lib.prox. cap.7.except.6.*

IX. *Causa: Si curatori minoris pecunia à debitorib. soluta, non sit minori salua. Hæc causa approbatur l.1. C.si aduersus solutionē, his uerbis:* Exēplo cæterorū debitorū tutores etiā, quæ ex administratione tutelæ debēt, curatorib. soluentes liberantur. Sed ante tēpus in integrū restitutionis præstitutū edicto perpetuo permissum beneficiū implorari, & an sit tribuendū, per causæ cognitionem existimari potest.

X. *Causa: Si minor, dum agit uel conuenitur, in iudicio captus est. Hæc causa approbatur l.7.§.non solùm.ibi: sed & in.ff.de minorib.25.annis, hisce uerbis:* Et in iudicijs subuenitur minori, siue dum agit, siue dum conuenitur, captus sit. *Plura de hac causa uide J.causa 17.*

XI. Causa

X I. *Causa: Si non intra legitimum tempus egerit, uel exceperit minor. Hæc causa approbatur l. ult. C. in quib. causis in integr. restit. nõ est necessaria. cuius uerba uide ĩ. lib. 36. cap. 15. except. 11. repl. 1. Huius exemplũ proponitur l. 2. C. d. tt. cuius uerba uide J. exc. 26. exemp. 1. Item aliud exemplum proponitur l. 7. §. penult. ff. de minor. uigintiquinq; annis, hisce uerbis:* Si non prouocauit intra diem minor, subuenitur ei ut prouocet. finge enim hoc desiderare. *Huius exceptio hæc est: Nisi criminalis uel pœnalis sit actio uel accusatio. Hæc exceptio approbatur l. 37. in prin. ff. de minorib. 25. annis, his uerbis:* Auxilium in integrum restitutionis in exemptionib. pœnarum paratum non est. Ideoq; iniuriarum iudicium semel omissum repeti nõ potest: & in sexaginta diebus præteritis, in quibus iure mariti sine calumnia uir accusare mulierem adulterij potest, denegatur ei in integrũ restitutio. quia ius omissum si nunc repetere uult, quid aliud quàm delicti ueniam, id est calumniæ deprecatur? & cum neque in delictis, nec calumniatoribus prætorem succurrere oportere certi iuris sit: cessabit in integrum restitutio.

X I I. *Causa: Si minor litem deseruit. Hæc causa approbatur l. 7. §. fin. ff. de minorib. 25. annis, hisce uerbis:* Item in eremodicija minoribus subueniỉtur. Constat autem omnis ætatis hominibus restaurationem eremodicij præstari, si se doceant ex iusta causa abfuisse.

X I I I. *Causa: Si minor quasi contumax sit condemnatus. Hæc causa approbatur l. 8. ff. d. tt. his uerbis:* Minor, etiamsi quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium implorabit.

X I I I I. *Causa: Si minor liti renunciauit. Hæc causa approbatur l. 1. C. de in integr. restit. minor. his uerbis:* Illud inspiciandum est, num in officiosi querelæ uel palàm, uel tacita dissimulatione sit renunciatum. Nec hoc autem in tuam personam cadere posse, auxiliũ quod ætati impertitur, ostendit.

X V. *Causa: Si minor aliquam exceptionem uel allegationem omisit. Hæc causa approbatur l. 36. ff. de minorib. 25. annis, hisce uerbis:* Minor uiginti quinque annis omissam allegationem, per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

X V I. *Causa: Si minor in iudicem compromisit. Hæc causa approbatur l. 34. in fine. ff. d. tt. his uerbis:* Minores, si in iudicem compromiserunt (licet tutore authore stipulati sunt) integri restitutionem aduersus talem obligationẽ iure desiderant.

X V I I. *Caussa: Si aduersus minorem sit iudicatũ. Hæc causa approbatur l. 41. ff. de minorib. 25. annis, hisce uerbis:* Præses prouinciæ minorem in integrum restituere potest, etiam contra suam uel decessoris sui sententiam. Quod enim appellatio maioribus interposita præstat, hoc beneficio ætatis consequuntur minores. *Concordat l. 1. C. si aduersus rem iudicatam rẽstit. postuletur, his uerbis:* Minus ex tutelæ iudicio consecuti, de superfluo habere actionem ita potestis, si tẽpore iudicij minores annis fuistis, & tunc beneficium ætatis uobis largitur. Cæterùm si post legitimam ætatem sententia prolata est: iteratò eandem actionem de ijsdem speciebus inferre non potestis. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Si cũ pater tuus te in sua potestate esse, minime que emancipationem à se factam ualere diceret, Proconsul super caussa cognoscẽte eius potestati subiectam pronunciauerit: cum aduersus eam sententiam in integrum restitui postules: is qui prouinciam regit, in impertienda cognitione suas partes secundum leges exhibebit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi à Principe sententia sit lata. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. 1. ff. de minorib. 25. annis, hisce uerbis:* Si princeps sententiam dixit, perrarò solet permittere restitutionẽ, & induci in auditorium suum eum qui per infirmitatem ætatis captum se dicat: dum ea quæ pro causa sunt, nõ dicta allegat, uel ab aduocatis præuaricatum queratur. Denique Glabrionem Atilium diuus Seuerus & Imperator Antoninus non audiuerunt, incoloratè restitui desiderantem aduersus fratrem, post speciem in auditorio eorum finitam. Rursus Poscennio Seuero cõtra rebis indicatas in integrum restitui desiderãti, diuus Seuerus & Imp. Antoninus permiserunt, in auditorio suo examinari. *Altera exceptio uidetur: Nisi à præfecto prætorio sententia sit lata. Hæc exceptio reprobatur l. 17. ff. d. tt. his uerbis:* Præfecti etiam prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab ijs non possit. Hæc idcirco tam uariè, quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam, in integrum uerò restitutio erroris proprij ueniæ petitionem, uel aduersarij circumuentionis allegationem continet. *Tertia exceptio est: Nisi contra alium, qui minorem in iudicio defendit, sententia sit lata. Hæc exceptio approbatur l. 46. ff. d. tt. his uerbis:* Paulus respondit, Eum qui ex sua uoluntate minorem annis in iudicio defendit, & condemnatus est, ex causa iudicati posse conueniri: nec eius qui defendit, ætatem ad restitutionẽ impetrandã ei prodesse: cùm causam iudicati recusare non possit. Ex quo apparet, nec eum cuius nomine condemnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiã implorare posse. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi mandatu minoris alius defensionem eius suscepit. Quæ replicatio approbatur l. 23. §. si autem ipse. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. ge-*

ner.21. *Altera replicatio eſt: Niſi ex neceſsitate condemnatus minoris defenſionem ſuſcepit, utputa tutor uel curator. Hæc replicatio approbatur l.ult. C.ſi aduerſus rem iudicatam, his uerbis:* In rem pupilli uel adulti contra tutores ſeu curatores à præſide lata ſententia, reſtitutionis auxilium nõ minus, quàm ſi quid aduerſus eos fuiſſet ſtatutum, Implorare minores poſſe conſtat. *Quarta exceptio eſt: Niſi pro libertate ſententia ſit lata. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. ſi aduerſus libertatem, his uerbis:* In iudicio de liberali cauſſa ſententiam pro libertate latam, ne quidem prærogatiua minoris ætatis ſine appellatione poſſe reſcindi, ambigi non poteſt. *Concordat l.9.ff.de appellationibus. cuius uerba uide s.lib.8.cap.2.reg.2. exceptione 1. Sed & plura de exceptione propoſita uide ſ. except.gener.4. Planè ſi contra minorem tutorem uel curatorem non habentem iudicatum ſit: ipſo iure non ualet ſententia ſine reſtitutionis ope. de qua re uide s.lib.8.cap.3.except.7.*

XVIII. *Cauſa: Si minor damnoſam hæreditatẽ adijt. Hæc cauſſa approbatur l.7.§.ſed etſi.ff. de minoribus 25.annis, hiſce uerbis:* Si hæreditatem minor adit minus lucroſam: ſuccurritur ei, ut ſe poſsit abſtinere. nam & hic captus eſt. Idem & in bonorum poſſeſsione, uel alia ſucceſsione. *Concordat l.1.C. ſi ſe abſtinuit, his uerbis:* Si uos paternæ hæreditati non miſcuiſtis, ob eam rem teſtificatio neceſſaria non fuit: cum fides ueritatis uerborum adminicula non deſideret. Quòd ſi pro hærede geſsiſtis, uel bonorum poſſeſsionem accepiſtis: propter ætatem, cui ſubueniri ſolet, in integrum reſtitutionis auxilium accipere debetis. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi neceſſarius hæres contra aditionem in integrum ſe reſtitui petat. Hæc exceptio reprobatur d.l.7.§. non ſolùm, his uerbis:* Non ſolùm filius qui ſe miſcuit paternæ hæreditati, ſed etſi aliquis ſit ex neceſſarijs minor annis: ſimili modo reſtitutionem impetrabit: ueluti ſi ſeruus ſit cum libertate inſtitutus: dicendum enim erit, ſi ſe miſcuit, poſſe ei ſubueniri ætatis beneficio, ut habeat bonorũ ſuorũ ſeparationem. *Altera exceptio eſt: Niſi minor antea aduerſus repudiationem hæreditatis in integrum ſit reſtitutus. Et hæc exceptio iure quidem antiquo reprobatur d.l.7.§. reſtitutus, his uerbis:* Reſtitutus ut ſe hæreditati miſceat, uel ut eam adeat, quam repudiauit: rurſus reſtitui poterit, ut ſe abſtineat. Et hoc reſcriptum & reſponſum eſt. *Planè iure nouo exceptio propoſita approbatur l.8.§.ſin uerò pater, in fine.C. de bonis quæ liberis. cuius uerba uide s.libro 29.capite 13.exceptione 14.replicatione 5. Tertia exceptio eſt: Niſi pater qui filij nomine adijt hæreditatem, in integrum reſtitui petat. Hæc exceptio approbatur d.l.8.§.ubi autem puerilis.ibi: patrem autem, his uerbis:* Vbi puerilis ætas patri licentiam præſtat, etiam ſine conſenſu filij hæreditatem eius nominè adire: ſi hoc fecerit pater, damus quidem filio in integrum reſtitutionem, poſtquam patria poteſtate fuerit liberatus, uel adoleuerit. Patrem autem oneribus hæreditarijs (licet nomine filij adijt) modis omnibus alligamus. Quare enim talem hæreditatem adijt, quam nec ipſe nunc, nec filius idoneam ſibi eſſe hæreditatem exiſtimat? *Quarta exceptio eſt: Niſi poſt aditionem demum hæreditas cœperit eſſe damnoſa. Hæc exceptio approbatur l.11.§. ſi locupleti.ff. de minor.25. annis, hiſce uerbis:* Si locupleti hæres extiterit, & ſubitò hæreditas lapſa ſit (puta prædia fuerunt quæ chaſmate perierint, inſulæ exuſtæ ſunt, ſerui fugerunt aut deceſſerunt) Iulianus quidem libro XXXVI. ſic loquitur, quaſi poſsit minor in integrũ reſtitui. Marcellus autem apud Iulianum notat, ceſſare in integrum reſtitutionem. Neque enim ætatis lubrico captum eſſe, adeundo locupletem hæreditatem: & quod fato contigit, cuiuis patrifamilias (quamuis diligentiſsimo) poſſe contingere. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ex uicio antecedente hæreditas cœperit eſſe damnoſa, & multæ res in ea fuerint mortales. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed hæc res adferre poteſt reſtitutionem minori, ſi adijt hæreditatem, in qua res erant multæ mortales, uel prædia urbana ruinoſa, æs autem alienum graue: quòd non proſpexit poſſe euenire, ut demoriantur mancipia, prædia ruant: uel quòd non citò diſtraxerit hæc, quæ multis caſibus obnoxia ſunt.

XIX. *Cauſſa: Si minor hæreditatem idoneam repudiauit; uel non intra tempus legitimum adijt. Hæc cauſſa approbatur l.2. C.ſi ſe abſtinuit hæreditate, his uerbis:* Si cum aui tui teſtamento te hæredem reliquiſſent, hæreditates eorum non adijſti: liberum tibi eſt, repudiata paterna ſucceſsione, per in integrum reſtitutionis auxilium, quo te ætatis iure dicis eſſe munitam, hæreditatem parentum tuorum (licet antea non adijſti) nunc obtinere. *Concordat l.1.C. ſi ut omiſſam hæreditatem, &c. his uerbis:* Minores uiginti quinq; annis non tantùm in his quæ ex bonis proprijs amiſerunt, uerùm etiam ſi hæreditatem ſibi delatam nõ adierint, poſſe in integrum reſtitutionem poſtulare, iam dudum placuit. *Concordat item l.2. C. eod. tit. his uerbis:* Ad bonorũ poſſeſsio-

sessionem in paternis rebus omissam, minores in integrum restitutionis beneficio admitti, iam pridem placuit. Restituti autẽ decreto, bona quæ habuerũt mortis tẽpore patris, debent conferre. *Item concordat l. 8. §. sin uerò pater. C. de bonis quæ liberis. cuius uerba uide s. lib. 29. cap. 13. except. 14. repl. 3. Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi hæreditas distracta sit, & non omnia adhuc integra. Hæc exceptio approbatur l. 24. §. Scæuola. ff. de minorib. 25. annis, hisce uerbis:* Scæuola noster aiebat, si quis iuuenili leuitate ductus omiserit uel repudiauerit hæreditatem, uel bonorum possessionem: si quidem omnia integra sint, omnimodo audiendum esse. Si uerò iam distracta hæreditate, & negocijs finitis, ad paratam pecuniam laboribus substituti ueniat: repellendum, multoq; parcius ex hac caussa hæredem minoris restituendum esse. *Altera exceptio uidetur: Nisi minor quinq; liberos habeat. Hæc exceptio reprobatur l. 2. C. de in integr. restit. minor. his uerbis:* Eo tempore quo soror tua auxilio ætatis iuuabatur, si patris intestati bonorum possessionem accipere debuit: licet quinq; filios superstites habuerit, nõ tamẽ ideo minus ad edicti prærogatiuam pertinet: scilicet si nunc per ætatem beneficium restitutionis largitur. *Tertia exceptio est: Nisi antea minor aduersus aditionem in integrum restitutionem petierit. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. non autem filio. C. de bonis quæ liberis. cuius uerba uide s. libro 29. cap. 13. exceptione 14. replicatione 15. dupl. 1.*

XX. *Caussa: Si cum minor ita hæres institutus esset, si à patre intra certum tempus emancipatus esset, patri id non indicauit. Hæc caussa approbatur l. 3. §. etsi hæres. ff. de minoribus 25 annis. hisce uerbis:* Si hæres sit institutus, si à patre in diebus centum emancipatus sit: moxque patrem debuerit certiorare, nec fecerit: qui tamen emancipasset, si cognouisset: dicendum erit, posse eum in integrum restitui, parato patre eum emancipare.

XXI. *Caussa: Si minor legatum repudiauit, uel in optionis legato captus est. Hæc caussa approbatur l. 7. §. hodie. ff. d. tit. his uerbis:* Hodie certo iure utimur, ut & in lucro minoribus succurratur. Et Pomponius libro XXVIII. scribit, si sine dolo cuiusquam legatum repudiauerit, uel in optionis legato captus sit, dum elegit deteriorem: uel si duas res promiserit, illam aut illam, & preciosiorem dederit: debere subueniri. *Concordat l. 8. §. penult. C. de bonis quæ liberis. cuius uerba uide s. lib. 29. cap. 13. exception. 14. replicat. 3.*

XXII. *Caussa: Si filius paciscenti patri, ne legatum filio relictum petatur, consensit. Hæc caussa approbatur l. 3. §. si quid ff. de minor. 25. annis, hisce uerbis:* Si quid minori filiofamilias legatum fuerit post mortẽ patris; uel fideicommissum relictũ, & captus est (fortè dũ cõsensit patri paciscenti, ne legatũ peteretur) potest dici in integrũ restituẽdũ: quoniã ipsius interest propter spẽ legati, quod ei post mortẽ patris competit. Sed etsi ei legatũ sit aliqd, quod personæ eius cohæret (puta ius militiæ) dicendum est, posse eum restitui in integrum. Interfuit enim eius non capi: cum hanc patri non adquireret, sed ipse haberet.

XXIII. *Caussa: Si minor mutuam pecuniam accepit & consumpsit. Hæc caussa approbatur l. 7. in prin. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide s. caussa 1. Concordat l. 27. §. si pecuniam. ff. d. tit. his uerbis:* Si pecuniam quam mutuam minor accepit, dissipauit: denegare debet proconsul creditori aduersus eum actionem. Quòd si egenti minor eam credidit: ulterius procedendum non est, quàm ut iubeatur iuuenis actionibus suis, quas habet aduersus eum cui ipse credidisset, cedere creditori suo. Prædium quoque si ex ea pecunia pluris quàm oportet, emerit: ita temperanda res erit, ut iubeatur uenditor reddito precio recipere prædium: ita ut sine alterius damno etiam creditor à iuuene suum consequatur. Ex quo scilicet simul intelligimus, qd obseruari oporteat, si sua pecunia pluris quàm oportet, emerit. ut tamen hoc & superiore casu uẽditor qui preciũ reddidit, etiã usuras quas ex ea pecunia percepit, aut pcipere potuit, reddat: & fructus quibus locupletior est factus iuuenis, recipiat. Itẽ ex diuerso, si minore precio quàm oportuit, uendiderit adolescens: emptor quidẽ iuberi debebit prædia cum fructibus restituere: iuuenis autẽ eatenus ex precio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior est. *Cõcordat item l. 24. §. restitutio. ibi: sicuti facit. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. 14. reg. 1. Item concordat l. 1. C. de filiofamilias minore, his uerbis:* Si frater tuus, cum mutuam pecuniam acciperet, in patris fuit potestate, nec iussu eius, nec contra senatusconsultum contractum est: propter lubricum ætatis aduersus eam cautionem in integrũ restitutionem potuit postulare. *Concordat item l. 5. C. si aduersus creditorem, his uerbis:* Cum & ipse profitearis cum Zenodora minore uigiriti quinq; annis contraxisse, nec doceri potuisse prætori uiro clarissimo, ex eo contractu locupletiorem factam: intelligis eam meritò in integrum restitutã.

*Concordat item l.2.C.eod.tt.bis uerbis:* Si (nt allegas) minor annis pecuniam fœnori accepisti, nec es in rem tuam uersa est: aduersus cautionem, per quam eo nomine te obligasti, in integrum restitutionis auxilium potes solenniter postulare. *Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi filiusfamilias iussu patris pecuniam mutuam acceperit: hoc enim casu ei non subuenitur. de qua re uide ].except.gener.9. repl.1. dupl.1.*

XXIIII. *Caussa: Si minor res suas donauit, uel alij donanti consensit. Hæc caussa approbatur l.2.C.si aduersus donationem, bis uerbis:* SI in te ac fratrem tuum emancipatos pater uester donationem fecit: in alium postea transferendo portionem eius, nihil abstulit nobis. Nec si frater tuus sibi quæsiti prædij rustici partem donanti patri consensit, dominium ab eo discedere potuit propter senatusconsulti authoritatem: nec auxilium in integrum restitutionis in hac re necessariū est. In alijs uerò rebus, quæ etiam sine decreti recitatione alienari possunt, si postquam sibi donatæ fuerint, postea alij donāti eandem patri uoluntatem in minore ætate commodauit, nec præstituta tempora restitutionis excesserint: hoc auxilium implorare potest. *Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi propter nuptias minor uxori donauit. Hæc exceptio approbatur l.1. C. d. tt. bis uerbis:* Si quæ res ante nuptias congruenti moderatione à minore annis merito sponsaliorum tempore, etiam curatore præsente, tibi donatæ sunt: obtentu ætatis non reuocabuntur.

XXV. *Caussa: Si minor cauit quid uel promisit, quo læsus est. Hæc caussa approbatur l.36.§.Pomponius.ff.de minor.25 annis, bisce uerbis:* Pomponius refert lib. XXVIII. Cum quidem hæres rogatus esset fratris filiæ complures res dare ea conditione, ut si sine liberis decessisset, restitueret eas hæredi: & hæc defuncto hærede, hæredi eius cauisset se restituturam: Aristonem putasse in integrum restituendam. Sed & illud Pomponius adiecit, quòd potuit incerti condici hęc cautio etiam à maiore. Non enim ipso iura, sed per condictionem munita est.

XXVI. *Caussa: Si minor nouando deteriorem suam conditionem fecit. Hæc caussa approbatur l.27. §.ex hoc intelligimus.ff.d. tt. bis uerbis:* Si damnosam sibi nouationem minor fecerit (fortè si ab idoneo debitore ad inopem nouādi caussa transtulerit obligationem) oportet eum in priorem debitorem restitui. *Concordat l.40. in prin. ff. d.tt.bis uerbis:* Minor annis uiginti quinq;, cui fideicommissum solui pronunciatum erat, cauerat id se accepisse, & cautionem eidem debitor quasi creditæ pecuniæ fecerat: in integrum restitui potest: quia partem ex caussa iudicati persecutionem, nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat.

XXVII. *Caussa: Si societatem minor coijt. Hæc caussa approbatur l.7. in prin.ff.d.tt. cuius uerba uide s.caussa 1.*

XXVIII. *Caussa: Si mulier minor immodicam dotem dederit. Hæc caussa approbatur l.9.§.in dotis.ff.de minor.uiginti quinq; annis, bisce uerbis:* In dotis quoq; modo mulieri subuenitur, si ultra uires patrimonij, uel totum patrimonium circumscripta in dotem dederit. *Cōcordat l.unica C.si aduersus dotem, bis uerbis:* Quoniam circumuentam dicis sororem tuam omnia bona in dotem dedisse: an ueritas allegationi adsistat, si ad te hæreditas sororis tuæ uel bonorum possessio pertinuit, & tempora nondum præterierint, intra quæ legibus conceditur ex persona defuncti postulare in integrum restitutioné: præses prouinciæ præsente diuersa parte examinabit.

XXIX. *Caussa: Si minor mulier pactum dotale sibi damnosum fecerit. Hæc caussa approbatur l. 48. §.fin.ff.de minor. 25. annis, bisce uerbis:* Mulier minor 25 annis, si pactione dotis deterior conditio eius fiet, & tale pactum inierit, quòd nunquam maioris ætatis constituta pacisceretur, eaq; ideo reuocare uelit: audienda est.

XXX. *Caussa: Si res minoris pignori obligata, à creditore uendita sit. Hæc caussa approbatur l.1. C. si aduersus uenditionem pignoris, bisce uerbis:* Etiā aduersus uenditiones pignorum, quæ à creditoribus fiunt, minoribus subueniri (si tamen magno detrimento afficientur) iam pridem placuit. Si igitur captis prędijs pignori ac distractis, enorme damnum ex huiusmodi uenditione passos uos ostenderitis, præsertim cum hodie quoq; minores uos esse affirmetis: auxilium restitutionis uobis impertietur. *Concordat l.9.in prin. ff.de minor.25 annis. cuius uerba uide s.lib.40. cap. 4.caussa 1.except.13.repl.14. Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi à defuncto, cui minor hæres existit, res pignori sit data. quæ exceptio approbatur l.2.C. d.tt. si aduersus, bis uerbis:* Rem quam à patre uestro quondam creditor eius obligatam sibi distraxit, per ætatem uestram postulantium reuocari desiderium non habet rationem. Quod iuris est, etsi extraneo successistis. Nam si creditor non bona fide uersatus est: ipsum magis, uel tutores siue curatores uestros, qui hanc uenundari passi sunt, conuenite.

XXXI. *Caussa: Si res minoris usucapta sit. Hæc caussa approbatur l. 45. in prin. ff. de minor. 25 annis, bisce uerbis:* Etiam ei qui priusquam nasceretur, usucaptum amisit, restituendam actionem, Labeo scribit. *Concordat l. unica.*

*unica.C.si aduersus usucapionem.his uerbis:* Contra eos qui res minorum tenent, si usucapione dominium adquisierint, restitutionis auxilium eis decerni debet.

XXXII. *Caussa: Si curator minoris se ab eius cura perperam excusauit. Hæc caussa approbatur l.11. §.ex facto.ff.d.tt.his uerbis:* Ex facto quæsitum est. Adolescentes quidam acceperant curatorem Saluianum quendam nomine. hic cum curam administrasset, & beneficio principis Vrbicam procurationem esset adeptus: apud Prætorem se à cura adolescentum excusauerat, absentibus eis. adolescentes adierant Prætorem, desiderantes in integrum aduersus eum restitui, eo quòd esset contra constitutiones excusatus: cum susceptam tutelam non alij soleant deponere, quàm qui trans mare Reipublicæ caussa absint, uel hi qui circa principem sunt occupati: ut in consiliarij Menandri Arrij persona esset indultum. Arrius Seuerus, quia dubitabat, ad Imp. Seuerum retulit: ad quam consultationem successori eius Ventidio Quieto rescripsit, nullas partes esse Prætoris: neq; enim contractum proponi cum minore annis uiginti quinque, sed Principem interuenire, & reducere hunc ad administrationem, qui perperàm esset per Prætorem excusatus.

XXXIII. *Caussa: Si minor pro alio intercesserit. Hæc caussa approbatur l.7.§.non solùm.ff.de minor.25 annis, hisce uerbis:* Non solùm in his minori succurritur, sed etiam in interuentionibus: utputa si fideiussorio nomine se uel rem suam obligauit. Pomponius uidetur adquiescere distinguentibus, an arbiter ad fideiussores probandos constitutus eum probauerit, an uerò ipse aduersarius Vlpianus. Mihi autem semper succurrendum uidetur, si minor sit, & se circumuentum doceat. *Concordat l.2.C.de filiofamilias minore, his uerbis:* Filiusfamilias, si minor quinque & uiginti annis pro extraneo fideiussit, in integrum restitutionem implorare non prohibetur. Sed & si pro patre suo extitit fideiussor, eique diem suum functo non successit: in integrum restitutionem postulare potest.

XXXIIII. *Caussa: Si alius pro minore intercessit: aduersus hunc quoq; minor in integrum restitutionem implorare potest, ne mādati iudicio teneatur. quæ caussa approbatur l.13.in prin.ff de minor.25 annis.cuius uerba uide J.quæst.prox.except.4. Concordat l.1.C.de fideiussorib.minor.cuius uerba uide J.d.except.4.*

XXXV. *Caussa: Si minori parum idonee cautum est: puta per mulierem pro alio intercedentem. Hæc caussa approbatur l.12.ff.de minor.25 annis. cuius uerba uide 8. lib.45.cap.6.quæstion.5.except.17.*

XXXVI. *Caussa: Si minor se adrogandum dederit. Hæc caussa approbatur l.3.§.si quis minor.ff.d.tt.his uerbis:* Si quis minor uiginti quinq; annis adrogandum se dederit, & in ipsa adrogatione se circumuentum dicat: finge enim à prædone eum hominem locupletem adrogatum: dico debere eum audiri, in integrum se restituentem.

XXXVII. *Caussa: Si minor mortem parentis non sit ultus. Hæc caussa approbatur l.1.C.in quib.caussis in integr.restitut.necess.non est, his uerbis:* Minoribus quinque & uiginti annis (præsertim qui per tutores & curatores non defenduntur) non obesse, si mortem defuncti parentis non ulciscantur, numerosis diuorum parentum meorum ac meis rescriptis continetur.

XXXVIII. *Caussa: Si mater minor filijs tutores non petijt. Hæc caussa approbatur l.2.C.si aduersus delictum suum. cuius uerba uide 8. lib.17.cap.5.quæst.5.reg.3.except.18.*

XXXIX. *Caussa: Si minor in commissum incidit. Hæc caussa approbatur, simul & distinguitur l.9.§.penult.ff.de minor.25 annis, hisce uerbis:* Si in commissum incidisse uectigalis minores dicantur: erit in integrum restitutio. Quod sic erit accipiendum, si non dolus ipsorum interueniat: alioquin cessabit restitutio. *Concordat l.18.ff.eod.tt.cuius uerba uide 3.caussa 7.*

XL. *Caussa: Si minor se in seruitutem uenire patiatur. Hæc caussa ipso quidem iure subsistit per ea quæ proposita sunt 8.lib.19.cap.3.caussa 3.except.1.repl.1.uerùm eius exceptio hæc est: Nisi maior annis uiginti fuerit. quæ exceptio approbatur l.9.§.Pomponius.ff d.tt.his uerbis:* Pomponius ait, si maior annis uiginti, minor auté uiginti quinque, se in seruitutem uenire patiatur: non solere restitui. Et hoc meritò: quoniam res non capit restitutionem. *Hactenus caussæ ex quib. minores uiginti quinq; annis in integrum possunt restitui. Sunt & plures, sed reprobatæ à iure, de quibus uide J.exceptiones proximas.*

## EXCEPTIONES PRAECEDENTIUM CAUSSARUM GENERALES.

I. *Exceptio, sumpta ex specie negocij gesti cum minore, reprobatur l.7.in prin ff.de minor.25 annis.cuius uerba uide 3. caussa 1. Planè admittitur exceptio proposita in quibusdam speciebus, de quib.J.exceptionib.duab.proximis.*

II. *Exceptio: Nisi deliquit minor. hoc enim casu ei non subuenitur. Hæc exceptio approbatur l.9.§.nunc uidendum.ff.d.tt.his uerbis:* Nunc uidendum, utrum minoribus in contractibus captis duntaxat subueniatur, an etiam delin-

delinquentibus: utputa si dolo aliquid minor fecit in re deposita, uel commodata, uel aliàs in contractu: an ei subueniatur, si nihil ad eum peruenit? Et placet, in delictis minoribus non subueniri. nec hic itaque subuenietur. Nam etsi furtum fecit, uel damnum iniuria dadit: non subuenietur ei. Sed si cum ex damno dato confiteri possit, ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc solum restituendus est, ut pro confesso habeatur. Ergo etsi potuit pro furto damnum decidere magis, quàm actionem dupli uel quadrupli pati: ei subuenietur. Si mulier, cum culpa diuortisset, uelit sibi subueniri, uel si maritus: puto restitutionem non habendam. Est enim non modicum delictum. Nam si adulterium minor commisit: ei non subuenitur. *Concordat l.37.§.in delictis ff.eod.tt.his uerbis:* In delictis minor annis uiginti quinq; non meretur in integrum restitutionem (utiq; in atrocioribus) nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnã iudicem perduxerit. Sed (ut ad legis Iuliæ de adulterijs coercendis præcepta ueniamus) utiq; nulla deprecatio, &c. *Reliqua uerba uide s.lib.4.cap.7.quæst.2.except.gener.4.Concordat itẽ d.l.37. in prin. ibi: & cum neq;. cuius uerba uide s. caussa 11.except.1.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi negando pœna delicti crescat. hoc enim casu minori succurritur. quæ replicatio approbatur uerbis d.l 9.s.propositis hisce:* Sed si, cum ex damno dato confiteri possit, &c. *Altera replicatio est: Nisi cum posset pro delicto transigere, id non fecit. Hæc replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Ergo etsi potuit pro furto, &c. *Tertia replicatio est, quòd interdum ratione ætatis pœna minuatur. quæ replicatio approbatur uerbis d.l.37.s. propositis hisce:* Nisi quatenus interdũ miseratio ætatis ad mediocrem pœnã iudicem produxerit. *Quarta replicatio est: Nisi impubes deliquerit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponũtur s. lib.3.ca.2.exc.5. Quinta replicatio est: Nisi non dolo, sed culpa delictũ sit commissum. Hæc replicatio approbatur l.1.C.si aduersus delictum suum, his uerbis:* In criminibus quidem ætatis suffragio minores non iuuãtur. Etenim malorũ mores infirmitas animi non excusat. Sed cum delictum non ex animo, sed extra uenit: noxia non cõmittitur, etiamsi pœnæ caussa pecuniæ damnum irrogetur. Et ideo minorib. & in hac caussa in integrum restitutionis auxiliũ cõperit. *Ait imperator:* Cum delictũ non ex animo, sed extra uenit. *Hæc alij legunt ita:* Cum delictum nõ ex animo, sed ex cõtractu uenit. *Quo casu contradicunt ea quæ proposita sunt s. ead. except. in prin. Huius replicationis exemplũ proponitur l.9.§.penult.ff.de minor.25.annis. cuius uerba uide s.caussa 39. Sexta replicatio est: Nisi delictum in non faciendo consistat: utputa si mater minor filijs tutorem non petijt. Hæc replicatio approbatur l.2.C. d.tt. cuius uerba uide s.lib.17.cap.5.quæstion.5.reg.3. except.18. Concordat s.caussa 37 & 39.*

III. *Exceptio: Nisi ad pœnalem actionem sibi dandam minor in integrum restitui petat. Hæc exceptio approbatur l.37.in prin.ff. de minor.25 annis. cuius uerba uide s.caussa 11.except.1.*

IIII. *Exceptio: Nisi aduersus libertatem minor in integrum restitui petat. Hæc exceptio approbatur l. 9.§.fin.cum legib.sequentibus. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis:* Aduersus libertatem minori quoq; à Prætore subueniri, impossibile est: nisi ex magna caussa hoc à Principe fuerit consecutus. Uerùm de dolo utilis actio erit in id quod minoris interfuit nõ manumitti. Proinde quidquid hic haberet, si non manumisisset: id ei nũc præstabitur. Sed & nomine earum rerum, quas dominicas seruus manumissus supprimebat: cõpetũt aduersus eum actiones ad exhibendũ, & furti, & condictio: uidelicet quoniã & manumissus eas contrectabat. Cæterùm ex delicto in seruitute facto, domino aduersus eũ post libertatem actio non competit. Et hoc rescripto diui Seueri continetur. *Concordat l.2.C.si aduersus libertatem, his uerbis:* Etsi minor annis (ut allegas) constituta seruum tuum ab eo circumscripte, in consilio manumisisti: tamen uindicta imposita, qua libertas iusta munitur, ne obtentu quidem ætatis rescindi potest. Indemnitati uerò tuæ, à manumisso scilicet sarciendæ, ab eo cuius iurisdictio erit, quatenus iuris ratio pmittit, consuli debet. *Concordat item l.3. C. eod.tt. his uerbis:* Quos retrahi in seruitutẽ postulatis, si non in cõsilio caussa cognita, cum minores annis uiginti fuissetis, manumisistis: nõ per in integrũ restitutionẽ, sed ipso iure persequi potestis. Quòd si probata caussa libertas præstita est: restitutio in integrũ contra libertatẽ locum habere non potest. Si tamẽ in ea re culpa seu fraude liberti, eiusdẽq; curatoris, ratio uestra læsa sit: sarciri damnũ ab eo qui hoc intulit, præses prouinciæ curabit: non dubitaturus etiam grauiorẽ executionem adhibere, si quid tam aperta fraude commissum est, ut puniendũ in liberto crimen deprehendetur. *Concordat item l.4. C.eod.tt.cuius uerba uide s. caussa 17. exc.4. Huius exceptionis replicatio prima hæc est, quòd quamuis libertas rescindi non possit, tamen actio ad id quod minoris interest, libertatem præstitam nõ esse, minori deneganda non sit. quæ replicatio approbatur uerbis s.ead.except.in prin.propositis hisce:* Uerùm de dolo utilis actio erit in id quod minoris interfuit nõ manumitti, &c. *Concordat d.l.2. uerbis s.propositis hisce:* Indemnitati uerò tuæ, &c.

item

item d.l.3. uerbis iam propositis bisce: Si tamé in ea ta culpa seu fraude, &c. Concordat ité l.48. §.1.ff.de minor.25 annis, bisce uerbis: Minor ancillá uendidit.si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui nó potarit.sed aduersua emptorem, quanti sua interest, actionem habebit. Concordat item l.1.in fine.C.si aduersus libertatem cuius uerba uide ȷ repl.3.Item cócordat l.7.in prin ff.de dolo malo.cuius uerba uide s̄. cap.prox.quæst.4.except.gener.10.repl.2. Secunda replicatio est: Nisi minor uiginti annis seruũ suũ manumiserit. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.3. paulo superius propositis bisce: Quos retrahi in seruitutem postulatis, &c. Concordant ea quæ proponuntur s̄.lib.19.cap.5.quæst.3.except.5.Tertia replicatio est: Nisi seruus nondum fuerit manumissus. Hæc replicatio approbatur l.11.§.quid si minor.ff.de minor.25 annis, bisce uerbis: Quid si minor uiginti quinq; annis, maior uiginti, hac lege uédiderit, ut manumittarur? Ideo proposui maioré uiginti: quoniá sic & Scæuola scribit lib.XIIII Quæstionũ. Et magis est, ut sententia constitutionis diui Marci ad Aufidiũ Victorinũ, hũc minoré nó cóplectatur. Quare uidendũ, an maiori uiginti annis subueniatur? Et siquidé antè desideret, quàm libertas cóperat, audiatur si uerò postea, nó possit. Idé quæri potest, si is qui emit hac lege, minor sit: an restitui possit? Et siquidé libertas nondũ cópetijt: dicendũ est, posse ei subueniri Si uerò posteaquá dies uenit: uolũtas maioris uéditoris libertaté imponit. Concordat l.13.ff.eod.tit. bis uerbis: Si minor uiginti quinq; annis seruum suũ, qui pluris est, quàm in testamento ei legató sit, manumittere rogatus fuerit, & legatũ acceperit: non cogendũ libertaté præstare, si legatum reddere paratus sit, Iulianus respondit. Vt quemadmodũ maiorib. liberum sit nó accipere, si nolunt manumittere: sic huic reddéti legatũ, necessitas manumittédi remittatur. Concordat item l.1.C.si aduersus libertatem, bis uerbis: Si post decretó Prætoris uiri clarissimi, qui fideicommissariá libertaté deberi pronũciauit, Secundus, qué conditioni nó paruisse conquereris, manumissus non est: ætas tua litis instaurationé admittit. Quòd si libertatem quamuis indebitá dedisti: nó posse eam reuocari intelligis. Sed damnũ quod ob eam caussam illatum est, negociorum gestorũ à curatorib. tuis esse sarciendũ. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cum seruus emptus uel uenditus esset à minore, ut manumitteretur. dies præstandæ libertatis ueuerit. quæ duplicatio approbatur uerbis d.§.quid si minor, s̄.propositis bisce: Et siquidem antè desideret, quàm libertas cópetat, &c. Ité bisce: Si uerò posteaquam dies uenit, &c. Sanè quis sit dies præstandæ libertatis, definitur l.9.ff.qui sine manumiss. cuius uerba uide s̄.lib.19.cap.10.quæst.10.reg.10. Quarta replicatio est: Nisi princeps ex magna caussa cótra libertaté minoré decreuit restituendũ. Quæ replicatio approbatur uerbis l.1e. ff.de minor.25.annis, s̄.ead. except.in prin propositis bisce: Nisi ex magna caussa hoc à principe fuerit consecutus.

V. Exceptio: Nisi minor ueniã ætatis impetrauit. Hæc exceptio approbatur l.1.C.de his qui ueniam ætatis impetr.bis uerbis: Eos qui ueniá ætatis impetrauerunt, etiamsi minus idoneè rem suá administrare uideantur, in integrum restitutionis auxilium impetrare non posse, manifestissimum est: ne qui cum eis contraheret, principali authoritate circumscriptus esse uideatur. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi minor uiginti annis ueniam impetrauerit. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur in fœminis l.2.C.d.tit.bis uerbis: Omnes adolescentes, qui honestate morum præditi paternam frugem, uel auorum patrimonia gubernare cupiunt, & super hoc imperiali auxilio indigere cœperint: ita demum ætatis ueniam impetrare audeant, cum uicesimi anni metas impleuerint: ita ut post impetratam ætatis ueniam idem ipsi per se principale beneficium allegantes, non solùm per scripturam annorum numerũ probent, sed etiam testibus idoneis aduocatis morum suorũ institutis, probitatéq; animi & testimoniũ uitæ honestioris edoceát. Fœminas quoq;, quas morũ honestas métisq; solertia cómendat, cum octauũ & decimũ annó egressæ fuerint, ueniá ætatis impetrare sancimus, sed eas propter pudoré & uerecundiá fœminarũ cœtui publico demonstrari non cogimus: sed percepta ætatis uenia, annos tantùm probare testibus uel instrumentis misso curatore concedimus, ut etiá ipsæ in omnibus negocijs tale ius habeant, qua'e mares habere scripsimus: ita tamen, ut prędia sine decreto non alienét. Sed senatores quidé clarissimi uiri in hac egregia urbe commorantes, apud sublimitaté tuá, cæteri uerò apud Prætores, in prouincijs autem omnes apud earum rectores de suis moribus & honestate perdoceant, Hi uerò qui contra memoratá dispositioné ueniá ætatis impetrauerint, sciant eam nullas uires obtinere. Altera replicatio est: Nisi eius quod antequam uenia ætatis impetraretur, gestũ est.in integrum restitutio petatur. Hæc replicatio approbatur l.5.in prin.ibi: ita tamen ut nunquam. C.de temporib.in integr.restit.cuius uerba uide ȷ.quæst.12. except.8. Tertia replicatio est: Nisi ab alio quàm à principe, minor ueniam ætatis impetrauerit. Hæc replicatio approbatur l.1.§.fin.cum duab.legib.sequétib.ff.de minor.25 annis.cuius uerba uide s̄.quæst 2.

VI. Exceptio: Nisi minor maioré annis se dixerit. Hæc exceptio approbatur l.2 C. si minor se maiorem dixerit.

*dixerit, his uerbis*: Si is qui nunc minorem se adseuerat, fallaci maioris ætatis mendacio te deceperit, iuxta statuta iuris (cùm errantibus, non etiam fallentibus minoribus publica iura subueniant) in integrum restitui non debet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi sine dolo malo per errorem se maiorem dixit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 1. C. eod. ti. his uerbis*: Si alterius circumueniendi caussa minor ætate maiorem te aspectu probare laboraueris: cùm malicia suppleat ætatem, restitutionis auxilium tam sacris constitutionibus, quàm rescriptorum authoritate denegari, statutum est. Quòd si per iniuriam uel circumuentionem aduersarij hoc fuerit factum: durat beneficium, quod minoribus caussa cognita subuenire solet. Aditus itaq; præses prouinciæ, probationis ætatis examinata caussâ, si tuum dolum non repererit intercessisse, ac te minorem tunc fuisse probaueris: caussa cognita in integrum restitui prouidebit. Si tamen in instrumẽto per sacramenti religionem maiorem te esse adseuerasti: non ignorare debes, exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficiũ: nisi palàm & euidenter ex instrumentorũ prolatione, non per testium depositiones, te fuisse minorem ostenderis. Huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito, nullum tibi superesse auxilium, perspicui iuris est. *Concordat replicationi propositæ l. 2. C. eod. ti. his uerbis*: Si cum minor annis uiginti quinq; esses, tabulis quæ sunt tuarũ professionum oblatis, tibi ætatem quasi maior annis uiginti quinq; decepta probasti: in integrum restitutionem intra statutum legibus tempus etiam post impletã ætatem de omnibus intra ætatem aduersus te gestis postulare apud eum, cui de ea re iurisdictio est, potes. *Concordat item l. 4. C. eod. ti. his uerbis*: Cum circa probandum annorum numerum apud Rectorem prouinciæ erratum esse proponas, & in huiusmodi etiam causais filijsfamiliarum minoribus subueniri admissum sit: ea quæ in prece contulisti, præsidem prouinciæ examinare conuenit: qui si æstimata ætate tua, maiorem annis falsa opinione te præsumpsisse ex probationum iure cognouerit: erga minoris personam fidem ueri sequetur. *Planè propositæ replicationis duplicatio hæc est: Nisi iureiurando interueniente affirmauit se maiorem esse. Hæc duplicatio approbatur, simul & distinguitur uerbis d. l. 2. s. propositis bisce*: Si tamen in instrumento per sacramenti religionem, &c. *Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi euidenter per instrumentum probauerit se minorem. quæ triplicatio approbatur ibidem bisce uerbis*: Nisi palàm & euidenter, &c. *Cuius quadruplicatio hæc est: Nisi iusiurandum corporaliter sit præstitum. quæ quadruplicatio approbatur ibidem uerbis s. propositis bisce*: Huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito, &c. *Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in alia caussa, quàm in qua in integrum restitutionem petit, & aduersus alios dixit se maiorem esse. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi caussa cognita maior à iudice sit iudicatus. quæ duplicatio approbatur l. 41. ff. de minor. 25. annis, bisce uerbis*: De ætate eius qui se maiorem annis uiginti quinq; dicit, caussa cognita probandum est: quia per eam probationem in integrũ restitutioni eiusdem adolescentis in alijs causais præiudicatur. *Concordat l. 32. ff. eod. ti. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 7. except. 6. repl. 2. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi ij aduersus quos nunc in integrum restitutio petitur, sciuerint eum minorem esse. quæ triplicatio approbatur exemplo curatorum d. l. 32. item l. 7. C. de in integr. restitut. minor. cuius uerba uide j. quæst. 6. except. 5. Tertia replicatio est: Nisi is qui cum minore contraxit, sciuit illum minorem esse. Hæc replicatio approbatur legibus s. triplicatione prox. propositis.*

VII. Exceptio: *Nisi minor res suas bene administret, actibusq; publicis industrium se ostendat. Hæc exceptio reprobatur l. 1. C. qui & aduersus quos in integr. his uerbis*: In consilio quidam cognoscentis de restitutione in integrum, esse oportet, num is qui se minorẽ annis læsum esse dicit, diligens paterfamiliâs fuerit, actibusq; publicis industrium se docuerit, ut lapsum eum per ætatem uerisimile non sit. Verùm si caussa cognita circumuentus deprehẽdatur: propter hoc solum uelut præscriptione à solito auxilio remoueri non debet, scilicet quòd urgentibus patriæ necessitatibus decurio minor annis creatus sit, uel propagandæ soboli liberorum educatione prospexerit. *Concordat l. 1. in fine. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide s. quæst. 2.*

VIII. Exceptio: *Nisi quinq; liberorum parens sit minor. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 1. iam propositis bisce*: Vel propagandæ soboli liberorum educatione prospexerit. *Concordat l. 2. ff. de minor. 25 annis, cuius uerba uide d. quæst. 2. Item concordat l. 2. C. de in integr. restitut. minor. cuius uerba uide s. caussa 19. except. 2. Item concordat l. 12. C. de administr. tutor. cuius uerba uide s. lib. 28. cap. 10. quæst. 2. reg. 1.*

IX. Exceptio: *Nisi filiusfamiliâs minor gesserit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio hæc est: Nisi non patri, sed filio adquirebatur, & filij intersit. quæ replicatio approbatur l. 3. §. sed utrum. ff. de minor. 25. annis, his uerbis*: Vtrum solis patribus familiarum, an etiam filijsfamiliarum succurri debeat, uidendum? Mouet dubitationem, quòd si quis dixerit, etiam

tiam fi.ijsfamiliatum in re peculieri subuēniendum: efficiet ut per eos etiam meioribus subueuiarur, id est patribue eorū: quod nequaquam fuit Prætoris propositū. Prætor enim minosibus auxilium promitit, non maiotibus. Vlpianue. Ego autem uetissimam arbitror sententiam existimantium, filiumfemiliâs minorem annis in integrum restitui posse ex his solùm caussis, quæ ipsiue intersunt: puta si sit obligerus. Proinde si iussu patris obligetus sit, pater utiq; poterit in solidum conueniri: filius autem cum & ipse possit, uel in potestate manens, uel etiem emenciparus, uel exhæredarus, in id quod facere potest (& quidem & in potestare manens inuito patre) ex condemnatione conueniri: auxilium impetrece debebit, si ipse conueniatur. Sed an hoc auxilium petri quoq; prosit, ur solet interdum fideiussori eius prodesse, uideamus? Et non puto. Si igitur filius conuenierut, postular auxilium: si patrem conueniet creditor, auxilium cesset: excepta mutui datiotie. In hac enim si iussu pettie mutuem pecuniam acceperit, nō adiuuetur. Proinde etsi sine iussu patria contraxit, & captus est: siquidem pater de peculio conuenietur, filius non erit restituendue: si filius conuenietur, poterit restitui. Nec eo mouemur, quesi intersit filij peculium haberē. magis etenim petris quàm filij intrerest: licet aliquo casu peculium ad filium spectet: urputa si patris eiue bona à fisco proprer debitum pecuniariū occupata sunt. Nam peculium eiue ex constiturione diui Cleudij separatur. Ergo etiam filiā familiâs in dore captam, dum perri consentit, non statim dotem stipulenti quam dedir, uel edhibenti aliquem qui dorem stipularerur: puro restituendam. quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimoniū est. *Concordat replicationi peopositæ l.21. in prin. ibi: sed si in. ff eod. tt. cuius uerba uide ℥. except. 22. Item con cocdat l.38. §. fin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Id quod dicitur, non solete filijsfamiliarum post emanciparionem adhuc minoribue succurri in his quæ omisissent manentee in potestate: runc rectè dicitur, cum petri edquirere possunt. *Concocdat item l.1. C. de filiofamiliâs minore, cuius uerba uide ℥. caussa 23. Concordat item l. 2. C. eod. tt. cuius uecba uide ℥. caussa 33. Concordat item l. 8. §. ubi autem. C. de bonis que liberis. cuius uerba uide ℥. caussa 8. except. 3. Item concocdat d. l. 8. §. siu uerò pater. cuius uerba uide ℥. lib. 29. cap 13. except. 14. repl 5 Huius exemplum peoponitur l. 3. §. si quid minoci. ff. de minor. XXV. annis. cuius uerba uide ℥. caussa 22. Alud exemplum proponituc d. l. 3. §. Pomponius, in fine, bis uecbis:* Si filiuefamiliâs sit, qui castrense peculium habeat: proculdubio ex his quæ ad castrense peculium spectant, in inregrum restituendue erit, quesi in proptio patrimonio ceptus. *Planè propositæ ceplicationis duplicatio prima bæc est: Nisi filiusfamiliâs iussu patris mutuam pecuniam accepertt. boc enim casu, quamuis ipse conueniri eo nomine possit, ideoq; eius interfit ne condemnetuc: tamen ei non succurritur. quæ duplicatio approbatuc uerbis d. l. 3. ℥. peopositis bisce:* Excepta mutui dario-ne: in hac enim, si iussu patrie muruam pecuniam eccepetit, non adiuuatur. *Alterā duplicatio est: Nisi pater de peculio conueniatur: nā & boc casu, quamuis intersit filij peculium babere, non tamē restituitur. quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 3. ℥. propositis bisce:* Nec eo mouemur, &c.

X. *Exreptio: Nisi seruus minoc gesserit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. cum lege sequente. ff. de minor. 25 annis, bisce uerbis:* Seruue minor 25 annie nullo modo restitui poterir: quoniā domini persone spectetur, qui sibi debebit imputate, cur minori rem commisit. Quare etsi per impuberem contrexerit, idem erit dicendum: ur & Mercellue libro secundo Digestorum scribit. Et si fortè libera peculij edministretio minori seruo sit concesse: meior dominue ex hac caussa non restituetur. Etenim quodcunq; seruue ita gerit, uoluntate domini gerere intelligendus est. Et magis hoc apparebit, si eut de institoria actione quæratur: aut si proponatur meiorē uiginti quinq; ennie negociū aliquod gerendum minori mandasse, & illum in ea re deceptum esse. *Huius exceptionis ceplicatio prima bæc est Nisi seruus minoc, qui in libertate accipienda moram passus est gesserit Hæc ceplicatio approbatur l. 5. ff. d. tt. bis uerbis:* Si tamen seruus fuit is cui fideicommissaria libertas debebatur præsens, & fuit captus: quoniam ei mora ei sit, poterit dici prætorem ei succurrere oportere. *Altera ceplicatio est: Nisi seruus bæres à domino institutus, damnosam adijt bæreditatē. Hæc replicatio approbatuc l. 7. §. non solùm. ff. eod. tt. cuius uerba uide ℥. caussa 18. except. 1. Tertia replicatio est: Nisi minor, antequā in seruitutem redigeretur, gessit. Hæc replicatio approbatur ℥. quæst. proxim. except. 2.*

XI. *Exceptio: Nisi minor cum minore gesserit, & aduersus minorem in integrum restitui petat. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. penult. ff. de minor. 25 annis, bisce uerbis:* Queritur, si minor aduersus minorem restitui desiderat, an sit audiendus? Et Pomponius simpliciter scribit, non restituendum. Vlpienus. Puto eutem inspiciendum à Prætore, quis captus sit. Proinde si ambo cepti sunt (uerbi gratia, minor minori pecuniā dedit, & ille perdidit) melior est caossa, secundum Pomponiū, eius qui accepit & dilapidauit, uel perdidit. Cō-

*cordat l.34. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Si minor 25 annis filiofamiliâs minori pecuniam credidit, melior est caussa consumentis: nisi locupletior in hoc inueniatur litis côtestatæ tempore, qui accepit. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi minor, aduersus quem in integrum restitutiõ petitur, locupletior ex eo contractu sit factus. quæ replicatio ex uerbis iam propositis constat.*

XII. *Exceptio: Nisi aduersus fiscum in integrum restitutio petatur. Hæc exceptio reprobatur l. 1. C. si aduersus fiscum, his uerbis*: Si Probus in minore ætate cõstitutus, circumuentus à Rufino dispensatore nostro, uenditionem rei præcipiti animo precio longè minore cõtrahere festinauit: iuris publici fiscus noster in integrum restitutionis sequatur authoritatem. *Concordat l. 3. C. eod. tit. his uerbis*: Edicto quidem diui Marci parentis nostri res minorum exemptæ, nihil tuũ adiuuant desiderium: siquidem debiti caussa patris minoris uel etiam ipsius prædia uenundata, quinquennij præscriptionis nullam admittunt quæstionem. Sed quoniã per collusionem siue fraudem tunc temporis procuratoris nostri nimis exiguo precio fundum tuum cum mancipijs uenundatũ adseueras: si aditus rationalis noster tuis allegationibus fidem adesse, nec seruatam solennitatem hastarum animaduerterit: fisco te satisfaciente, reuocata uenditione, fundum tibi restitui iubebit.

XIII *Exceptio: Nisi aduersus eos, de quorum dolo agere non permittitur, minor in integrum restitui petat. Hæc exceptio reprobatur l. 27. §. fin. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis*: Aduersus eos quoq; restitutio prǽstanda est, quorũ de dolo agere nõ permittitur: nisi quędã per onę speciali lege exceptæ sint: ut pater & patronus.

XIIII. *Exceptio: Nisi liberi contra parentes, uel liberti contra patronos in integrum restitutionem petant. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce*: Nisi quædam personæ speciali lege exceptæ sint: ut pater & patronus. *Cõcordat l. 2. C. qui & aduersus quos, his uerbis*: Cum apud ueteres dubitabatur, an liberi parẽtes suos, uel liberti patronos in querimoniam deducere possint, quasi non ritè in eos uersatos: & quidam existimabant, nullam esse contra huiusmodi personas in integrum restitutionem, pondere naturali uel patronali reuerentia huiusmodi petulantiæ refragante, nisi uel ex magna caussa, uel aduersus turpem eorum personam: alij autem personarum quidem uel caussæ distinctionem respuendam esse censuerunt, tunc autem tantummodo dandam esse restitutionem putauerunt, cum minor ex sua simplicitate se deceptum, non ex dolo patris uel patroni circumscriptum esse diceret: ut maneat in omnibus honor parentibus, uel patrono, uel patronæ illibatus atq; intactus: sancimus, nullo modo neq; aduersus parentes utriusq; sexus, neq; aduersus patronũ uel patronam dari restitutionem. Nam personarum reuerentia omnem eis excludit restitutionẽ: cum procul dubio sit, ipsas etiã personas cauere, ne quid suæ opinioni cõtrarium existat. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi parens tutelam filiorum suorum gerens iterauerit nuptias, & tutelæ actionis remissionem à filio impetrauerit. Hæc replicatio approbatur Nouell. c. 155. his uerbis*: Porrexit potentiæ nostræ supplicationem Martha clarissima fœmina, qua cõtinebatur, quòd magnificæ memoriæ Sergius, qui pater eius fuit, cum obijsset mortẽ, tenera admodũ ætate ipsam reliquerit, quodq; clarissima mater eius Auxentia, testatione apud actorũ monumenta deposita, non se ad secundas peruenturam nuptias, tutelam eius subierit, & legibus nostris de hoc definito iureiurando præstito, res administrauerit. His ita ab ea gestis, quasi neq; iusiurandũ ab ipsa præstitum, & despicabile patrimoniũ relictũ esset, paucula quædam in inuentario ab ea confecto designasse, postea etiam secundas elegisse nuptias, cum tutorem ipsi nominasset Petrũ. Item è secundo matrimonio duos habuisse filios, & cum rectè erga ipsam affecta non esset, institutum quidem ab ea tutorem administratione destitisse, cùm ipsa uix decimumtertium apprehendisset annum, petijsseq; ut secundæ ætatis curatorem quęreret, mox etiam persuasisse, ut pro se acceptilationes conscriberet, & omni actioni, quę secundum leges ipsi posset competere per caussam tutelarium rationum, in istiusmodi acceptilationibus renũciaret, cum in cubiculo per id tempus esset, neque quidquam sciret eorum quæ gererentur. Neq; enim possibile fuit, ut ea quæ apud illam educaretur, neq; in ullo contradicere posset his quæ aduersus ipsam gererentur, ut maximè sibi inferri detrimentum sensisset, aliquid ageret eorum quæ prohibere potuissent ad ipsius attentata iacturam. Postquam uerò tempus effecerit, ut quę aduersus ipsam agitata essent consilia, persentiscere, se quidem apud matrem usam exhortationibus, ne his quæ in fraudem suã gesta essent, perperàm uteretur: sed uti matrem deceret, se ostenderet, & quas primùm res in bonis habuisse noscerentur, sibi restitueret. Ipsam uerò, cum se totam filijs ex secundo matrimonio procreatis exposuisset, neutiquam istiusmodi rationes edidisse. quin è contrario sacram nostram prætendisse sanctionem, qua continetur, non

posse

posse restitutionis contra ipsam iura in usum assumi: tametsi ea nihil eius generis de matribus, quæ filiorũ tutelam suscepissent, & secundas exosculatæ essent nuptias, sanciret. Atque ea de caussa supplicationem nobis porrexit, quò magis & mentem sacræ constitutionis redderemus manifestam, & extra controuersiam positam: neque si perperam in ea contentis uteretur Auxentia mater eius, res à patre relictas in lucrum proprium conuerteret. Cum igitur hæc in se contineret supplicatio, meritò ad sacram hanc pragmaticam formam respeximus. Per quam sancimus, ut quoniam sacra nostra sanctio nullam mentionem facit earum mulierum, quæ suscepta filiorum suorum tutela, secundas amplexæ sunt nuptias: non liceat Auxentiæ clarissimæ fœminæ eam sacram nostram sanctionem perperam in usum desumere. Propter caussas autem prædictas, & quia monumenta actorum, sub quibus Marthæ filiæ suæ tutelam suscepit, ostendunt legibus definitum ipsam iusiurandum præstitisse, non se ad secundas peruenturam nuptias, & quòd iusiurandum aspernata in matrimonium secundo se marito iunxit; & susceptis ex eo liberis effecit, ut clarissima eius filia Martha pro rerum restitutione acceptilationes in ipsam exponeret: summam utique licentiam habere Martham clarissimam fœminam posse sancimus, ut restitutionis in integrum iure utatur, præsertim cum nondum se uicesimum quintum ætatiã suæ annum excessisse profiteatur: facta sanctione à nobis proposita, quæ sancit, ne filij contra parentes suos, aut liberti contra patronos suos possint restitutionis in integrum iure uti, neutiquam ipsi obijcienda: proptereà quòd nihil lex de his disputet, quæ filiorum suorum tutelam susceperũt. Quin contrà eò quòd altera post hęc sacra nostra processerit sanctio, quæ sancit, ne qui tutores constituuntur, aliter filiorum suorum tutelam suscipiant, quàm si designationis suæ tempore apud acta deposuerint, quòd pupillos indefensos non relinquent: & si contingat etiam matrem filiorum suorum tutelam suscipere, ut & ipsa hoc faciat, tutelaribusq; rationibus obnoxia sit, & si alium pro se designare tutorem uelit, ut suo & subsistentium illi rerum periculo id faciat. Vnde omnibus modis hoc etiam casu conuenit, ut si Martha clarissima fœmina comprobauerit, non præterijsse ea tempora, in quibus restitutoriæ ipsi actiones competunt: tam restitutione in integrũ utatur, quàm omnibus alijs, per quæ leges nostræ minoribus ætate opem & auxilium præbent. Sancit etenim nostra potentia, ut omnis reuerentia quæ parentibus debetur à liberis, itẽ honor atq; obsequiũ parentibus conseruetur: dum tamen nihil ab ipsis in illorum detrimentum fiat. Vt uerò ex prioribus nuptijs filios despiciamus, neque religioni putamus consentaneum, neq; alioquin conuenire, ut res quæ ex paterna ad ipsos peruenerunt substantia, huiusmodi matres possint uel sibi, uel his qui secunda uice ipsas habent matrimonio, uel ex istiusmodi matrimonio procreatis liberis lucrifaciant. Quæ igitur nobis placuerunt, &c.

XV. Exceptio: *Nisi sobriè & prudenter gesserit minor, nec sit læsus in ipso negocio, sed post negociũ contractum damnum fatale acciderit.* Hæc exceptio *approbatur l. 11. §. sciendum. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis:* Sciendũ est, non passim minoribus subueniri, sed caussa cognita, si capti esse proponantur. Ita non restituetur qui sobriè rem suam administrans, occasione dãni non inconsultè accidentis, sed fato, uelit restitui. Nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed incõsulta facilitas: Et ita Pomponius lib. XXVIII. scripsit. *Concordat l. 24. §. non semper. ff. eod. tit. his uerbis:* Non semper ea quæ cum minoribus geruntur, rescindẽda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda: ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur, & nemine cũ his contrahente, quodammodo commercio eis interdicatur. Itaq; nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea caussa sint uersati, Prætor interponere se non debet. *Concordat item l. 44. ff. eod. tit. his uerbis:* Non omnia quæ minores uiginti quinq; annis gerunt, irrita sunt: sed ea tantùm, quæ caussa cognita eiusmodi deprehensa sunt; ut ab alijs circumuenti, uel sua facilitate decepti, aut quod habuerunt, amiserint: aut quod adquirere emolumentum potuerunt, omiserint: aut oneri quod non suscipere licuit, se obligauerint. *Huius exceptionis exemplum proponitur d. l. 11. §. unde Marcellus. cuius uerba uide s. caussa 2. except. 2. Aliud exemplum proponitur d. l. 11. §. si locupleti. cuius uerba uide s. caussa 18. exception. 4. Huius exceptionis replicationem uide d. exception. 4. Sed & alia replicatio est talis: Nisi intersit minoris, ne litibus & sumptib. uexetur. Hæc replicatio approbatur l. 6. ff. d. tit. his uerbis:* Minoribus 25 annis subuenitur per in integrum restitutionem, non solùm cum de bonis eorum aliquid deminuitur, sed etiam cum intersit ipsorum, litibus & sumptibus non uexari.

XVI. Exceptio: *Nisi non ad damnum uitandum, sed ad lucrum captandum minor in integrum restitui*

petat. Hæc exceptio reprobatur l.7.§.hodie.ff.de minor.25 annis.cuius uerba uide ȝ.caussa 21. Concordat d.l.7.§.quæsitũ.cuius uerba uide ȝ.caussa 2.except.1. distinct.1. Concordat item l.44.ff.eod.tt. cuius uerba uide ȝ.except.prox. Concordat item l.17.§.si pupillo.ibi:nec simile. ff. de usuris.cuius uerba uide ȝ .lib. 36.cap.9.quæst.1.caussa 2.except.11.

XVII. Exceptio: Nisi non sit manifesta circumscriptio minoris. Hæc exceptio approbatur l.24.§. non semper.ff.de minor. 25 annis. cuius uerba uide ȝ. except.15.

XVIII. Exceptio: Nisi minor iure communi sit usus. Hæc exceptio approbatur l.ult. C. de in integr. restitut.minor.his uerbis: Non uidetur circũscriptus esse minor, qui iure sit usus communi. Concordat l.116.§. penult. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.5. in uerbo Dolus, regul.1.

XIX. Exceptio: Nisi nihil dolo aduersarij sit factum. Hæc exceptio reprobatur l.5.C.d.tt.his uerbis: Minoribus in integrum restitutio, in quibus se captos probare possunt, etsi dolus aduersarij non probetur, competit. Concordat ȝ.caussa 2.except.1.

XX. Exceptio: Nisi tutor uel curator minoris gessit, non minor ipse, uel minori gerenti author factus est. Hæc exceptio reprobatur l.ult.ff. de in integrum restitut.his uerbis: Inter minores XXV. annis, & eos qui reipub.caussa absunt, hoc interest, quòd minores annis, etiamsi per tutores curatoresúe suos defensi sunt, nihilominus in integrum contra rempub.restituuntur, cognita scilicet caussa. Ei uerò qui reipub. caussa abfit, cæterisq; qui in eadem caussa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hactenus in integrum restitutione subueniri solet, ut appellare ijs permittatur. Concordat l. 29. in prin.ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis: Etiamsi patre eodemq; tutore authore pupillus captus probari possit: curatorem postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi, Modestinus respondit. Item concordat l.2.C.si tutor uel curator interuenit, his uerbis: Minoribus annis uiginti quinq; etiam in his quæ præsentibus tutoribus uel curatoribus in iudicio uel extra iudicium gesta fuerint, in integrum restitutionis auxilium superesse, si circumuenti sunt, placuit. Concordat item l. 3. & l.5. C. eod.tt. quarum uerba uide J.except.26.repl.3. Item concordat l.4.C.si aduersus rem iudicatam.cuius uerba uide J.except.26. exempl.1. Item concordat l.47. in prin.ff.de minor.25.annis.cuius uerba uide ȝ.caussa 2.except.1.

XXI. Exceptio: Nisi decreto magistratus interueniente gestum sit. Hæc exceptio reprobatur l.11. in fine. C. de prædijs minor. cuius uerba uide ȝ. lib.18. cap.6.quæst.1.except.3.repl.1. Concordat l.3.§.si quis minor.ff.de minor.XXV. annis.cuius uerba uide ȝ. caussa 36. Concordant item ea quæ proponuntur ȝ. d. except.3.repl.1.cum sequentibus. Planè adprobatur in casu solutionis l.7.§.quid tamen.ff.d.tt.cuius uerba uide ȝ.lib.prox.cap.7.except.6.repl.1.

XXI. Exceptio: Nisi per procuratorem minor gessit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.23.§.si autem ipse.ff.de minor.25 annis, hisce uerbis: Si ipse dominus minor sit, procurator uerò maioris ætatis: non potest facilè dominus audiri: nisi mandatu eius gestum erit, nec à procuratore seruari res possit. Concordat l. 46. ff. eod.tt. cuius uerba uide ȝ. caussa 17.except.3. Concordat item l.4.C.si tutor uel curator interuenit.cuius uerba uide J. except. 26. exemplo 2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi mandatu minoris procurator gessit, nec à procuratore seruari res possit. quæ replicatio approbatur uerbis d.l. 23. iam propositis hisce: Nisi mandatu eius gestum erit, &c. Concordat l.4.in fine.C. si aduersus rem iudicatam.cuius uerba uide J.except. 26.exemplo 1.

XXII. Exceptio: Nisi non suo, sed alieno nomine minor gessit. Hæc exceptio approbatur d.l.23. in prin. his uerbis: Cùm mandatu patris filiusfamiliâs res patris administrat: non habet beneficium restitutionis. Nam et si alius ei mandasset, non succurreretur: cùm eo modo potius maiori consuleretur, cuius damno res sit cessura. Sed si in euentu minor damnum passurus sit: quia quod præstitit, seruari ab eo, cuius negocia gessit, non potest, quia is non erat soluendo: sine dubio Prætor interueniet. Concordat d. l.23. in fine, his uerbis: Si procuratorio nomine minor circumscriptus sit: imputari debet hoc domino, qui tali commisit sua negocia. idque & Marcello placet. Concordat l.4.ff.eod.tt. cuius uerba uide ȝ.exception.10. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi minor ex eo quod alieno nomine gessit, ipse damnum passurus sit, eo pro quo gessit, non soluendo existente. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.23. iam propositis hisce: Sed si in euentu minor damnum passurus sit, &c. Altera replicatio est: Nisi minor pro alio intercesserit. Hæc replicatio approbatur l. 2. C. de filiofamiliâs minore. cuius uerba uide ȝ. caussa 33. Tertia replicatio est: Nisi sine mandatu minor alterius negocium gesserit. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur l.24. in princip. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis: Quòd si minor sua sponte negocijs maioris interuenerit: restituendus erit, ne maiori damnum accidat. Quòd si hoc facere recusauerit: tunc si conuentus fuerit Negociorum gestorum, aduersus hanc actionem non restituitur: sed compellendus est sic cedere

auxilio

auxilio in integrum restitutionis, ut procuratorem eum in rem suam faciat: ut possit per hunc modum damnum sibi propter minorem contingens resarcire. *Quarta replicatio est: Nisi filiusfamiliâs iussu patris aliquid gesserit in re peculiari. quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 3. §. sed utrum. ibi: proinde si iussu. ff. d. tt. cuius uerba uide 8. except. 9.*

XXIII. *Exceptio: Nisi ultimo uicesimi quinti anni die gestum sit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. minore. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis:* Minore quàm uiginti quinq; annorum natu. Videndum est, an diem natalis sui ad hoc dicimus, an horam in qua natus est: ut si captus sit cum nondum compleuerit, restituatur? Et ita erit dicendum, ut à momento in momentum tempus spectetur. Proinde etsi bis sexto natus est (siue priore, siue posteriore die) Celsus scribit, nihil referre: nam id biduum pro uno die habetur, & posterior dies calendarum intercalatur. *Planè admittitur exceptio proposita, si id quod geritur, in id tempus inciderit, quo iam maior efficitur. Hæc distinctio approbatur l. 3. §. si quis cum. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis:* Si quis cum minore contraxerit, & contractus incidit in id tempus quo maior efficitur: utrum initium spectamus, an finem? Et placet (ut est constitutum) si quia maior factus comprobauerit, quod minor gesserat restitutionem cessare. Vnde illud non inelegantur Celsus Epistolarum libro XI. & Digestorum secundo tractat, ex facto à Fuluio Respecto Prætore consultus. Minor annis uiginti quinque, annos fortè uiginti quatuor agens, iudicium tutelæ hæredi tutoria dictauerat, mox factum, ut non finito iudicio, cum eo maiore effecto uiginti quinque annis, tutorie hæres absolutus proponeretur. in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur Respecto suasit, non facilè hunc quondam minorem in integrum restitui: sed si ei probaretur calliditate aduersarij id actum, ut maiore eo facto liberaretur. Neque enim extremo (inquit) iudicij die uidetur solùm deceptus hic minor, sed totum hoc structum, ut maiore eo facto liberaretur. Idem tamen confitetur, si leuior sit suspicio aduersarij quasi dolose uersati: non debere hunc in integrum restitui. *Huius replicatio hæc est: Nisi dolo aduersarij negocium in id tempus, quo maior efficitur, inciderit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si ei probaretur calliditate aduersarij id actum, ut maiore eo facto liberaretur. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi non euidens dolus aduersarij arguatur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Idem tamen confitetur, si leuior sit suspicio aduersarij quasi dolose uersati: non debere hunc in integrum restitui.

XXIIII. *Exceptio: Nisi minor sacramentum de non reuocando eo quod gestum est, præstitit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. si aduersus uenditionem, his uerbis:* Si minor annis uiginti quinque emptori prædij cauisti, nullam de cætero te esse controuersiam facturum, idque etiam iureiurando corporaliter præstito seruare confirmasti: neque perfidiæ, neque periurij me authorem futurum sperare tibi debuisti. *Concordat l. 3. in fine. C. si minor se maiorem: cuius uerba uide 3. exception. 6. replicat. 1.*

XXV. *Exceptio: Nisi antea in integrum restitutus, postea in contrarium restitui petat. Hæc exceptio approbatur l. 8 §. non autem filio. C. de bonis quæ liberis. cuius uerba uide 8. lib. 19. cap. 13. exception. 14. replication. 15. duplication. 1. Concordat d. l. 8. §. fin uerò pater, in fine. cuius uerba uide d. exception. 14. replication. 1. Planè iure antiquo exceptio hæc reprobatur l. 7. §. restitutus. ff. de minor. 25 annis. cuius uerba uide 3. caussa 18. exception. 2. Cui concordat l. 41. ff. eod. tt. cuius uerba uide 3. quæst. 14. reg. 2. except. 2.*

XXVI. *Exceptio: Nisi alio modo uel alia actione minor indemnis seruari possit. Hæc exceptio approbatur l. 16. in prin. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis:* In caussæ cognitione etiam hoc uersabitur, num fortè aliqua actio possit competere citra in integrum restitutionem? Nam si communi auxilio & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium: utputa cum pupillo contractum est sine tutoris authoritate, nec locupletior factus est. Ita relatum est apud Labeonem: si minor circumscriptus societatem coierit, uel etiam donationis caussa: nullam esse societatem, ne inter maiores quoque. Et ideo cessare partes Prætoris. Idem & Ofilius respondit: satis enim ipso iure munitus est. *Concordat d. l. 16. §. & generaliter, his uerbis:* Generaliter probandum est, ubi contractus non ualet, pro certo prætorem se non debere interponere. *Huius exceptionis exemplum primum est, si ipso iure non ualeat id quod cum minore gestum est. Quod exemplum proponitur uerbis iam dictis hisce:* Nam si communi auxilio & mero iure, &c. *Concordat l. 3. C. de in integr. restitut. minor. his uerbis:* Si curatorem habens minor XXV. annis, post pupillarem ætatem res uendidisti, hunc contractum seruari non oportet: cum non absimilis ei habeatur minor curatorem habens, cui à Prætore curatore dato bonis interdictum est. Si uerò sine curatore

constitutus, contractum fecisti: implorare in integrum restitutionem, si necdum tempora præfinita excesserint, caussa cognita non prohiberis. *Concordat item l. 4. C. si aduersus rem indicatam, his uerbis:* Cum & minores uos esse adfirmetis, & indefensos: nullum fieri uobis præiudicium, Præses prouinciæ pro sua grauitate curabit. Nam si iusta defensione tutorum uel curatorum uobis adsistente aliquid statutum est: intelligitis in integrum restitutionis auxilium uobis esse necessarium. eodem obtinente, etiamsi per procuratorē uestrum legitimè ordinatum lis agitata est. *Item concordat l. 3. in princip. C. si aduersus libertatem. cuius uerba uide s. exception. 4. in princip. Concordat item l. 1. C. in quibus caussis in integr. restitut. necess. non est. cuius uerba uide s. caussa 17. Concordat item l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Adolescentiæ tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius præscriptio seram inofficiosi quæstionem mouentibus opponi solet, manifestè antè descripsimus. Impleta igitur ætate legitima, non est in integrum restitutio necessaria: quia non integratio amissæ caussæ bis datur, sed integra ipsa caussa seruatur. *Concordat item l. 3. C. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 16. cap. 9. quæst. 1. caussa 2. except. 1. repl. 2. Item concordat l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 8. cap. 4. quæst. 3. reg. 1. except. 2. Concordat item l. 5. C eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 16. cap. 15. except. 11. repl. 1. Alterum exemplum, priori non absimile, est, si exceptione minor defendatur. cuius species proponitur l. 4. C. si tutor uel curator interuenerit, his uerbis:* Si creditor non uestram personam, sed curatorum secutus, cum ipsis contractum habuit, & ab ipsis stipulatus est: nullam ei prorsus aduersus uos actionem cōpetere, manifestum est. *Tertium exemplum est, si alia actione id quod gestum est, rescindi poßit, uel recuperari amissum. Hoc exemplum proponitur l. 16. §. Pomponius. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide s. caussa 25. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actio alia per exceptionem elidi poßit. quæ replicatio approbatur exemplo l. 25. in prin. ff. d. tt. cuius uerba cum concordantib. uide s. caussa 5. Altera replicatio est: Nisi de dolo actio competat: pro hac enim in integrum restitutio petenda. quæ replicatio approbatur l. 58. ff. de dolo malo. cuius uerba uide s. cap. proxim. quæstion. 4. caussa 28. Tertia replicatio est: Nisi tutelæ actione uel negociorum gestorum aduersus tutores uel curatores minor experiri poßit. hæc enim non obstat, quo minus in integrum restitutio peti poßit. quæ replicatio approbatur l. 1. C. si tutor uel curator interuenit, his uerbis:* Etiam in ijs quæ minorum tutores uel curatores malè gessisse probari possunt, licet personali actione à tutore uel à curatore suum consequi possunt, in integrum restitutionis auxilium eisdem minoribus dari, iam pridē placuit. *Concordat l. 5. C. eod. tt. his uerbis:* Etiam tutoribus uel curatoribus distrahentibus, minores tam restitui rebus proprijs, quàm tutorum uel curatorum damna sequi, nullo eis præiudicio per electionem generando, placuit. *Concordat item l. 20. §. non Idcirco. ff. de tutelæ & rationibus distrah. cuius uerba uide s. lib. 18. cap. 9. except. 27. repl. 2. Item concordant ea quæ proponuntur j. quæst. ult. reg. 1 & 2.*

XXVII. Exceptio: *Nisi minor maior factus id quod gestum est, aliquo actu ratum habuit. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. si maior factus ratū habuerit, his uerbis:* Qui post uicesimum quintum annum ætatis ea quæ in minore ætate gesta sunt, rata habuerint: frustra rescissionē eorum postulant. *Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Si inter minores quinq; & uiginti annis, uel scriptura interposita, uel sine scriptura, facta sine dolo diuisio est, eamque post legitimam ætatem ratam fecerint: manere integram debere conuenit. *Concordat item l. 3. §. si quis cum. ff. de minor. 25 annis: cuius uerba uide s. except. 21. Concordat item l. 30. ff. eod. tt. his uerbis:* Si filius emancipatus, non accepta contra tabulas possessione, post inchoatam restitutionis quæstionem legatum ex testamento patris maior XXV. annis petijsset: liti renunciasse uidetur. Cum etsi bonorum possessionis tempora largiretur, electo iudicio defuncti, repudiatum beneficium Prætoris existimaretur. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum minor adijsset hæreditatem, maior factus à debitoribus hæreditarijs exegerit. hoc enim casu, quamuis aditionem uideatur comprobasse, tamen exceptio proposita illi non obstat. quæ replicatio approbatur d. l. 3. §. scio. his uerbis:* Scio illud aliquando incidisse. Minor uiginti quinque annis miscuerat se paternæ hæreditati, maiorque factus exegerat aliquid à debitoribus paternis: mox desiderabat in integrum restitui, quo magis abstineret paterna hæreditate. Contradicebatur ei, quasi factus maior comprobasset, quod minori sibi placuisset. Putauimus tamen restituendum in integrum initio inspecto. Idem puto, etsi alienam adijt hæreditatem.

XXVIII. Exceptio: *Nisi maior factus litē de in integrū restituendo contestatus destitit. Hæc exceptio approbatur, simul & declaratur l. 20. §. fin. cum lege sequente. ff. de minor. 25 annis, hisce uerbis:* Si quis maior XXV. annis, intra tempus restitutioni statutum litem contestatus, postea destiterit: nihil ei proficiet ad in integrum restitutionem contestatio, ut est sæpissime rescriptum. Destitisse au-

tem

temis uidetur, non qui distulit, sed qui liti renunciauit in totum. *Concordat l.30.ff.eod.tt. cuius uerba uide s.except prox.*

X X I X. Exceptio: *Nisi maior annis factus, intrà quatuor annos in integrum restitutus non sit. Hæc exceptio approbatur l.4. C.de integr.restit. minor.his uerbis:* Si minorem te X X V. annis fuisse, cum contraheres, ostenderis, & tempora restitutioni præstituta excessisse, &c.*Cõcordat l.1.C.si tutor interuenerit.cui⁹ uerba uide J.quæst. 15.reg.2.item concordat l.7.§.fin.ff.de exceptionib.cuius uerba uide s.lib.prox.cap.1.quæst.7.reg.4.itẽ concordat l.9.§.si minor, in fine. ff.de iureiurando. cuius uerba uide s.lib.7.cap.7.quæst.1.exc.8.Cõcordat item Nouell.c.155.§.unde omnib.cuius uerba uide s.exc.14. repl.1.Cõcordant itẽ ea quæ proponuntur J.quæst.12. Huius exceptionis replicationes uide J.d.quæst. 12.except.1.cum sequentibus.*

X X X. Exceptio: *Nisi semel in integrum restitutio petita sit & denegata. Hæc exceptio approbatur l. 1.C.si sæpius in integr.restit. post. his uerbis:* Post sententiam Proconsulis contra uos latam, si desiderastis in integrum restitui, nec obtinuistis: frustra rursus, ut ea quæstio in integrum restitutionis agitetur, desideratis. Appellare enim debuistis, si uobis sententia displicebat. Sed si adhuç in ea ætate estis, cui subueniri solet: appellandi ius uobis restitnimus. *Concordat l.3.C.eodem tt.his uerbis:* In una eademque caussa iteratum in integrum restitutionis auxilium non iure (nisi nouæ defensionea prætendantur) posci, sępe rescriptum est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nouæ defensiones prætendantur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis. Cui concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis:* Quáquã curatores pupillæ uicti sunt, cum in integrum restitui pupillam desiderabant: cú tamé nouis defensionibus causam instrui posse dicas: adeant curatores uxoris tuæ iudicem, & petant ut causas in integrum restitutionis agant. *Altera replicatio est: Nisi à sententia sit appellatum. Tertia replicatio est: Nisi minor qui succubuit, appellationẽ omisit: hoc enim casu ad eam in integrum potest restitui. Hæ duæ replicationes approbantur uerbis d.l.1.paulo superius propositis.*

X X X I. Exceptio: *Nisi seruus à minore uenditus, ab emptore sit manumissus. Hæc exceptio approbatur l.48.§.minor.ff.de minor. 25. annis.cuius uerba uide s.except.4.repl 1.*

X X X I I. Exceptio: *Nisi is contra quem in integrum restitutio petita est, mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur l.6.C.de in integr. restitut. minor. his uerbis:* Si intra ætatem cui succurri solet, in integrum restitutionis lis inchoata, nec ei à te renunciatum est: mors eius contra quem hæc fuerit implorata, fraudi tibi esse non potest.

X X X I I I. Exceptio: *Nisi minor uicißim non restituat aduersario, quæ restituere debet. Hæc exceptio approbatur exemplo l.39.§.fin.ff de minor. 25.annis.de qua re uide J.quæst.14.reg.6. Hæc de exceptionibus aduersus caussas in integrum restitutionis. Sed & plures huiusmodi exceptiones uide s. in singulis causis.*

V. QVIBVS COMPETIT in integrum restitutio minorum, eiusq; petitio?

*Alij quàm minori læso hæc in integrum restitutio regulariter quidem non competit. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi pater filijfamiliás minoris nomine in integrum restitui petat. Hæc exceptio approbatur l. 27. in prin.ff. de minor.25. annis, hisce uerbis:* Patri pro filio omnimodo præstanda restitutio est, licet filius restitui nolit: qa patris periculum agitur, qui de peculio tenetur. Ex quo apparet, cæteros cognatos uel adfines alterius esse conditionis: nec aliter audiri oportere, quàm si ex uoluntate adolescentis postulent: aut eius uitæ sit is adolescens, ut meritò etiam bonis ei interdici debeat. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi suo, non filij nomine pater in integrum restitui petat. Quæ replicatio approbatur l.3.§.sed utrũ. ibi: sed an hoc auxilium.ff. eod.tt. cuius uerba uide s. quæst.prox.except.9.repl.1.Concordat l.8.§.ubi autẽ. C.de bonis quæ liberis. cuius uerba uide s.quæstione 4.caussa 18.exceptione 3. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi mortuo filiofamiliâs: hoc enim casu patri tanquam successori in peculio, hoc auxilium non est denegandũ. Quæ duplicatio approbatur d.l.3. §.Pomponius, his uerbis:* Pomponius adijcit, ex his causis, ex quibus in re peculiari filijfamiliarum restituuntur: posse & patrem quasi hæredem nomine filij post obitum eius impetrate cognitionem. *Altera exceptio est: Nisi cum minor, postquam gessisset, in seruitutem redactus esset, dominus eius petat in integrum restitui. Quæ exceptio approbatur l.6.§.proinde etsi minor.ff.de in integr.restitut.his uerbis:* Si minor in seruitutem redigatur, uel ancilla fiat: dominis eorum dabitur (non tamen ultra tempus statutum) in integrum restitutio. Sed etsi fortè hic minor erat captus in hæreditate quã adierat: Iul. lib. X V I I. Digestor. scribit, abstinendi facultatem dominũ posse habere: nõ solùm ętatis beneficio, uerùm etiamsi ætas non patrocinetur: quia non adipiscendæ hæreditatis gratia legum beneficio usi sunt, sed uindictę gratia. *Planè quod minor in ipsa seruitute gessit, eius nomine domino in integrũ restitutio nõ cõpetit, quẽadmodũ nec ipsi minori.de quo dictum s.quæst.prox. except.10. Tertia exceptio est: Nisi successor minoris petat in integrum restitui. Hæc exceptio approbatur d.l.6.in prin. cuius uerba uide s.cap.1.quæst.2.reg.1.Cõcordat l.18. §.fin.ff de minor.25.annis, hisce uerbis:* Non solùm minoribus, uerũ successorib. quoq; minorũ

datur in integrum restitutio, etsi sint ipsi maiores. *Concordat item l.3.§.Pomponius.ff.eod.tt.cuius uerba uide paulo superius except.1. Concordat item l.unica.C.si aduersus dotem.cuius uerba uide s̄.quæst.prox.causa 28 Quarta exceptio est: Nisi fideiussori uel alij intercessori minoris. Hæc exceptio reprobatur l.13.in prin.ff.de minor.25.annis, hisce uerbis:* In causæ cognitione uerlabitur, utrum soli minori succurrendum sit, an etiam his qui pro eo obligati sunt: utputa fideiussoribus. Itaq; si cum scirem minorem, & ei fidem non haberem, tu fideiusseris pro eo: non est æquũ fideiussori in necem meã subueniri: sed potius ipsi deneganda erit mandati actio. In summa, perpendendum erit Prætori, cui potius subueniat: utrum creditori, an fideiussori. nam minor captus neutri tenebitur. Facilius in mandatore dicendum erit, non debere ei subueniri: hic enim uelut adfirmator fuit, & suasor, ut cum minore contraheretur. Vnde tractari potest, utrum minor in integrum restitutionem aduersus creditorem, an & aduersus fideiussorem implorare debeat? Et puto tutius, aduersus utrunque. *Cõcordat l.1.C.de fideiussor.minor.his uerbis:* Postquam in integrum ætatis beneficio restituta es: periculum euictionis emptori, cui prædium ex bonis paternis uendidisti, præstare non cogeris. Sed ea res fideiussores, qui pro te interuenerunt, excusare non potest. Quare mandati iudicio, si pecuniam soluerint, aut condemnati fuerint, conuenieris: modò si eo quoque nomine restitutionis auxilio non iuuaberis. *Concordat item l.2.C.eod.tt.his uerbis:* Si ea quæ uendidit tibi possessiones, interposito decreto Præsidis, ætatis tantummodo auxilio adiuuatur: non est dubium, fideiussorem ex persona sua obnoxium esse contractui. Verùm si dolo malo apparuerit contractũ interpositum esse: manifesti iuris est, utrique personæ, tam uenditricis, quàm fideiussoris, consulendum esse. *Planè admittitur exceptio proposita, primùm quidem, si dolo malo cum minore sit gestum. Quæ distinctio approbatur uerbis d.l.2. iam propositis hisce:* Verùm si dolo malo, &c. *Deinde admittitur, si fideiussor minori hæres extiterit. Quæ distinctio approbatur l.95.§ quod uulgò.ibi: nam si minori.ff.de solutionib.cuius uerba uide s̄.lib. prox. cap 18.reg.5.except.3. Tertiò admittitur exceptio proposita, si alia iusta causa iudici uidebitur. Quæ distinctio arbitraria constat ex uerbis d.l.13. in prin.paulo superius propositis hisce:* In causæ cognitione, &c. *Cui concordat l.3.§.sed utrum.ibi: sed an hoc.ff.de minor.25.annis.cuius uerba uide s̄. quæst. prox.except.9. Hæc de quarta exceptione. Quinta exceptio uidetur: Nisi socio minoris. Sed hæc exceptio reprobatur exemplo l.2.§. quòd si ætatis.C.si unus ex pluri b. appellauerit. cuius uerba uide s̄. lib.8. cap.3. exc.48.repl.3.dupl.1.Concordat l.unica.C.si in communi eademq; caussa in integr.restit.postuletur. cuius uerba uide s̄.lib.9.cap.5.quæst.2.except.1.repl 4. Planè admittitur exceptio proposita, si aduersarius consenserit. Quæ distinctio approbatur l.47.§.curator.ff.de minor.25.annis.cuius uerba uide s̄.quæst.14.reg.10. Sexta exceptio est: Nisi ei cuius negociũ minor gessit. Hæc exceptio approbatur l.24.in prin.ff.de minor.XXV.annis. cuius uerba uide s̄.quæst.prox.except.22.repl.3. Huius exceptiõis replicatio est: Nisi mãdatu domini minor eius negocia gesserit. Quæ replicatio approbatur l.21 in prin.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.d.exc.22.in prin. Concordat d.l.23.§.fin.cuius uerba uide d.exc.22. Septima exceptio est: Nisi ei qui minorẽ in iudicio defendit, estq; cõdemnatus. Hæc exceptio reprobatur l.44 ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.quæst.prox. causa 17.exc.3. Octaua exceptio est: Nisi alius nomine minoris in integrũ restitutionẽ petat. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.25 §.si talis. cũ lege sequẽte.ff.de minor.25.annis, his uerbis:* Si talis interueniat iuuenis, cui p̃stãda sit restitutio: ipso postulante p̃stari debet, aut procuratori eius, cui id ipsum nominatim mãdatũ sit. Qui uerò generale mãdatum de uniuersis negocijs gerẽdis alleget, nõ debet audiri. Quòd si de speciali mãdato dubitetur, cũ restitutio postulatur: interposita stipulatione, Ratã rem dominũ habiturũ: rei poterit mederi. *Concordat l.unica.C. etiam per procuratorẽ. cuius uerba uide s̄.cap.1.quæst.3 Huius exceptiõis replicatio prima hæc est: Nisi sine mandato alius minoris nomine in integrũ restitutionẽ petat. Quæ replicatio approbatur uerbis id propositis hisce:* Cui idipsum nominatim mandatum sit. *Concordat l.27.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄.exceptione 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc est. Nisi actor de rato caueat. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Quòd si de speciali mandato dubitetur, &c. *Altera duplicatio est: Nisi pater filijfamiliâs minoris nomine in integrum restitutionem petat. Quæ duplicatio approbatur d.l.27. in prin. Tertia duplicatio est: Nisi curator minoris in integrum restitutionem petat. Quæ duplicatio approbatur l.29.in prin.ff. de minor.25.annis.cuius uerba uide s̄.quæst.prox.exceptione 20. Quarta duplicatio est: Nisi cum minor eius uitæ esset, ut meritò bonis ei interdici debeat, cognati & adfines eius in integrum restitutionem petant. Quæ duplicatio approbatur d.l.27.in prin. Altera replicatio est: Nisi is qui nomine minoris in integrum restitutionem petit, non speciale mandatum habeat. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.25.s̄.propositis hisce:* Qui uerò generale mandatum de uniuersis negocijs gerendis alleget, non debet audiri. *Huius eædem sunt duplicationes, quæ superioris replicationis.*

## VI. ADVERSVS QVOS IN integrum restitutio competit?

*Aduersus alium, quàm qui cum minore gessit, in integrum restitutio danda non est. Quæ regula approbatur l.14. ff. de minor. 25. annis, hisce uerbis:* Quamdiu is qui à minore rem accepit, aut hæres eius, idoneus sit: nihil noui constituendum est in eum qui rem bona fide emit. Idemq́; & Pōponius scripsit. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui cū minore gessit, nō sit soluēdo: hoc enim casu aduersus eum cui res ab eo alienata est, in integrum restitutio non est deneganda. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Quamdiu is idoneus sit. *Concordat l.13. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Pomponius lib. XXVIII. scribit, Labeonem existimasse, si minor annis uigintiquinq; fundum uendiderit & tradiderit, & emptor rursus eum alienauerit: siquidem emptor sequens scit rem ita gestam, restitutionem aduersus eum faciendam: si ignorauit, & prior emptor soluendo est, non esse faciendam. Si uerò non est soluendo: æquius esse minori succurri, etiā aduersus ignorantē: quamuis bona fide emptor est. *Altera exceptio est. Nisi is qui cum minore gessit, rem alienauit ei qui conditionem rei non ignorauit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Siquidem emptor sequēs scit rem ita gestam, restitutionem aduersus eum faciendam. *Tertia exceptio est: Nisi iudici causa cognita aliter uideatur. Quæ exceptio approbatur d. l.13. §. interdum, his uerbis:* Interdum restitutio & in rem datur minori; id est aduersus rei eius possessorem, licet cum eo non sit contractum. Vtputa rem à minore emisti, & alij uendidisti. potest desiderare interdum aduersus possessorem restitui, ne rem suam perdat, uel re sua careat: & hoc uel cognitione Prætoria, uel rescissa alienatione, dato in rem iudicio. *Quarta exceptio est: Nisi filiusfamiliâs uel seruus cum minore gesserit: hoc enim casu in patrē uel dominum eius in integrum restitutio competit. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.24. §. si seruus. ff. de minor. 25. annis, hisce uerbis:* Si seruus uel filiusfamiliâs minorem circumscripserit: patet dominusue, quod ad eum peruenit, restituere iubendus est. Quod si non peruenit, ex peculio eorum præstare. si ex neutro satisfiet, & dolus serui interuenerit: aut uerberibus castigandus, aut noxæ dedendus erit. Sed si filiusfamiliâs hoc fecerit: ob dolum suum condemnabitur. *Quinta exceptio est: Nisi is qui cum minore gessit, decesserit: hoc enim casu hæres eius tenetur. Quæ exceptio approbatur l.7. C. de in integr. restit. minor. his uerbis:* De tutela auunculi eiusdemq́ue tutoris, cui falsò ætate probata præstitisti liberationem: quem ignarum ætatis tuæ non fuisse, tā officiū tutelæ quàm sanguinis proximitas arguit: si necdum statutum tempus excessit, ex causa in integrū restitutionis hæredes eius conuenire potes. *Concordat l.14. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide s. ead. reg. in prin.*

## VII. APVD QVEM IN INtegrum restitutio petenda?

*Regulariter aliarum caussarum iudices competentes, etiam in integrum restituere possunt. Quæ regula approbatur l.16. §. fin. ff. de minor. 25. annis, hisce uerbis:* Nunc uidendum, qui in integrum restituere possint? Et tam præfectus urbi, quàm alij magistratus pro iurisdictione sua restituere in integrum possunt, tam in alijs omnibus causis, quàm contra sententiam suam. *Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi iudex qui sententiam, contra quam in integrum restitutio petitur, tulit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Quàm contra sententiam suam. *Concordat l.17. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. quæst. 4. caussa 17. except. 2. Item concordat l.24. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. causa 27. in prin. Altera exceptio est: Nisi alius iudex, quàm q sentētiā, cōtra quā in integrū restitutio petitur, tulit, adeatur. Hæc exceptio approbatur in præfecto prætorio l. unica. §. fin. ff. de officio præfecti prætorio. cuius uerba uide s. lib. 2. cap. 10. reg. 1. Tertia exceptio est: Nisi minor magistratus contra sententiam maioris adeatur. Hæc exceptio approbatur l.18. in prin. ff. de minor. 25. annis, hisce uerbis:* Minor magistratus contra sententiam maiorum non restituet. *Quarta exceptio est: Nisi alius quàm princeps contra sententiam appellationis adeatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 18. §. idem Imperator, his uerbis:* Imperator Seuerus Licinio Frontoni rescripsit, insolitum esse post sententiam uice sua ex appellatione dictam, alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum principem. *Quinta exceptio est: Nisi alius quàm Princeps contra sententiam iudicis à Principe dati adeatur. Hæc exceptio approbatur d. §. idem, his uerbis:* Sed etsi ab Imperatore iudex datus cognoscat: restitutio ab alio, nisi à Principe qui iudicem destinauit, non fiet. *Concordat l.3. C. si aduersus rem iudicatam, his uerbis:* Aduersus sententiam eius qui tunc uice principis iudicauit, in integrum restitutionis auxilium apud Prætorem, seu Præsidem prouinciæ, clarissimum uirum, flagitare nequaquam poteris. nam aduersus eius sententiam, qui uice principis cognouit, solus princeps restituet. *Sexta exceptio est: Nisi aduersus fiscum in integrum restitutio postuletur: hoc enim casu solus procurator Cæsaris iudex competens est. Hæc exceptio approbatur l.2. C. si aduersus fiscum, his uerbis:* Si aduersus priuatos in integrum restitutionem tam tu, quàm fratres tui desideraris: p̄sidis p̄uinciæ uiri clarissimi notio est: isq́; causa cognita æstima-

æstimabit, an auxilium quod imploratis, conferri uobis debeat. Quòd si aduersus fiscum id postulatis: intelligitis procuratorem meum unà cum præside, præsente fisci patrono, adire uos debere. *Septima exceptio est: Nisi magistratus municipalis adeatur. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur s. lib. 2. cap. 4. quæst. 1. item lib. 5. cap. 1. quæst. 1. except. 45. Concordat l. 1 C. ubi & apud quem cognitio, &c. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 4. reg. 2.*

## VIII. PER QVOS IN INtegrum restitutio minorum competit?

*Etiam per procuratorem & curatorem peti potest: de qua re uide s. quæst. 5. except. 8.*

## IX. QVIBVS PRAESENtibus in integrum restitutio facienda?

I. Regula: *Præsentibus aduersarijs in integrum restitutio petenda & facienda. Quæ regula approbatur l. 13. §. caussa aut. ff. de minor. 25. annis, hisce uerbis:* Caussa cognita, & præsentibus aduersarijs, uel si per contumaciam desint, in integrũ restitutiones perpendendæ sunt. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi aduersarij citati adesse noluerint. Quæ regula approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vel si per contumaciam desint.

II. Regula: *Si aduersus aditionem hæreditatis minor in integrum restitutionem petat: creditores hæreditarij præsentes esse debẽt. Quæ regula approbatur l. 29. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Si hæreditate patris ætatis beneficio in integrum restitutus abstinuit, nemine de creditoribus paternis præsente, uel ad agendum à Præside euocato: an ea restitutio rectè facta uideatur, quæritur? Herennius Modestinus respondit, cum nõ euocatis creditoribus, in integrum restitutionis decretum interpositum proponatur: minimè id creditoribus præiudicasse. *Concordat Nouell. c. 119. §. ad hæc sancimus, his uerbis:* Sancimus, ut si contingat minores desistere uelle ab ea hęreditate, quæ ad ipsos deuoluta, & ab ipsis agnita fuit: & omnes creditores præsentes inueniantur in illis locis, in quibus petitur restitutio in integrum: creditores uocentur à magistratu, & omnibus ijs in præsentia constitutis, minores ab huiusmodi hæreditate desistant. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi creditores uocati non ueniant. Quæ exceptio approbatur d. §. ad hæc, his uerbis:* Sed si uel omnes, uel quidam ex ijs absentes sint: iubemus ut minores qui id agere uolunt, ibi locorum, ubi hi degunt, magistratum adeant, ille uerò creditores solitis edictis euocet: & si creditores intra trium mensium spacium prorsus non accesserint, liceat his absque metu periculi ab eiusmodi hæreditate discedere: magistratu apud quem in integrum restitutio tractatur, prouidentiam accommodante, ubinam locorũ res hæreditariæ mobiles iuxtà & immobiles adseruari debeant: harum uidelicet quantitate apud actorum monumenta publico insinuanda inuentario.

## X. QVID VENIAT IN INtegrum restitutionem minorum?

I. Regula: *Vt minor integrum ius suum recipiat. Hæc regula approbatur l. 24. §. 1 restitutio. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide j. quæst. 14. reg. 1.*

II. Regula, *De fructibus restituendis, proponitur d. §. restitutio. Cui concordat l. 27. §. item ex diuerso. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. 4. causa 25. Concordat item l. 40. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. quæst. 4. caussa 4.*

III. Regula, De *usuris, proponitur d. l. 27. §. ex quo scilicet. cuius uerba uide d. causa 2.*

IIII. Regula: *Aduersus acceptilationem in integrum restitutione facta, etiam aduersus fideiussorem & pignora, item aduersus correum actio restituenda. Quæ regula approbatur d. l. 27. §. si minor, his uerbis:* Si minor annis uigintiquinq; sine caussa debitori acceptum tulerit: non solùm in ipsum, sed & in fideiussorem & in pignora actio restitui debet: et si ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in utrunq; restituenda est actio.

V. Regula: *Aduersus rem iudicatam restitutus, etiam rẽ pignoris nomine ex causa iudicati captã atq; distractã recipit. Quæ regula approbatur l. 9. in prin. ff. de minor. XXV. annis. cuius uerba uide s. lib. 4. cap. 4. causa 1. except. 13. repl. 14.*

VI. Regula: *Aduersus repudiationem hæreditatis restitutione in integrũ facta, ea quæ à curatore bonorum antea gesta sunt, nõ reuocantur. Quæ regula approbatur l. 22. ibi: quemadmodum per contrarium. ff. d. tit. cuius uerba uide s. li. 8. ca. 6. quæ. 5. reg. 7. exc. 2.*

VII. Regula: *Aduersus repudiationẽ hæreditatis in integrũ restituto minore, seruus minori substitutus, et hæres existẽs, nihilominus liber hæresq; manet. Quæ regula ap.pbatur l. 7. §. sed quod Papin. ff. d. tit. his uerbis:* Quod Papinianus libro secundo Respõsorum ait, minori substitutum seruum necessariũ, repudiãte quidẽ hæreditatẽ minore, necessariũ fore: & si fuerit restitutus minor, liberũ nihilominus manere: si sũt prius minor adierit hæreditatẽ, mox abstentus sit, substitutũ pupillo seruũ cum libertatẽ nõ posse hæredem existere, neque liberum esse: non per omnia uerum est: Nam si non est soluendo hæreditas, abstinente se hærede: & diuus Pius rescripsit, & Imperator noster (& quidem in extraneo pupillo) locum fore necessario substituto. Et quod ait, liberum manere: tale est, quasi nõ etiã hæres manet, cũ pupillus impetrat restitutionẽ, posteaquã abstẽt est. Cum

Cum enim pupillus hæres non fiat, sed utiles actiones habeat: sine dubio hæres manebit, qui semel extitit. *Similis est ergo hic substitutus ei qui ex fideicommisso hæreditatem restituit, inst. de fideicom. hæred. §. restituta.*

VIII. Regula: *Si seruum uel filiumfamilias cum minore contraxit, quid ueniat in restitutionem in integrum, definitur l. 24. §. si seruum. ff. d. tit. cuius uerba uide s. quæst. 6. reg. 4. Hæc quæ minori sint restituenda. Quæ contrà aduersario minoris sint restituenda, uide J. quæst. 14.*

## XI. QVANDO COMPETAT in integrum restitutio?

*Etiam ante uicesimum quintum annum completum in integrum restitutio peti potest. Quæ regula approbatur l. 5. C. de in integr. restitut. minor. his uerbis:* Ante impletum etiam quintum & uicesimũ annum, de ijs in quibus se captos existimant minores, posse in integrum restitutionem implorare, certissimi iuris est.

## XII. QVAMDIV IN INtegrum restitutio peti possit?

*Intra quadriennium post uicesimumquintum annum completum. Quæ regula approbatur l. ult. C. de temporibus in integr. restitut. cuius uerba uide s. cap. 1. quæst. 5. in prin. Concordant ea quæ proponuntur e. quæst. 4. except. 29. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi reipub. uel militiæ caussa minor abfuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. d. tit. cuius uerba cum concordantibus uide d. quæst. 5. reg. 1. except. 1. Altera exceptio est: Nisi minori intra statutum tempus hæres minor existat. huic enim tempus concurrit. Quæ exceptio approbatur l. 19. ff. de minor. 25. annis, his uerbis:* Interdum successori plus quàm annum dabimus, ut edicto est expressum: si fortè ætas ipsius subueniat. Nam post annum uicesimumquintum habebit legitimum tẽpus. hoc enim ipso deceptus uidetur, quòd cum posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit. Planè si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno utili habuit: huius hæredi minori post annum uicesimumquintũ completum, non totum statutum tempus dabimus ad in integrum restitutionem: sed id duntaxat tempus, quod habuit is cui hæres exstitit. *Concordat l. 5. §. si quando. C. de tempor. in integr. restitut. his uerbis:* Si quando in minoris iura successerit minor: minimè probibeatur, cum quintum & uicesimum ætatis suæ annum transierit, in integrum restitutionis beneficio uti tempore illibato. Quòd si maioris fuerit minor iura nactus: quantum ad eas pertinet causas, quas ex persona maioris fuerit cõsecutus: tantum temporis ad exponendas in integrum restitutiones, decidendasque causas accipere debebit, quantum defuncto, cuius hæres aut bonorum possessor docebitur extitisse, reliquum fuerat. *Tertia exceptio est: Nisi mortuo minore, hæreditas eius nondum fuerit adita: illud enim tempus quo hæreditas iacet, in tempus quadriennij non connumeratur. Quæ exceptio approbatur d. l. 5. §. fin. his uerbis:* Cum maior fuerit adeptus successionem minoris: siquidem ciuili iure ab intestato uel ex testamento successerit, mox cum fuerit adita hæreditas: si uerò honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta: examinendo ac terminando in integrum restitutionis negocio, solida sine ulla deminutione tempora supputentur. *Quarta exceptio est: Nisi actor in exilio fuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 20. ff. de minor. 25. annis, his uerbis:* Papinianus libro secundo Responsorum ait, exuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statutum, quia abfuit: cum potuerit adire prætorem per procuratorem, nec dixit, uel Præsidem ubi erat. Sed quod idem dicit, id indignum esse propter irrogatam pœnam: non rectè. Quid enim commune habet delictum cum uenia ætatis? *Quinta exceptio est: Nisi intra tempus statutum actor rem in iudicium deduxerit. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s. lib. 36. cap. 15. except. 5. Verùm eius replicatio hæc est: Nisi à lite destiterit. Quæ replicatio approbatur & declaratur d. l. 20. §. fin. cum lege sequente. cuius uerba uide e. quæstione 4. exceptione 28. Sexta exceptio est: Nisi per aduersarium steterit, quo minus lis intra statutum tempus inchoetur uel finiatur. Hæc exceptio approbatur l. 39. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Intra utile tempus restitutionis apud præsidem petierunt in integrum restitutionem minores, & de ætate sua probauerunt. dicta pro ætate sententia, aduersarij ut impedirẽt cognitionẽ Præsidis, appellauerũt ad Imperatorẽ. Præses in euẽtũ appellationis cætera cognitionis distulit. Quæsitũ est, si finita appellatiõis apud Imperatorẽ cognitione, & iniusta appellatione pronunciata, egressi ætatem deprehendantur: an cætera negocia implere possint: cum per eos non steterit, quo minus res finem accipiat? Scæuola respondit, secundum ea quæ proponerentur, perinde cognosci, atque si nunc intra ætatem essent. *Septima exceptio est: Nisi ipso iure non ualeat id quod cum minore gestum est. huic enim rescindendo nulla temporis præscriptio obstat. Quæ exceptio approbatur, simul & declaratur per ea quæ proposita sunt e. quæstione 4. exceptione 26. exẽplo 1. Octaua exceptio est: Nisi minor ætatis ueniã*

*impetra-*

*impetrauit: hoc enim casu quadriennium non ex uicesimo quinto anno completo currere incipit, sed ex die quo illud fuerit intimatum. Quæ exceptio approbatur l.5.in prin.C.de tempor.in integr. restitut. his uerbis:* Ea quæ de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri conuenit: & si forte quis beneficio nostro ætatis ueniam fuerit consecutus, ex eo die quo indulgentia nostra in iudicio competenti fuerit intimata, eique administratio rei propriæ permissa, ad persequendas in integrum restitutionum, finiendasque caussas iure tempus habeat p̃stitutum: ita tamen, ut nunquam minoribus XXV. annis cõstitutis de ijs quę ante impetratam ueniam ætatis gesserunt, auxilium in integrum restitutionis denegetur.

## XIII. ADIVNCTA OFFICIA actoria, rei conuenti & iudicis in hoc iudicio.

I. Regula: *Non nisi caussa cognita hoc iudicium expeditur. Quæ regula approbatur l.11.§.sciendum.ff. de minor.25.annis. cuius uerba uide s̃. quæst.4.exc.15. Concordat l.13.§.caussæ autem.ff.eod.tit. cuius uerba uide s̃.quæst.9.reg.1. Concordat item l.24.§. non semper.ff.eod.tit. cuius uerba uide d.except.15. Concordat l.44.ff eod.tit. cuius uerba uide d.exc.15. Item concordat l.ult.ibi: cognita scilicet.ff.de in integr.restitut. cuius uerba uide d.quæst.4. except.20. Item concordat l.1.in fine. C.si aduersus solutionem. cuius uerba uide s̃.lib.prox.cap.8.repl.9.dupl.14.*

II. Regula: *Procurator actoris, de cuius mandato dubitatur, de rato cauere debet. Quæ regula approbatur l.25.in prin.ff de minor.25.annis. cuius uerba uide s̃.quæst.5.except.8.*

III. Regula: *Defensor rei conuenti iudicatum solui satis dabit. Quæ regula approbatur d.l.26.in fine, his uerbis:* Quòd si is qui circumscripsisse dicatur, absit: defensor eius satis Iudicatum solui dare debebit.

IIII. Regula: *Minori incumbit ætatis suæ probatio. Quæ regula approbatur l.9.C.de probationib. his uerbis:* Cùm te minorem quinque & uiginti annis proponas: adire præsidẽ prouinciæ debes, & de ætate probare. *Concordat l.4. C. de in integr. restitut. minor. cuius uerba uide s̃.quæst.4.except.29.*

## XIIII. EVENTVS IN INtegrum restitutionis.

I. Regula: *Quidquid ad minorem peruenit, restituere aduersario suo tenetur. Quæ regula approbatur l.24. §.restitutio.ff.de minor.25.annis, hisce uerbis:* Restitutio ita facienda est, ut unusquisque integrum ius suum recipiat. Itaq; si in uendendo fundo circumscriptus restituetur: iubebit Prætor emptorem fundũ cum fructibus reddere, & precium recipere: nisi tunc dederit, cum eum perditurũ non ignoraret: sicuti facit in ea pecunia, quæ ei consumpturo credetetur. Sed precius in uenditione: quia æs alienum ei soluitur, quod facere necesse est: credere autem non est necesse. Nam etsi origo contractus ita constitit, ut infirmanda sit: si tamẽ necesse fuit precium solui: non omnimodo emptor damno adficiendus est. *Concordat l.7.§.planè qui post.ff.eod.tit. his uerbis:* Qui post aditam hæreditatem restituitur: debet præstare, si quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec perijt per imbecillitatem ætatis. *Item concordat l.unica.C.de reputationib. quæ fiunt in iud.in integr. restit. cuius uerba uide s̃. cap.1.quæst.6.reg.5. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi minor eo quod ad se peruenit, non sit factus locupletior. Hæc exceptio approbatur uerbis d.§.planè si post, iam propositis hisce:* Nec perijt per imbecillitatem ætatis. *De hac exceptione alijsq; pluribus uide J. in regulis sequentibus.*

II. Regula, *De precio restituendo à minore, si aduersus uenditionem in integrum restituatur, proponitur uerbis d.§.restitutio, iam propositis. Cui cõcordat l.47.§.curator.ff.eod.tit. de minor.25.annis. cuius uerba uide J.reg.10. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi minor precio non sit factus locupletior. Quæ exceptio approbatur l.31.§.interposito.ff.de administrat.tutor. his uerbis:* Interposito curatore adolescens fundum Titio uendidit, postea agnita fraude in integrum restitutus, in possessionem induci iussus est: quæro, an cum ex hac uenditione melior factus non sit, neque in rem suam quicquã uersum probetur: precium emptori restituere non debeat? Modestinus respondit, precium fundi ab adolescente ueuundati, si rationibus eius nõ profuit, nec quicquã de eo à iudicante de in integrum restitutione statutum est: emptorem frustra postulare. Idem respondit, sumptibus uoluptatis caussa ab emptore factis, adolescentem onerandum non esse. Quæ tamen ab eodem ædificio ita auferri possunt, ut in facie pristina ædificium esse possit: emptori auferre permitti oportere. *Concordat l.27.§.prædium, in fine.ff.de minor.25.annis. cuius uerba uide s̃. quæst.4.caussa 23. Cõtradicit l.24. §.restitutio.ff.eod.tit. cuius uerba uide s̃. reg prox. Altera exceptio est: Nisi minor beneficio restitutionis in integrum uti nolit. Hæc exceptio approbatur l.41.ff.de minor.25 annis, hisce uerbis:* Si iudex circumuento in uenditione adolescẽti iussit fundum restitui, eumque precium emptori reddere: & hic nolit uti hac in integrum restitutione, pœnitentia acta: exceptionem utilem aduersus petẽtem precium quasi ex caussa iudicati, adolescens habere poterit: quia unicuique licet contemnere hæc quæ pro se introducta sunt.

nae

ass queri poterit uenditor, si restitutus fuerit in eandem caussam, in quam se ipse con stituerat, & quam mutare non potuisset, si minor auxilium Prætoris non imploresset. *Tertia exceptio uidetur: Nisi emptor precij nomine aduersus curatorē uel eius hæredes habeat actionem. Sed hæc exceptio reprobatur l.47.§. curator.ff.d.tt. cuius uerba uide ī.reg.10.*

III. *Regula: Si minor accepta pecunia mutua in integrum restituatur, pecuniam restituere debet. Quæ regula approbatur quidem ipso iure, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi minor pecunia non sit locupletior factus. Quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur ī.quæst.4.causa 23.*

IIII. *Regula, De usuris pecuniæ restituendæ cō pensandis, proponitur l.40.§.fin.ff.de minor.25. annis. cuius uerba uide ī.quæst.4.causa 4.*

V. *Regula, De fructibus aduersario restituendis, proponitur l.27.§.si pecuniam.ibi: & fructus.ff.d.tt. cuius uerba uide d.quæst.4.caussa 23.*

VI. *Regula, De sumptibus quos fecit aduersarius ei restituendis, proponitur l.39.§. uendentib. ff.d.tt. his uerbis:* Vendentibus curatoribus minoris fundum, emptor extitit Lusius Titius, & sex ferè annis possedit, ac longè lateq; rem meliorem fecit. Quæro, cum sint idonei curatores, an minor aduersus Titiū emptorem in integrum restitui possit? Scæuola. Respondi, ex omnibus quæ proponerentur, uix eum esse restituendum: nisi ma lueri omnes impensas, quas bona fide emptor fecisse adprobauerit, ei præstare: maximè cum sit ei paratum auxilium, curatoribus eius idoneis constitutis. *Concordat l. 4.§.si minor.ff.de doli mali except. cuius uerba uide ī.lib.21.cap.8.reg.7.in.prin. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi uoluptatis tantùm gratia sumptus facti sint. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.33.§.interposito.ibi:idem respondit.ff.de administr. tutor. cuius uerba uide ī.reg.2.except.1.*

VII. *Regula: Si minor aduersus aditionem hæreditatis in integrum restituatur: solutiones creditorib. hæreditarijs factæ, item libertates ex testamento præstitæ, & alia bona, fide ab eo gesta, non reuocantur. Quæ regula approbatur per ea que proponuntur ī. lib.8.cap.6.quæst.5.reg.7.except.3.*

VIII. *Regula: Minor aduersus repudiationem hæreditatis in integrū restitutus, bona quæ mortis testatoris tempore habuit, cōferre tenetur. Quæ regula approbatur l.2. in fine.C.si ut omissam hæred. cuius uerba uide ī.quæst.4 causa 19.*

IX. *Regula: Si aduersus unū caput sententiæ restitutio facta est, tota lis uolente aduersario restauranda est. Quæ regula approbatur quidem ipso iure per ea quæ dicta sunt ī.reg.1.item argumento eorum quæ ∫. reg.prox.dicentur: uerùm eius exceptio hæc est: Nisi capita sint separata, non cohærentia. Quæ exceptio approbatur l.29.§.1.ff.de minor.25. annis, hisce uerbis:* Ex caussa curationis condemnata pupilla, aduersus unum caput sententiæ restitui uolebat: quia uidebatur in cæteris litis speciebus releuata fuisse. actor maior ætate, qui adquieuit tunc temporis sententiæ, dicebat totam debere litem restaurari. Herennius Modestinus respondit, Si species in qua pupilla in integrum restitui desiderat, cæteris speciebus nō cohæret: nihil proponi, cur à tota sententia recedi actor postulans, audiendus sit.

X. *Regula: Si cum curator minoris prædia sibi cum minore cōmunia uendidisset, in integrū pro sua parte minor restitui postulet: etiā altera pars uolente aduersario sit inempta. Quæ regula approbatur l.47.§. curator.ff.d.tt.his uerbis:* Curator adolescentium prædia communia sibi & his quorum curam administrauerat, uendidit. Quæro, si decreto Prętoris adolescentes in integrum restituti fuerint: an eatenus uenditio rescindenda sit, quatenus adolescētium ꝑ parte fundus communis fuit? Scæuola. Respondi, eatenus rescindi: nisi emptor à toto contractu uelit discedi, quòd partem empturus non esset. Item quæro, utrum emptor à Seio & Sempronio adolescentibus precium cū usuris recipere deberet, an uerò ab hærede curatoris? Respondi, hæredē quidem curatoris teneri: uerùm & in Seium & Sempronium, pro parte qua eorum fundus fuit, actiones dandas: utiq; si ad eos accepta pecunia pro eadē parte peruenisset.

XI. *Regula: Si aduersus eum cum quo tutelæ egit, restitutus sit minor: contrarium tutelæ iudicium aduersario restituendum non est. Quæ regula approbatur l.28.ff.de minor.25. annis, hisce uerbis:* Cùm minor quàm quinque & uiginti annorum, aduersus eum cum quo tutelæ egit, restitutus: non ideo tutori contrarium tutelæ iudicium restituendum est.

XII. *Regula: Si aduersus transactionem minor rēstituatur, aduersario quoq; pristina actio est restituenda. Quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur ī.lib.9.cap.5.except.25.*

XIII. *Regula: Si unus hæredum quasi in maiorē partem condemnatus esset, in integrum sit restitutus: aduersus alterum cohæredem aduersario utilis datur actio. Quæ regula approbatur l.10.in prin.ff.de tutelæ actione. cuius uerba uide ī.lib.18. cap.10.quæst.8. reg.1.in prin.*

XIIII. *Regula: Si minor aduersus possessorem rei restituitur, is potest reuerti ad suum auctorem. Quæ regula approbatur l.15.ff.de minor.25.annis, hisce uerbis:* Vbi restitutio datur, posterior emptor reuerti ad auctorem suum poterit. Per plures quoque personas si emptio ambulauerit: idem iuris erit. *Concordat l.39. in prin.ff.de euictione. cuius uerba uide ī.lib.42.cap. 7.quæst.1.except.51.*

XV. *Regula: Si minor rem quam ex contractu,*

m contrá

*contra quem reſtituitur, acceperat, alij alienauerat: ei quoq; cui alienauerat, de euictione tenetur. Quæ regula approbatur l. 62. ff. de iure dotium. cuius uerba uide s̄. lib. 15. cap. 2. quæſt. 4. reg. 8.*

XVI. Regula: *Minore qui pro alio interceſſerat, per in integrum reſtitutionem liberato, non liberatur etiam reus principalis. Quæ regula approbatur l. 48. in prin. ff. de minor. 25. annis, hiſce uerbis:* Minor ſe in id quod fideiuſſit uel mandauit, in integrum reſtituendo, reum principalem nō liberat. *Concordat l. ult. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. reg. prox. Item concordat l. unica. §. ſed etſi interceſſor. C. de reputationib. quæ fiunt, &c. cuius uerba uide s̄. cap. 1. quæſt. 6. reg. 5.*

XVII. Regula: *Si cum minor pro eo qui temporali actione tenebatur, nouādi animo ſpopondiſſet, reſtitutus ſit: in priorem debitorem actio reſtituitur tanti temporis, quantum ſuperfuerat tempore nouationis. Quæ regula approbatur d. l. ult. his uerbis:* Iunius Diophantus Pomponio ſuo ſalutem. Minor XXV. annis nouādi animo interceſſit pro eo qui tēporali actione tenebatur, tūc cum adhuc ſupererant decem dies, & poſtea in integrum reſtitutus eſt: utrum reſtitutio quæ creditori aduerſus priorem debitorem datur, decem dierum ſit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum reſtitutionis tantundē temporis præſtandū, quantum ſupererat. tu quid de eo putas, uelim reſcribas. Pomponius reſpondit: Sine dubio quod de temporali actione, in qua interceſſit minor, ſenſiſti: puto uerius eſſe. Ideoq; & pignus quod dederat prior debitor, manet obligatum.

XVIII. Regula: *Minore aduerſus aditionem hæreditatis in integrum reſtituto, ſeruus ei ſubſtitutus neceſſarius hæres efficitur. Sed & aduerſus repudiationē eo reſtituto, ſubſtitutus nihilominus hæres manebit. Quæ regula approbatur l. 7. §. ſed quod Papinian. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide s̄. quæſt. 10. reg. 7. Hactenus euentus in integrum reſtitutionis: quorum exceptiones generales uide s̄. reg. 2.*

## XV. AD FINIA REMEDIA.

I. Regula: *Licet regulariter, ſi alia competat actio, aliudúe remedium, in integrū reſtitutio minoribus nō competat, ut oſtenſum s̄. quæſt. 4. exc. 26. tamen interdum in integrum reſtitutio peti, uel tutelæ actio aduerſus tutorem, aut negociorum geſtorum aduerſus curatorē minoris inſtitui poteſt, prout elegerit minor: ut oſtēſum d. exc. 26. repl. 3. cui cōcordat l. 45. in fine. ff. de minor. 25. annis, hiſce uerbis:* Imp. Titus Antoninus reſcripſit, eum qui fraude tutoris aduerſarium ſuum diceret abſolutū, & agere cū eo ex integro uellet: licentiam habere priꝰ cum tutore agere.

II. Regula: *Interdum quoq; deficiente in integrum reſtitutione, tutelæ uel negociorum geſtorum, aut alia actio competit. Quæ regula approbatur l. 1. C. ſi tutor uel curator interuenerit, his uerbis:* Si iam puberes utriuſque ſexus parentum hæreditatem adijſtis: ſi etiam nunc in ea ætate eſtis, ut eo quòd paternæ hæreditati uos obligaſtis, in integrum reſtitutionis auxiliū debeatis accipere: per procuratores ueſtros adite præſidem prouinciæ. Quòd ſi legitimam ætatem impleſtis, idq́ue tempus quo in integrum reſtitui poſſitis, exceſſiſtis: curatores ueſtros, ſi aduerſus eos nondum experti eſtis, iudicio ſecundum formam iuris conuenite. *Concordat l. 2. C. ſi aduerſus uenditionem pignoris. cuius uerba uide s̄. quæſt. 4. cauſſa 30. except. 1. Item concordat l. 1. in fine. C. ſi aduerſus libertatem. cuius uerba uide s̄. quæſt. 4. except. gener. 4. repl. 3. Concordat item l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 4. in prin. Item concordat l. 3. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 4. in prin. Hæc de in integrum reſtitutionibus minorum.*

## *DE IN INTEGRVM REſtitutionibus maiorum propter abſentiam & alias ſimiles cauſas.*

### *Cap. V.*

PRimò: *Verba edicti quo hæ in integrum reſtitutiones introducuntur, proponuntur l. 1. §. 1. ff. ex quib. cauſis maiores in integr. reſtit. hæc:* Verba edicti talia ſunt. Si cuius quid de bonis diminutum erit, cum is metu, aut ſine dolo reipub. cauſſa abeſſet: ſiue in uinculis, ſeruitute, hoſtiúmue poteſtate eſſet: poſteaúe cuius actionis eorum cui dies exiſſe dicetur: item ſi quis quid uſu feciſſe ſuum, aut quod non utendo amiſſum ſit, conſecutus eſſe, actioneúe qua ſolutus ob id quòd dies eius exierat, cum abſens non defenderetur, inúe uinculis eſſet, ſecumúe agendi poteſtatem non faceret: aut cum eum inuitum in ius uocare non liceret, neque defenderetur: ſiue cui per magiſtratus factum ſine dolo malo ipſius actio exempta eſſe dicetur: earum rerum actionem intra annum, quo primùm de ea re experiūdi poteſtas erit: item ſi qua alia mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur, in integrum reſtituam. Quod eius per leges, plebiſcita, ſenatuſconſulta, edicta, decreta principum licebit.

II. *Ratio huius edicti proponitur d. l. 1. in prin. his uerbis:* Huius edicti cauſſam nemo non iuſtiſſimam eſſe confitebitur. Læſum enim ius per id tempus, quo quis reipub. operam dabat, uel aduerſo caſu laborabat, corrigitur: nec non & aduerſus eos qui uel abſentes reipub. cauſſa fuerant, uel apud hoſtes detenti, ſuccurritur: ne uel obſit, uel proſit, quod euenit.

## III. CAVSAE EX QVIBVS in integrum maiores restituuntur.

I. Causa: Si absentis ius sit lesum. Hæc causa approbatur uerbis edicti paulo superius propositis. Concordat d.l.1.in prin. uerbis iam propositis hisce: Læsum enim ius per id tempos, quo quis reipub. operam dabat, &c. Item concordat l.10. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius exemplo 2. Huius causæ exemplum primum est, si propter absentiam non egit intra tempus legitimum, Ideoq; temporis præscriptio aduersario competere cœperit, uel res absentis sit usucapta. Quod exemplum proponitur uerbis edicti s. propositis hisce: Siue cuius actioois eorom cui dies exisse dicetur. Cōcordat l.40.in prin. ff. ex quib. caussis maiores, his uerbis: Si qua militi accusatio competat eo tempote, quo reipublicæ opeeam dedit, noo perimetur. Concordat item l.2.C. de restitut. militum. cuius uerba uide J. quæst. 7. reg. 1. Secundum exemplum est, si contra absentem sit iudicatum. quod proponitur l.30. §. fin. ff. ex quibus causis maiores. his uerbis: Item ex reliquis omnibus causis restitutio facienda erit: ueluti si aduersus absentem proouncietum sit. Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis: Si propter officium legatiouis ad me bone fide factę ebsens & indefensus condemnatus es: instaurationem iudicij iure desideras, ut ex integro defensionibus tuis otaris. Nam eos quoque, qui legationis officio funguntur, in eo priuilegio esse, in quo sunt qui reipub. causa absunt, receptum est. Concordat item l.2. C. eod. tt. cuius uerba uide J. causa 6. in prin. Cōcordat itē l.8. §. sed etsi quis. C. de præscript. 30. annor. cuius uerba uide s. lib. 22. cap. 5. except. 54. in fine. Tertium exemplum est; si aliquis in bona absentis non defensi missus sit. Quod exemplum proponitur d. §. sed & si quis. Quartum exemplū est, si alius damni infecti nomine in ædes absentis sit missus. Quod exemplum proponitur l.15. §. si damni. ff. ex quib. caussis maiores. his uerbis: Si damoi infecti missum sit in ædes militis: siquidem præseote eo iussit Prætor possideri, non restituitur: si uerò absente eo, dicendum subueniri ei debere. Quintum exemplum est, si bona absentis uendita sunt. Quod proponitur l.4. C. de restitut. militum, his uerbis: Ignorare non debes, eorum qui reipub. causa sine dolo malo absunt, si absentes boni oiri arbitratu non defendūtur, bona tantùm possideri: uēditionem autem in id tempus differri, quo reipub. causa ebesse disierint. Concordat l.5. C. eod. tt. his uerbis: Neque reipub. causa absentibos, nec alijs maioribus ad titulū in integrum restitutionis pertinentib. præscriptionem quinquennij post factā à fisco uenditionem obesse posse, manifestū est. Concordat item l.6. C. eod. tt. his uerbis: Si cùm militarib. laboribus operam dares, creditores tui hęredes possessiones sibi obligatas distraxerunt: poteris adito præside prouinciæ in integrum restitutionē impetrare, retractaq; uenditione recipies possessionem, oblato à te debito, uel precio, si minus debito fuisset. Sextum exemplū est, si quis absens non potuit adire hereditatem delatam, uel iubere filiū suum haredē institutum adire. Quod exemplū proponitur l 30. in prin. ff de adquir. hered. cuius uerba uide s. lib. 29. cap. 11. exc. 12. repl. 16. Septimū exemplū est, si propter absentiā suā quis conditioni legato uel stipulationi adiectæ non paruit: ideoq; ex testamēto uel ex stipulatu actionē amiserit, uel obligari cœperit. Quod exēplū proponitur l.17 in fine. ff. ex quib. causis maiores, his uerbis: Eū cui sic legatū sit, In annos singulos, quib. in Italia erit: restituendū ut cepi at, atq; si in Italia fuisset, Lebeo scribit, & Iulianus lib. IIII. & Pomponius lib. XXXI. probant. Nō enim dies actionis exijt, ut Prætoris auxiliū necessariū sit: sed cōditio in causa est. Concordat l.41. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 32. cap. 8. causa 42. exc. 7. Cōcordat item l.45. ff. eod. tt. his uerbis: Si qs stipulatus sit in annos singulos, quos in Italia esset uel ipse uel promissor & alteruter reipub. causa abesse cœperit, officiū Prętoris est introducere utilē actionē. Eadem dicemus, etsi ita cōcepta stipulatio fuerit, Si quinquēnio proximo Romę fuerit: uel ita, Si non fuerit, centum dare spondes? Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi nō reipub. causa, uel propter aliquā earū causarum, de quib. in causis proximè sequentibus dicetur, abfuerit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis edicti s. propositi, in quo certæ quædā absentiæ causæ ponūtur. Cōcordat l. 38. §. tādiu. ff. ex quib. causis maior. cuius uerba uide J. exc. 5. Item cōcordat l.4. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. exc. 5. Itē cōcordat l.21. §. & erit notādū. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. caussa 12. in prin. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi testimonij, cognitionis uel appellatiōis causa abfuerit. Quæ replicatio approbatur l.26. §. fin ff. ex quib. causis maiores, his uerbis: Si testimonij causa sit euocatus qs ex qualibet prouincia, uel in urbē, uel ad principē: huic subueniri, sępissime rescriptū est. Sed & his qui cognitionis gratia, uel appellationis peregrinati sunt, similiter subuenitur. Et generaliter, quotiescūq; quis ex necessitate, nō ex uolūtate abfuit: dici oportet, ei subueniendū. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi qs in ius uocatus nō defendatur. Huic enim nō prodest, quāuis appellatiōis causa absit. Quæ duplicatio approbatur l.1. cum lege sequēte ff. eū qui appellauerit, etc. cuius uerba uide s. lib. 36. ca. 14. reg. 91 Altera replicatio est: Nisi ex necessitate, nō ex uolūtate absit. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.26 § fin. paulo superius propositis hisce: Quotiescunque quis ex necessitate, non ex uoluntate abfuit: dici oportet, ei subueniendum. Tertia replicatio est: Nisi ex alia probabili causa quis abfuerit.

Hæc replicatio approbatur l.28. in prin.ff. ex quibus causis maiores, his uerbis: Etsi quia de causa probabili abfuerit, deliberare debet Prætor, an ei subueniri debeat: (puta studiorũ causa) forte ꝓcuratore defuncto, ne decipiatur ꝑ iustissimã absentiæ causam. Concordat l.26.§. item inquit.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.causa 22. Altera propositæ causæ exceptio est: Nisi propter relegationẽ abfuit. Hæc exceptio approbatur, simul et distinguitur d.l.26.§.1. his uerbis: Aduersus relegatũ restitutionẽ faciendã ex generali clausula, Pomponius ait. Sed non & ipsi cõcedẽdã: qa potuit ꝓcuratorem relinquere. Ex causa tamẽ puto etiã ipsi succurrendũ. Concordat l. 20. in prin.ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide s̄. cap.prox.quæst.4.causa 12.exc.4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi causa cognita iudici aliter uidebitur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Ex causa tamen puto etiam ipsi succurrendũ. Concordat l.40.ff.ex quib.causis maior.his uerbis: Quod eo tempore, quo in insula qs fuit ex pœna ei irrogata, cuius restitutionẽ à Principe impetrauit, ab alio usurpatũ ex bonis q̃ non adẽpta erant, ꝓbatũ fuerit: suæ causæ restituendum est. Tertia exceptio est: Nisi absens procuratorem habuit. Hæc exceptio approbatur l.19.ff.ex quibus causis maiores, his uerbis: Is qui reipub.causa abfuturus erat, si procuratorem reliquerit, per quẽ defendi potuit: in integrum uolens restitui non audietur. Concordat l.8 ff.de integr.restitut. cuius uerba uide s̄.cap.4.quæst.4.except.gener.20. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi procurator fuerit defunctus. Quæ replicatio approbatur l.28.in prin.ff.ex quib.causis maior. cuius uerba uide s̄.except.2.repl.3. Altera replicatio est: Nisi absens legatione pro ciuitate fungatur: hic enim quamuis habuerit procuratorem præsentem, nihilominus restituitur. Quæ replicatio approbatur l.26.§.item inquit.ibi: & sæpissimè.ff.eod tt.cuius uerba uide J.causa 22. Tertia replicatio est: Nisi absens in hostium sit potestate: huic enim quamuis curator bonis sit constitutus, nihilominus reuersus potest petere in integrũ restitutionẽ. Quæ replicatio approbatur l.15.in prin.ibi: ego autẽ.ff.d.tt.cuius uerba uide J.causa 11.in prin. Quarta exceptio est: Nisi absens procuratorẽ dare potuit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.26.§.1.ff.ex quib.causis maiores.cuius uerba uide s̄.exc.2. Quinta exceptio est: Nisi causa absentiæ fuerit finita. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.38.§.tamdiu.ff.d.tt.his uerbis: Tamdiu reipub.causa abesse quis uidebitur, quamdiu officio alicui præest. Quòd si finitum fuerit officiũ, iam desinit abesse reipub.causa. Sed ad reuertendum illi tempora cõputabimus statim atque desijt reipub.caussa abesse, quibus reuerti in urbem potuit: & erit moderatum tempora ei dare, quæ lex reuertentibus præstitit. Quare si quid excesserit rei suæ caussa, non dubitabimus id tempus ei non proficere: habitaque dinumeratione temporis quo reuerti debuit, statim eũ dicemus desijsse reipub.caussa abesse. Planè si infirmitate impeditus, continuare iter non potuit: habebitur ratio humanitatis, sicuti haberi solet & hyemis, & nauigationis, & cæterorum quæ casu contingunt. Cõcordat l.4.ff.eod.tt.his uerbis: Hoc capite adiuuantur hi qui reipub.caussa sine dolo malo abfuissent. Dolum malum eò pertinere accepi, ut qui reuerti posset, neque reuerteretur: in eo quod per id tẽpus aduersus eum factum esset, non adiuuetur. Veluti si alterius grandis commodi captandi gratia id egerit, ut reipub.causa abesset, reuocetur ab isto priuilegio. Concordat item l.37.ff.eod.tt. his uerbis: Hi qui in ꝓuincia sua ultra tẽpus à constitutionibus concessum adsident, ex publica causa abesse non intelliguntur. Huius exceptionis replicatio prima est, quoad tempus itineris huc illuc proficiscendi. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.38.s̄.propositis hisce: Sed ad reuertendum illi tempora cõputabimus, &c. Concordat l.32.ff.eod.tt.his uerbis: Abesse reipub.caussa intelligitur & is qui ab urbe ꝓfectus est, licet nondum prouinciam excesserit. Sed & is qui excessit, donec in urbem reuertatur. Et hoc etiam ad proconsules legatosq; eorum, & ad eos qui prouincijs præsunt, procuratoresue principum q in prouincijs tenentur, pertinet: & ad tribunos militum, & præfectos, & comites legatorum, qui ad ærarium, aut in commentarium principis relati sunt. Cõcordat itẽ l.35.§.similiter, cum sequentib.ff.eod tt. cuius uerba uide J. caussa 3.in prin. Altera replicatio est, quoad tempus quo ob ualetudinem uel tempestatem reuerti non potest. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.38.s̄.propositis hisce: Planè si infirmitate impeditus, &c. Sexta exceptio est: Nisi aduersarius quoq; reipub. uel ex alia simili causa abfuerit. Hæc exceptio reprobatur l.ult.ff.ex quib.causis maior.his uerbis: Qui reipub. caussa abfuit, etiam aduersus eũ qui pariter reipub.causa abfuit, restituẽdus est, si aliquid damni iustè queritur. Septima exceptio est: Nisi idem damnum & præsens erat passurus: Hæc exceptio approbatur l.44.ff.d.tt.his uerbis: Is qui reipub. caussa abest, in aliqua re læsus non restituitur, in qua etiamsi reipub.caussa non abfuisset, damnum erat passurus. Octaua exceptio est: Nisi non de damno uitando, sed de lucro captando absens agat. Hæc exceptio approbatur l.18.ff.d.tt.his uerbis: Sciendum est, quòd in ijs casibus restitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat persequendæ gratia queruntur: non cum & lucri faciendi caussa ex alterius pœna uel damno, auxiliũ sibi impertiri desiderant.

fiderāt Hui⁹ exceptiōis replicatio hæc eſt: Niſi ſine alterius dāno abſens lucrari potuit. Quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce: Ex alterius pœna uel damno. Concordat l.27.ff.eod.tt.his uerbis: Siue quid amiſerit, ſiue lucratus non ſit, reſtitutio facienda eſt, etiamſi non ex bonis quid amiſſum ſit. Huius exemplum proponitur l.17.§. cum quoq;.ff.d.tt. cuius uerba uide ſ. ead.cauſſa, exemplo 7. Aliud exemplum uide ead.cauſa, exemplo 6. Nona exceptio eſt: Niſi à defuncto geſtum ſit, cui abſens ſucceſſit. Hæc exceptio approbatur l.7.C. de reſtitut. militum, his uerbis: Quæ à patre geruntur, non decet pro diſciplina militari à filijs ad irritum reuocari: præſertim cum nec patrem tuum in rebus humanis agentem adfirmes conqueſtum fuiſſe ſuper huiuſmodi contractu. Decima exceptio eſt: Niſi cum potuiſſet abſens, uel antequam abiret, uel reuerſus, interrumpere uſucapionem uel præſcriptionem, id facere neglexit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.15.§.fin.cum lege ſequente.ff.ex quibus cauſis maiores, his uerbis: Quod ſimpliciter Prætor edixit, Poſteaue: ita accipiendum eſt, ut ſi inchoata ſit bonæ fidei poſſeſſoris detentio ante abſentiam, finita autem eo reuerſo: reſtitutionis auxilium locum habeat, non quandocunq;: ſed ita demum, ſi intra modicum tēpus, quàm redijt, hoc contingat: id eſt, dum hoſpitium quis conducit, ſarcinulas cōponit, quærit aduocatum. Nam eum qui differt reſtitutionē, non eſſe audiendum, Neratius ſcribit. Nō enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis. Totumq; illud arbitrio Prætoris temperabitur: id eſt, ut ita demum reſtituat, ſi non negligentia, ſed temporis anguſtia non potuerunt litē conteſtari. Hæc de prima cauſſa, eaq; generali in integrum reſtitutionis maiorum. Huius cauſſæ nunc aliquot ſpecies ſequuntur.

I I. Cauſſa: Si eius qui metus cauſſa abeſt, ius læſum ſit. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti ſ.eod. cap.in prin.propoſitis hiſce: Si cuius quid de bonis deminutum erit, cum is metu, &c. Concordat l.2. in fine.ff.ex quib. cauſis maiores, his uerbis: Hoc capite adiuuantur in primis hi qui metus cauſa abfuiſſent: ſcilicet ſi non ſuperuacuo timore deterriti abfuiſſent. Declaratur hæc cauſa l.3.ff.eod.tt.his uerbis: Metus cauſa abeſſe uidetur, q iuſto timore mortis, uel cruciatus corporis conterritus abeſt: & hoc ex affectu eius intelligitur. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi meticuloſus rē nullā fruſtra metuerit. Hæc exceptio ap.pbatur uerbis d.l.2.iā propoſitis hiſce: Scilicet ſi nō ſuperuacuo timore deterriti abfuiſſent. Concordat d.l.3.in fine, his uerbis: Non ſufficit quolibet terrore adductum timuiſſe, ſed huius rei diſquiſitio iudicis eſt. Altera exceptio eſt: Niſi dolo malo metus cauſa abſit. Hæc exceptio approbatur l.5.ff. d.tt. his uerbis: Adiectio doli mali ad reipub. cauſſa abſentes refertur, non ad eum qui metus cauſa abeſſet: quoniam nullus metus eſt, ſi dolus intercedit. Reliquas exceptiones uide ſ. cauſa prox.

I I I. Cauſa: Si eius qui reipub. cauſſa abfuit, ius læſum ſit. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti ſ.eod. cap.in prin.propoſitis hiſce: Aut ſine dolo reipub. cauſſa abeſſet. Concordat l.182.ff.de reg. iuris, his uerbis: Abſentis eius qui reipub. cauſa abeſt, neq; ei, neq; alij damnoſa eſſe debet. Concordat item l.2.C. de reſtitut. militum. cuius uerba uide j.quæſt.7.reg.1. Sanè qui reipub. cauſſa dicantur uel non dicantur abeſſe, definitur l.32.ibi: & hoc etiam.ff.ex quibus cauſis maiores. cuius uerba uide ſ. cauſa 1.except.5.repl.2. Concordat l.31.ff.eod.tt. his uerbis: Eos qui notis ſcribunt acta præſidum, reipub. cauſa non abeſſe certum eſt. Militum medici (quoniam officium quod gerunt, & publicè prodeſt, & fraudem eis adferre non debet) reſtitutionis auxilium implorare poſſunt. Item concordat l.34.in fine.ff.eod.tt.his uerbis: Qui operas in publicum, quod uectigalium cauſſa locatum eſt, dat: reipub. cauſa non abeſt. Concordat item l.35.ff.eod.tt.his uerbis: Qui mittuntur ut milites ducerent, aut reducerent, aut legēdi curam gererent: reipub. cauſa abſunt. hi quoq; qui miſsi ſunt ad gratulandū Principi. Item procurator Cæſaris, non ſolùm cui rerum prouinciæ cuiuſq; procuratio mādata erat: ſed & is cui rerum, quamuis non omnium. Itaq; plures ibi procuratores diuerſarum rerum reipub. cauſſa abeſſe intelliguntur. Præfectus quoque Aegypti reipub. cauſſa abeſt, quiue aliam ob cauſſam reipub. gratia extra urbē abierit. Sed & in urbanicis militibus idem diuus Pius conſtituit. Quæſitū eſt & de eo qui ad compeſcēdos malos homines miſſus eſt, an reipub. cauſa abeſſet? Et placuit, reipub. cauſſa eum abeſſe. Item paganum qui in expeditionem conſulari iuſſu tranſierat, ibiq; in acie ceciderat: hæredi enim eius ſuccurrēdū eſt. Qui reipub. cauſſa Romam profectus eſt, abeſſe reipub. cauſſa uidetur. Sed & ſi extra patriam ſuam reipub. cauſſa profectus ſit, etiamſi per urbē ei iter competit: reipub. cauſſa abeſt. Similiter qui in prouincia eſt, ut primùm aut domo ſua profectus eſt: aut cum in eadem prouincia degit, reipub. adminiſtrandæ cauſſa: ſimulatq; agere rēpub. cœpit, ad ſimilitudinē abſentis habetur. Et dū eat in caſtra, ac redeat miles, reipub. cauſſa abeſt: quòd & eundum ſit in caſtra militaturo, & redeundum. Viuianus ſcribit, Proculum reſpondiſſe, militem qui cum commeatu abſit, dū domū uadit, aut redit, reipub. cauſſa abeſſe:

dò domi ſit, nõ abeſſe. Cõcordat itẽ l. penult ff. eod.tt. his uerbis: Milites omnes, qui diſcedere à ſignis ſine periculo non poſſunt, reipub. cauſſa abeſſe intelliguntur. De mulieribus comitantib. maritos ſuos reipub. cauſſa abſentes, proponitur l. 1. C. de uxorib. militum, his uerbis: Tẽporalibus actionibus excluſis mulieribus, quæ cum maritis reipub. cauſa abſentibus peregrinatæ ſunt, ad exemplum militũ ſubueniri ſolere, non eſt incognitum. Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis: Ei quæ diutiſsimè fuit cum marito, qui militiæ operã daret, non officit præſcriptio longi temporis. Sed quia huiuſmodi diutinæ abſentiæ cõmenta callidè adhibita atq; compoſita obeſſe omnino non debent: decernimus, ut ſi talis mulier domum ad ſe pertinere monſtrauerit, quæ in abſentia eius uendita eſt: refuſo pretio quod reuera ſolutum eſt, eandem recipiat. Planè propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dolo malo reipub. cauſa abſuerit. Quæ exceptio approbatur uerbis edicti s̄. propoſitis hiſce: Aut ſine dolo reipub. cauſa abeſſet. Declaratur hæc exceptio exemplis l. 4. ff. ex quib. cauſis maior. cuius uerba uide s̄. cauſa 1. except. 5. Alia exempla proponũtur l. 5. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. prox. Secunda exceptio eſt: Niſi data opera adfectauerit, uel ſui lucri aut litis gratia reipub. cauſſa abfuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 5. in prin. his uerbis: Dolum malum eò pertinere accepimus, ut qui data opera & ſine lucro hoc adfectauerit, uel qui maturius profectus eſt, uel litis gratia cœpit reipub. cauſa abeſſe: reuocetur ab iſto priuilegio. Concordat l. 14. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. prox. Item concordat l. 42. ff. eod. tt. his uerbis: Non uerè dicitur reipub. cauſa abeſſe, q ſui priuati negocij cauſa in legatione eſt. Tertia exceptio eſt: Niſi ſponte, nõ coactus reipub. cauſſa abfuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 34. his uerbis: Reipub. cauſa abeſſe eos ſolos intelligimus, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt. Concordat l. 26. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cauſa 2. except. 1. in prin. Quarta exceptio eſt: Niſi maturius ſit profectus. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 5. in prin. paulo ſuperius propoſitis hiſce: Vel qui maturius profectus eſt. Quinta exceptio uidetur: Niſi nondum Italiam exceſſerit, uel prouinciã egreſſus ſit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt s̄. cauſa 1. except. 5. repl. 1. Concordat l. 7. ff. de legationibus. cuius uerba uide s̄. lib. 5. cap. 2. quæſt. 1. exc. 15. repl. 5. dupl. 1. tripl. 7. Sexta exceptio eſt: Niſi præſens, nõ abſens reipub. operam dederit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. in fine, cum duabus legibus ſequentib. ff. ex quib. cauſis maiores, his uerbis: Qui Romæ reipub. operam dant, reipub. cauſa non abſunt: ut ſunt magiſtratus. Milites planè, qui Romæ militant, pro reipub. cauſa abſentib. habẽtur. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi miles præſens in militia degat. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Milites planè, &c. Cõcordat l. 15. §. ſed & in urbanicis. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. ead. cauſſa, in prin. Altera replicatio eſt: Niſi adſeſſor præſens adſideat. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 18. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Si cui in prouincia ſua princeps adſidere ſpeciali beneficio permiſerit: puto eum reipub. cauſa abeſſe. Quòd ſi non ex permiſsione hoc fecerit: conſequenter dicemus, cum crimen admiſit, non habere eum priuilegia eorũ qui reipub. cauſa abſunt. Septima exceptio eſt: Niſi cõtra leges & iuris formam reipub. det operam. Hæc exceptio approbatur exemplo d. l. 3e. in prin. uerbis iam propoſitis hiſce: Quòd ſi non ex permiſsione, &c. Octaua exceptio eſt: Niſi ſeruus reipub. cauſa abſit. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. de reg. iuris, his uerbis: Seruus reipub. cauſa abeſſe non poteſt. Reliquas propoſitæ cauſæ exceptiones uide s̄. cauſa 1.

IIII. Cauſa: Si abſentis militis ius ſit læſum. Hæc cauſa ſpecies eſt proximè præcedẽtis cauſæ, & ſpecialiter approbatur l. penult. ff. ex quib. cauſis maiores. cuius uerba uide s̄. cauſ. prox. in prin. Cõcordat l. 1. cum legib ſequentib. C. de tẽpor. in integr. reſtitut. quarũ uerba uide s̄. cap. 1. quæſt. 5. reg. 1. exc. 1. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi miles in cõmeatu agat. Hæc exceptio approbatur l. 34. in prin. ff. ex quibus cauſis maiores, his uerbis: Miles cõmeatu accepto, ſi domi ſuæ eſt, reipub. cauſa abeſſe nõ uidetur. Cõcordat l. 1. ff de re militari, his uerbis: Miles q in cõmeatu agit, non uidetur reipub. cauſſa abeſſe. Huiꝰ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quoad illud tẽpus, quo domũ uadit ac redit. Quæ replicatio approbatur l. 15. §. fin. ff. ex quib. cauſis maiores. cuius uerba uide s̄. cauſſa prox. in prin. Altera exceptio eſt: Niſi citra expeditionẽ degat miles. Hæc exceptio approbatur l. ult. C. de reſtitut. militũ, his uerbis: Sancimus, ijs ſolis q in expeditionib. occupati ſunt, ea tantũmodo tẽpora, q̃ in eadẽ expeditione percurrunt, tã in exceptionib. declinãdis, q̃ in petẽdis in integrum reſtitutionibus, eis opitulari: illis temporibus, per quæ citra expeditionis neceſsitatem in alijs locis, uel in ſuis ædibus degunt, minimè eos ad uindicanda memorata priuilegia adiuuantibus. Huius exceptionis replicationes uide s̄. cauſſa 1. exceptione 5. Sed & plures propoſitæ cauſſæ exceptiones uide s̄. cauſſa prox. itẽ d. cauſſa 2.

V. Cauſſa: Si eius qui legationis nomine abeſt, ius ſit læſum. Hæc cauſa approbatur l. 8. ff. ex quibus cauſis maiores, his uerbis: Legatis quoque municipiorũ ſuccurritur ex principũ Marci & Cõmodi cõſtitutione. Cõcordat l. 16. §. item ait Prætor. ibi: utputa legat. ff. eod. tt. cuius uerba uide J.

*de ʒ. caussa 22. Item concordat l.1. C.quib. ex caußis maiores.cuius uerba uide ȣ.caussa 2.exemplo 2. Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi sponte, nõ coactus legatione sit functus. Hæc exceptio approbatur l.14. ff.de legationib.his uerbis:* Qui liber à legatione abest, non uidetur reipub. caussa abesse: hic enim non publici commodi caussa, sed sui abest. *Altera exceptio est: Nisi non publici, sed sui commodi caussa legatione fungatur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Hic enim nõ publici, &c. *Concordat l.42.ff. ex quib. caußis maiores.cuius uerba uide ȣ. caussa 3. except.2. Reliquas exceptiones uide ȣ.caussa 1 & 3.*

VI. *Caussa: Si eius qui in uinculis est, aut in custodia, ius læsum sit. Hæc caussa approbatur uerbis edicti ȣ.eod.cap.in prin. propositis hisce:* Siue in uinculis, seruitute, hostiumue potestate, &c. *Cõcordat l.9.cum lege sequente.ff.ex quib.caußis maiores, his uerbis:* Succurritur etiam ei qui in uinculis fuisset. Quod non solùm ad eũ pertinet, qui publica custodia coercetur: sed ad eum quoq;, qui à latronibus, aut prædonibus, uel potentioribus ui oppressus, uinculis coerceatur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur. Nam etiam inclusos (ueluti latumijs) uinctorũ numero haberi placet: quia nihil intersit, parietibus an cõpedibus teneatur. Custodiam autem solã publicã accipi, Labeo putat In eadẽ caussa sunt, & qui à militibus, statoribusq;, uel à municipalibus ministerijs adseruantur: si probentur rei suæ superesse non potuisse. *Concordat itẽ l.2. C.quibus ex caußis maiores, his uerbis:* Si idcirco apud arbitrum præsentiam tui facere non potuisti, quòd sub custodia militari iussu præsidis detinebaris, idq; in ueritate esse præsidi prouinciæ probaueris: accipies caussæ instaurationem.

VII. *Caussa: Si eius qui sine dedecore in publico apparere non potest, ius sit læsum. Hæc caussa approbatur l.10.in fine.ff.ex quib.caußis maiores, his uerbis:* In uinculis etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, ut sine dedecore non possint in publico apparere.

VIII. *Caussa: Si eius qui sub fideiussorum datione abest, ius læsum sit. Hæc caussa approbatur l.28.§.1. ff.d.tt his uerbis:* Si quis nec in custodia, nec in uinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione, & dum propter hoc, quòd recedere non potest, captus sit: & restituetur, & aduersus eum dabitur restitutio.

IX. *Caussa: Si eius qui in seruitute fuit, ius sit læsum. Hæc caussa approbatur uerbis edicti ȣ. eod.cap. in prin propositis hisce:* Siue in uinculis, seruitute, &c. *Cõcordat l.11 ff.ex quib.caußis maiores, his uerbis:* Ei quoq; succurritur, qui in seruitute fuerit: siue bona fide seruiat homo liber, siue detentus. *Huius caussæ exceptio prima, sumpta ex caussa & modo seruitutis, reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Siue bona fide seruiat homo liber, siue detentus. *Altera exceptio est: Nisi de statu suo litiget. Hæc exceptio approbatur l. 12.ff.d.tt.his uerbis:* Is qui de statu suo litigat, ex quo lis inchoata est, hoc edicto non cõtinetur. tam diu igitur in seruitute esse uidebitur, quamdiu non est eiusmodi lis cœpta. *Tertia exceptio est: Nisi seruus, non liber, cum in seruitute fuit, damnum aliquod passus sit. Hæc exceptio approbatur l.13.ff.d.tt.his uerbis:* Rectè Labeo ait, Eum non contineri, qui liber & hæres institutus est, antequã sit hæres: quia nec bona habet, & Prætor de liberis loquitur hominibus. puto tamen filiumfamiliâs in castrensi peculio pertinere ad hoc edictum.

X. *Caussa: Si filij, cum fuit in patris potestate, ius sit læsum in peculio castrensi. Hæc caussa approbatur uerbis iam propositis hisce:* Puto tamen filiumfamiliâs in castrensi peculio pertinere ad hoc edictum.

XI. *Caussa. Si eius qui apud hostes fuit, ius sit læsum. Hæc caussa approbatur uerbis edicti ȣ. eod. cap. in prin. propositis hisce:* Hostiumue potestate esset, &c. *Cõcordat l 14.ff.ex quib.caußis maior.his uerbis:* Item ei succurritur, qui in hostiũ potestate fuit, id est ab hostibus captus. Nam transfugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus negatum est postliminium. Poterunt tamen qui in hostium potestate essent, & illa parte edicti cõtineri, quæ loquitur de his qui in seruitute fuerint. *Concordat l.15.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Ab hostib. captis postliminio reuersis succurritur, aut ibi mortuis: quia nec prócuratorẽ habere possunt, cùm alijs suprascriptis per procuratorem possit subueniri: præter eos qui in seruitute detinentur. Vlpianus. Ego autẽ etiã nomine eius qui in hostium potestate est, si curator (ut plerunq;) fuerit bonis cõstitutus, auxilium competere existimo. *Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi ad hostes transfugit. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.14.iam propositis hisce:* Nam transfugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus negatum est postliminium. *Altera exceptio uidetur: Nisi apud hostes mortuus sit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis d.l.15. in prin. iam propositis hisce:* Aut ibi mortuis, &c. *Tertia exceptio uidetur: Nisi curator bonis captiui fuerit constitutus. Sed & hæc exceptio reprobatur uerbis d.l.15. in prin.iam propositis hisce:* Ego autem etiam, &c. *De qua re uide ȣ. quoq; caussa 2. exception.3. repl.3. Quarta exceptio uidetur: Nisi non ab hostibus captus, sed apud eos natus sit. Sed & hæc exceptio reprobatur d.l.15.§.non minus, his uerbis:* Non minus ab hostib. capto, quàm ibi nato, qui postliminium habet, succursum uidetur. *Quinta exceptio est: Nisi cum rem alienam usucapere quis cœpisset, ab hostibus captus sit, & ita usucapio*

*interrupta. hoc enim casu ab hostibus reuersus non restituitur aduersus illam interruptionem. quæ exceptio approbatur l.19.§.fin.cum lege sequente.ff.ex quib. caussis maiores,his uerbis:* Si emptor, priusquã per usum sibi adquireret,ab hostib. captus sit: placet interruptam possessionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non cõstitit. Possessio autem plurimum facti habet: caussa uerò facti non cõtinetur postliminio. Nec utilem actionem tribui ei oportet: cum sit iniquissimũ, auferre dominium quod usus non abstulit. nec enim intelligitur amissum, quod ablatũ alteri nõ est. *Concordat l.23.§.is autem.ff. eod.tt.cuius uerba uide s.lib.22.cap.2. except.6.in prin. Sexta exceptio est: Nisi possessio per captiuitatem sit amissa. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.23.§.item ei, his uerbis:* Ei qui per captiuitatem fundi possessionẽ, uel ususfructus quasi possessionẽ amisit: succurrendum esse, Papinianus ait. Et fructus quoq; medio tempore ab alio ex usufructu perceptos, debere captiuo restitui, æquum putat. *Reliquas exceptiones uide s. caussa 1.*

XII. *Caussa: Si propter absentiam aduersarij, ius alicuius læsum sit. Hæc caussa approbatur uerbis edicti s. eod. cap. in prin. propositis hisce:* Item si quis quid usu fecisse suum, aut quod nõ utẽdo amissum sit, cõsecutus esse, actioneue qua solutus ob id quòd dies eius exierat, cum absens non defenderetur, inue uinculis esset, secumue agẽdi potestatẽ non faceret, &c. *Concordat l.1.in prin.ff.ex quib.caussis maiores, uerbis s.quæst.2.propositis hisce:* Nec nõ & aduersus eos, qui uel absentes reipub.caussa fuerant, uel apud hostes detenti, succurritur, &c. *Cõcordat itẽ l.21.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Itẽ (ait prætor) si quis quid usu suũ fecisse, aut quod non utẽdo amissum sit, cõsecutus esse: actioneue qua solutus ob id, quòd dies eius exierit, cum absens nõ defenderetur. Quam clausulam Prętor inseruit, ut quẽadmodum succurrit supradictis personis, ne capiãtur: ita & aduersus ipsas succurrat, ne capiant. Et erit notandũ, quòd plus prætor expressit, cum aduersus eos restituit, quàm cùm ipsis subuenit. Nã hic non certas personas enumerauit, aduersus quas subueniat, ut suprà: sed adiecit clausulã, qua omnes qui absentes nõ defendũtur, cõplexus est. *Concordat item d.l.21.§.hæc autem, in fine.cuius uerba uide j.except.6. Concordat item l.22.in fine.ff eod. tt his uerbis:* Sicut damno absentes Prætor adfici nõ uult, ita lucrũ facere non patitur. *Item concordat Inst.de actionib.§. rursus ex diuerso, his uerbis:* Si quis cum reipub.caussa abesset, uel in hostium, &c. *Item concordat l.182. ff.de reg iuris.cuius uerba uide s.caussa 3.in princip. Huius caussæ exceptio prima, sumpta ex caussa absentiæ, reprobatur uerbis d.l. 21. iam propositis hisce:* Et erit notandum, quòd plus prætor, &c. *Altera exceptio est: Nisi Romæ fuerit aduersarius. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.28.§.si cum in prouincia.ff.ex quib. caussis maiores, his uerbis:* Si cum in prouincia domicilium haberes, esses autem in urbe: an mihi annus cedat, quasi experiundi potestatem habeam? Et ait Labeo, non cedere. Vlpianus. Ego autem puto hoc ita uerum, si ius reuocandi domum aduersarius habuit: si minus, uideri esse experiundi potestatem: quia & Romę contestari litem potuit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi aduersarius domum reuocandi ius habuit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Ego autem puto, &c. *Ex quibus autem caussis domum reuocandi ius habeat, uide s.lib.5.cap.2. except.15.repl.5.dupl.2. cum sequentib. Tertia exceptio est, quòd non totius temporis, quod lege ad præscribendum constituitur, restitutio fiat, sed eius tantùm quod superfuit, cum aduersarius cœpit abesse. quæ exceptio approbatur l.26.§. quoties. ff. d.tt. his uerbis:* Quoties per absentiam quis non toto tempore aliquem exclusit (ut puta rem tuam possedi uno minus die, statuto in usucapionibus tempore) deinde reipublicæ caussa abesse cœpi: restitutio unius diei aduersus me facienda est. *Quarta exceptio uidetur: Nisi & læsus absuit. Sed hæc exceptio reprobatur l.ult.ff.ex quibus caussis maiores. cuius uerba uide s. caussa 1. exception.6. Quinta exceptio uidetur: Nisi sine dolo malo aduersarius abfuit. Et hæc exceptio reprobatur l.30.§.si is qui, in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Licet sine dolo malo ab fuerit, & usuceperit: lucro eius occurri oportet. *Sexta exceptio est: Nisi per subiectas sibi personas, easq; præsentes, non per se adquisiuit absent. Hæc exceptio reprobatur l.21.§. hæc autem. ff.d.tt.his uerbis:* Hæc restitutio locum habet, siue per se, siue per subiectas sibi personas usu adquisierint, qui absentes non defendebantur: & id si nemo eorum extat defensor. Nam si fuit procurator, cum habueris quem conuenias, non debet inquietari. Cæterùm si non existebat defensor, æquissimum erit subueniri: eo potius, quòd qui non defenduntur (siquidem latitent) Prætor pollicetur ex edicto in bona eorum mittere: ut si res exegerit, etiam distrahantur. si uerò non latitet, licet non defendantur, in bona tantùm mitti. *Septima exceptio uidetur: Nisi absente defuncto, hæres eius præsens impleuerit usucapionem. Sed & hæc exceptio reprobatur l.10.in prin.ff. d.tt.his uerbis:* Cum miles qui usucapiebat, decesserit, & hæres impleuerit usucapionem: æquum est, rescindi quod postea usucaptum est; ut eadẽ in hæredibus

redibus qui in usucapionem succedunt, seruanda sint: quia possessio defuncti quasi coniuncta descendit ad hæredem, & plerũq; nõdũ hæreditate adita cõpletur. *Octaua exceptio est: Nisi absens defendebatur, uel procuratorem habuit. Hæc exceptio approbatur l.21.§.hæc autem.ibi: & id si nemo.ff ex quib.caussis maiores.cuius uerba uide paulo superius except.6. Huius exceptionis replicatio prima hæc uidetur: Nisi defensor se non ultrò obtulit. Hæc replicatio reprobatur d.l.21.§.defendi.cuius uerba uide j.except.prox. Altera replicatio est: Nisi defensor iudicatum solui non satisdet. Hæc replicatio approbatur d.l.21.§.fin. his uerbis:* Plena defensio accipietur, si & iudicium non detrectetur, & iudicatum solui satisdetur. *Nona exceptio est: Nisi læsus non interrogauerit amicos absentis, an defendere absentem uelint. Hæc exceptio approbatur l.22.ff.d.tt.his uerbis:* Sciendum est, non aliter hoc edictum locum habere, quàm si amici eius interrogati fuerint, an defendant: aut si nemo sit, qui interrogari potest. Ita enim absens defendi non uidetur, si actor ultrò interpellat, nec quisquam defensioni se offerat: eaque testatione complecti oportet. *Concordat d.§.defendi, his uerbis:* Defendi non is tantùm uidetur, cuius se defensor ingerit: sed & qui requisitus ab actore, non est defensioni defuturus. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi nemo sit, qui nomine absentis interrogari potuit. Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.22.iam propositis hisce:* Aut si nemo sit, qui interrogari potest. *Huius replicationis duplicatio est: Nisi contestatio non sit interposita: quæ duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Eaque testatione complecti oportet. *Decima exceptio adderur: Nisi absens rem usucaptam alienauit. sed hæc exceptio reprobatur l.30.§.si is qui.ff.ex quib.caussis maiores, his uerbis:* Si is qui reipub.caussa abfuit, usuceperit, & post usucapionem alienauerit rem: restitutio faciẽda erit. *Hæc de 12.caussa.*

XIII. *Caussa: Si propterea, quòd aduersarius in uinculis uel custodia fuerit, ius alicuius læsum sit. Hæc caussa approbatur uerbis edicti s̄.caussa prox. in princip. propositis hisce:* Inùe uinculis esset, &c. *Concordat l.23.in prin.ff.d.tt.his uerbis:* Ait Prætor, Inùe uinculis esset. hæc particula meritò adiecta est. fieri enim poterat, ut quis in uinculis præsens esset: uel in publica, uel in priuata uincula ductus. Nam & eum qui in uinculis est (si modò non sit in seruitute) posse usu adquirere, constat. Igitur & is qui in uinculis est, si defendatur: cessat restitutio. *Huius caussæ exceptio hæc est: Nisi aduersarius defendebatur quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Igitur & is, qui, &c. *Sed & plures exceptiones uide s̄.caussa proxima.*

XIIII. *Caussa: Si propter captiuitatem aduersarij ius alicuius læsum sit. Hæc caussa approbatur d.l.23.§.1.plane, his uerbis:* Hi qui fuerunt in potestate captiui, usu rem adquirere possunt ex re peculiari: & æquum erit, ex hac clausula præsentibus subueniri, si cum non defenderentur, usucaptum quid sit. Sed etsi dies actionis, quæ aduersus captiuum competebat, exierit: aduersus eum succurritur.

XV. *Caussa: Si propter relegationem aduersarij ius alicuius læsum sit. Hæc caussa approbatur l.26.§.1.ff.ex quib.caussis maiores.cuius uerba uide s̄.caussa 1.except.2.*

XVI. *Caussa: Si propter infantiam uel furorem aduersarij ius alicuius sit læsum, uel quia ciuitas sit. Hæc caussa approbatur l.22.§.fin.ff.d.tt.his uerbis:* Hoc edictũ etiam ad furiosos, & infantes, & ciuitates pertinere, Labeo ait. *Ait Iurisconsultus:* Hoc edictum. *Huius edicti uerba uide s̄.caussa 12.in prin.item s̄.eod.cap.in prin.*

XVII. *Caussa: Si propterea, quòd aduersarius secum agendi potestatem non faceret, alicuius ius sit læsum. Hæc caussa approbatur uerbis edicti s̄.eod.cap.in prin.propositis hisce:* Secumùe agendi potestatem non faceret, &c. *Concordat l.21.§.deinde adijcit, cum duab.legib sequẽtib.ff ex quib.caussis maiores, his uerbis:* Adijcit Prætor, Secũùe agẽdi potestatẽ non faceret: ut si dũ hoc faciat, per usum sit adquisitio impleta, uel quid ex suprascriptis contigerit: restitutio cõcedatur. meritò. nec enim sufficit semper in possessionẽ bonorũ eius mitti: quia interdũ species esse potest, ut in bonis latitantis mitti nõ possit, aut nõ latitet. Finge enim, dũ aduocationẽ postulat, diẽ exijsse: uel dũ alia mora iudicij cõtingit. Sed & ad eos pertinet, q cõuenti frustrãtur, & qualibet tergiuersatiõe & solertia efficiũt, ne cũ ipsis agi possit. Quod q̃dẽ simili modo ad eũ quoq; ptinere dicim9, q nõ frustrãdi gratia id faceret, sed q multitudine rerũ distingeretur.

XVIII. *Caussa: Si dum aduersariũ inuitum in ius uocare non licet, ius alicuius sit læsum. Hæc caussa approbatur uerbis edicti s̄.eod.cap.in prin.propositis hisce:* Aut cum eum inuitũ in ius uocare nõ liceret, neq; defenderetur, &c. *Cõcordat l.26.§.ait Prætor ff.ex quib.caussis maiores, his uerbis:* Ait Prætor, Aut cum eum inuitũ in ius uocare non liceret. hæc clausula ad eos pertinet, quos iure magistratus sine fraude in ius uocare non licet: ut cõsulem, prætorẽ, cæterosq; qui imperiũ potestatẽue quam habẽt. *Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi ij sint quos sine permissu prætoris in ius uocare non licet. quæ exceptio approbatur d.§.ait Prætor, his uerbis:* Sed nõ ad eos pertinet hoc edictũ, quos ptor prohibet sine pmissu suo in ius uocari: quoniã adiruo potuit permittere: patronos puta, & parẽtes. *Altera exceptio est: Nisi aduersarius defendebatur.*

*fendebatur. Hæc exceptio elicitur ex uerbis edicti ē. propositis bisce:* Neq; defendaretur. *Concordat d.l. 26. §. deinde adijcit, bis uerbis:* Deinde adijcit, Neq; defenderetur. quod ad omnes suprascriptos pertinet, præterquam ad eum qui absens quid usucepit: quoniam plenè de eo suprà cautum est.

XIX. *Caussa: Si dum per magistratum stat, alicuius ius sit læsum. Hæc caussa approbatur uerbis edicti ē. eod. cap. in prin. propositis bisce:* Siue cui per magistratus factum sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. *Concordat d.l. 26. §. ait Pretor, bis uerbis:* Ait Prætor, Siue cui par magistratus factū sine dolo malo ipsius actio exempta esse dicetur. hic quoq; , ut si par dilarionem iudicis effectum sit, ut actio eximatur, fiat restiturio. Sed etsi magistratus copia non fuit, Labeo sit restitutioné faciendam. Per magistratus autem factum, ita accipiandū est, si ius non dixit. alioquin si caussa cognita denegauit actionem, restiturio cessat. Et ita Seruio uidatur. Item magistratus factum uidetur, si per gratiam aut sordes magistratus ius non dixerit. quo casu & hæc pars locum habebit, nec non & superior: Secumúe agendi potestatem nō faceret. Nam id egit litigator, ne secū agatur, dum iudicem corrupit. Actio exempta, sic erit accipienda, si desijt agere posse. *Cōcordat item d. l. 26. in prin. bis uerbis:* Et si per prætorem statit, restitutio indulgebitur. *Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi magistratus caussa cognita denegauit actionem. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. ait Pretor, iam propositis bisce:* Per magistratus autem factum, ita accipiandum est, &c. *Altera exceptio est: Nisi dolo malo actoris interueniente, per magistratū stetit. quæ exceptio approbatur d.l. 26. §. & adijcitur, bis uerbis:* Adijcitur, Sine dolo malo ipsius. uidelicet ut si dolus eius interueniat, nec ei succurratur. Ipsis enim delinquenribus Prętor non subuenit. Proinde si dum uult apud sequétem Prętorem agere, tempus frustratus est: non ai subuenietur. Sed etsi dum decreto Prætoris non obtemperat, iurisdictioné ei denegauit: non esse aum restituturū, Labeo scribit. Idemq; si ex alis iusta caussa nō fuarit ab eo auditus. *Tertia exceptio est: Nisi propter ferias magistratus copiam sui non fecit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l. 26. §. si feriæ, bis uerbis:* Si feriæ extra ordinam sint indictæ (ob res puta prosperè gestas, uel in honorem principis) & propterea magistratus ius non dixerit. Caius Cassius nominatim se dicebat restituturū: quia per prætoré uideretur factum. Solenniū enim feriarū rationem haberi non dabere: quia prospicere eas potuerit & debuerit actor, ne in eas incideret. Quod uerius est. Et ita Celsus libro secundo Digestorū scribit. Sed cum ferię tépus eximunt: restitutio dūtaxat ipsorū dierum facienda est, non totius téporis. Et ita Iol. lib. IIII. Digestor. scribit. Ait enim, rescissionem usucapionis ita faciendā, ut hi dies restituantur, quibus actor agere uoluit, & interuentu feriatum impeditus est. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi feriæ fuerint extra ordinem indictæ. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis bisce:* Si feriæ extra ordinem sint indictæ, &c. *Quarta exceptio est, quoad illud tempus, quo magistratus sui copiā fecit. hoc enim actori restituendum non est. quæ exceptio approbatur exemplo feriarum, uerbis iam propositis bisce:* Sed cum feriæ tempus eximunt: restitutio duntaxat ipsorum dierum, &c.

XX. *Caussa: Si respub. in aliquo negocio læsa sit. Hæc caussa approbatur l. 4. C. quib. ex caussis maiores, bis uerbis:* Respublica minorum iure uti solet: ideoq; auxiliū restitutionis implorare potest. *Concordat l. 3. C. de iure reipub. bis uerbis:* Rempub. ut pupillam extra ordinem iuuari moris est.

XXI. *Caussa: Si fiscus in aliquo negocio læsus sit. Hæc caussa approbatur l. 13. in prin. ff. ex quib. caussis maiores, bis uerbis:* Intar eos qui ex generali clausula adiuuantur, & fisci patronus connumaratur.

XXII. *Caussa est clausula generalis: Si qua alia iusta caussa in integrū restituendi prætori uidebitur. quæ clausula proponitur uerbis edicti ē. eod. cap. in prin. propositis bisce:* Item si qua alia mihi iusta caussa esse uidebitur, in integrū restituā. *Ratio huius clausulæ & exempla proponūtur l. 26. §. item inquit. ff. d. tt. bis uerbis:* Itē (inquit Prætor) si qua alia mihi iusta caussa uidebitur, in integrum restituā. Hęc clausula edicto inserta necessaria est. multi enim casus interuenire poterūt, qui deferant restitutionis auxiliū, nec singulatim tamé enumerari potuerūt. Vnde quoties æquitas restitutioné suggerit, ad hanc clausulam erit descendendū. Vt puta legatione quis ꝑ ciuitata functus est. ęquissimū est eū restitui, licet reipub. caussa nō absit: & sępissimè cōstitutū est, adiuuari eū debare, siue habuit procuratoré, siue nō. Idem puto, etsi testimonij caussa sit auocatus, &c. *Reliqua uerba uide ē. caussa 1. exc. 2. repl. 2. Cōcordat itē l. 28. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. exc. 1. repl. 3. Concordat itē l. 7. in prin. ff. de in integr. restit. bis uerbis:* Diuus Antoninus Marcio Auito Prętori da succurrédo ei qui absens rē amisarat, in hāc sentétiā rescripsit: Etsi nihil facilè mutādū est ex solénibus: tamé ubi ęquitas euidens poscit, subueniendū est. Itaq; si citatus non respondit, &c. *Reliqua uerba uide ē. lib. 8. cap. 1. quæst. 2. except. 27. repl. 1. Concordat itē d. l. 7. §. nec intra. cuius uerba uide ē. cap. 1. quæst. 10. regul. 2. Concordat item l. 3. C. quibus ex caussis maiores,*

iores, his uerbis: In contractibus qui bonæ fidei sunt, etiam maioribus officio iudicis caussa cognita publica iura subueniunt. Planè propositæ caussæ exceptio prima hæc est: Nisi non est euidens æquitas caussæ quæ exceptio approbatur uerbis d.l.7.iam propositis hisce: Vbi æquitas euideos poscit, subueniendum est. Concordant ea quæ proponuntur s̄. lib.1. cap.6. regul.1. Altera exceptio est: Nisi leges in integrum restitui prohibeant. Hæc exceptio approbatur uerbis edicti s̄.eod.cap.in prin.propositis hisce: Quod eius per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit. Concordat l.28. §. quod eius. ff. ex quib. caussis maiores, his uerbis: Quod eios (inquit Prætor) per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit. Quæ clausula noo illud pollicetur, restituturũ scilicet, si leges permittant: sod si leges non prohibeant. Hactenus caussæ in integrum restitutionis maiorum enumeratæ sunt: quarum tamen plures cum exceptione generali uide s̄.cap.1.quæst.1.

IIII. QVIBVS COMPETIT in intogrum restitutio?

I. Regula, De hæredibus restituendi, proponitur l. 1.C.de restitut. milit. his uerbis: Si Valerianus centurio cohortis duodecimæ Alpinorum antè uita decessit, quàm possessiooem acciperet: hæres eius ex persona defuncti restitutionis auxilium intra aonum utilem ita rectè implorabit, si Valerianus post exactos dies, quibus possessio bonorum defertur, io militia defunctus est. Concordat s̄. cap.1. quæst.2.reg.1.

II. Regula, De mulieribus & alijs, qui queue comitantur eos qui reipub.caussa absunt, uide s̄.quæstion. prox.caussa 3.in prin.

V. ADVERSVS QVOS IN INTEgrum restitutio competit?

I. Regula, De hæredibus, proponitur l.30.in prin. ff.ex quib.caussis maiores.cuius uerba uide s̄.quæst.3. caussa 12.except.7.

II. Regula, De possessore rei uel hæreditatis, proponitur l.17.in prin.ff. d.tt. his uerbis: Iulianos libro IIII. scribit, non solùm aduersus possessorem hæreditatis succurrendũ esse milili, uerùm aduorsus eos quoq;, qui à possessore emerunt: ut uindicari res possint, si miles hæreditatem agnouerit. quòd si non agnouerit: ex pòst facto usucapionem processisso manifestatur. Plura de regula proposita uide s̄.cap.prox.quæst.6.

III. Regula, De fideiussore eius aduersus quem restitutio competebat, proponitur l. 38.§. si quis pro.ff. de solutionib.cuius uerba uide s̄.lib.45. cap.1. quæst. 2.except.54 repl.5.

VI. QVID QVANTVMQVE REstitnendum in integrum?

I. Regula, De fructibus, proponitur l.23.§.fin.cum lege sequente.ff.ex quib. caussis maiores, his uerbis: In actione rescissoria, quæ aduersus militẽ competit, æquissimum esse Põponius ait, eius quoq; temporis, quo absens defensus non est, fructus eum præstare. Ergo & militi debebunt restitui, & utriq; actio erit: uidelicet ut ne cui officium publicum uel dãno uel cõpendio sit. Cõcordat l.23.§.itẽ ei qui, in fine. ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. quæst.3. caussa 11.exc.6.

II. Regula: Non totius temporis restitutio faciẽda, sed eius tantùm, quo agi nõ potuit, uel quod superfuit. quæ regula approbatur l.26.§.si feriæ.ibi: sed cum feriæ ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.quæst.3.caussa 19.exc.3. Cõcordat d.l.26.§.quoties.cuius uerba uide s̄.quæst.3. caussa 12.except.3. Concordat itẽ l.28.§. sed si omnes. ff eod.tt.cuius uerba uide s̄.quæst.prox.except.2.

VII. QVAMDIV IN INTEGRVM rastitutio peti potest?

Iure antiquo intra annum competebat. quæ regula approbatur uerbis edicti s̄.eod.cap.in prin. propositis hisce: Earum retum actionem intra annum, quo primùm de ea re experiundi potestas erit. Concordat l.34. §. honorariæ, in fine. ff.de action.& obligat.his uerbis: Cùm rescissa usucapione actio redditur, anno finitur: quia contra ius ciuile datur. Concordat item l.2. C.de restitut.militum, his uerbis: Quod tempore militiæ do bonis alicuius possessum ab aliquo est: posteaquam is reipub.caussa abesse desijt, intra annum utilẽ, amota præscriptiono temporis medij, possessionem uindicare permissum est. Vltrà autem ius possessoris lædere contra eum institutum non oportet. Concordat l.3. C.eod.tt.his uerbis: Si quid de bonis eorum qui reipub. caussa absentes sunt, deminutũ est, actioneue qua competente eis aliquis liberatus fuit: in integrum restitutio porpetua iurisdictione intra annum utilem permittitur.

Mutatio iuris.

Planè iure nouo pro anno quadriennium datur, l. 7. C. de temp. in integr. restitut. cuius uerba uide s̄. cap.1.quæst.5.in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum res usucapta esset ab absente, prior dominus possessionem eius postea acceperit, rursumq; amiserit. hoc enim casu perpetua est actio. quæ exceptio approbatur l.31.ff. ex quib. caussis maiores, his uerbis: Si is cuius rẽ usuceperit roipub.caussa absens, possessionẽ suæ rei ab illo usucaptę nactus sit: etsi postea amiserit, non temporalem, sed perpetuam habet actionem. Altera exceptio est: Nisi intra quadriennium experiundi potestatem non habuerit. Hæc exceptio approbatur uerbis edicti s̄.propositis hisce: Quo primùm de ea ro oxperiundi potestas erit. Concordat l. 38. §. si quis sæpius. ff. d. tt. his uerbis: Si quis sæpios reipub. caussa abfuit, ex nouissimo reditu tempus restitutionis esse ei computandum, Labeo putat. Sed si omnes

omnes quidem absentiæ annum colligāt, singulæ minus anno: utrum annum ei damus ad restitutionem, an uerò tantum temporis, quantum nouissima eius absentia occupauit, uidendum? Et puto annum dādum. *Tertia exceptio est, Quòd quamuis in reuersum post tempus in integrum restitutio nō detur: datur tamen aduersus fideiussorem eius, acceptū postquam reus fuit reuersus. quæ exceptio approbatur l. 38. §. si quis pro. ff. de solutionib. cuius uerba uide ā. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 54. repl. 5. Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus uide ā. cap. 1. quæstion. 5.*

VIII. ADFINIA REmedia.

I. Regula: *Etiam in bona absentis fit mißio. quæ regula approbatur l. 21. §. cæterùm si non. ff. ex quibus caußis maiores. cuius uerba uide ā. quæst. 3. caussa 12. except. 6. Concordat l. 23. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. quæst. 3. caussa 17.*

II. Regula: *Extra ordinem hodie ex causis suprà enumeratis læso succurritur. quæ regula approbatur l. 2. ff. d. tt. his uerbis:* Hoc edictum, quod ad eos pertinet, qui eo continentur, minus in usu frequentatur. Huiusmodi enim personis extra ordinem ius dicitur ex senatusconsultis & principalibus constitutionibus.

III. Regula, *De exceptione agenti aduersario opponenda, proponitur l. 28. §. penult. ff. d. tt. his uerbis:* Exemplo rescissoriæ actionis etiam exceptio ei qui reipublicæ caussa abfuit, competit: fortè si rea ab eo, possessione uè nacto uindicetur.

IIII. Regula: *Si usucapio non procedit absenti uel contra absentem, ipso iure prior actio competit sine rescißione usucapionis. quæ regula approbatur exemplo l. 24. C. de rei uendicat. cuius uerba uide ā. lib. 22. cap. 4. except. 16.*

V. Regula: *Si aduersarius sit absens, contestatione interposita interrumpi potest usucapio uel præscriptio sine in integrum restitutione. Quæ regula approbatur l. 2. C. de annali except. cuius uerba uide ā. lib. 16. cap. 15. except. 5. repl. 6. dupl. 2. Hactenus de in integrum restitutionibus maiorum.*

## *DE CONDICTIONE INDEbiti. Cap. VI.*

I. GENVS HVIVS CONdictionis.

PRima regula: *Ex quasi contractu descendit. quæ regula approbatur Inst. de obligat. quæ quasi ex contractu. §. item is cui. cuius uerba cum concordantibus uide ā. lib. 44. cap 4. quæst. 2. specie 6.*

II. Regula: *Condictio indebiti naturalis est. quæ regula approbatur l. 15. in prin. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide ī. quæst. 5. reg. 11.*

III. Regula: *Indebiti condictio ex bono & æquo introducta est. quæ regula approbatur l. 66. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. prox. caussa 1.*

*II. Caussæ condictionis indebiti. cum suis exceptionib. proponentur ī. duob. capitibus proximis.*

III. QVIBVS COMPETIT condictio indebiti?

I. Regula: *Regulariter quidē alij, quàm qui soluit, indebiti condictio non datur. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non suo, sed alieno nomine soluerit. hoc enim casu non soluenti, sed ei cuius nomine solutum est, cōdictio competit. quæ exceptio approbatur l. 6. C. de condictione indebiti, his uerbis:* Si per ignorantiam facti non debitam quantitatē pro alio soluisti, & hoc adito rectore prouinciæ fuerit probatum: hanc ei cuius nomine soluta est, restitui eo agēte prouidebit. *Concordat l. 46. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui hæredis nomine legata non debita ex numis ipsius hæredis soluerit, ipse quidē repetere non potest. Sed si ignorante hærede numos eius tradiderit: dominus eos rectè uindicabit. Eadem caussa rerum corporalium est. *Item concordat l. 47. ff. eod. tt. his uerbis:* Indebitam pecuniam per errorē promisisti: eam qui pro te fideiusserat, soluit. Celsus. Ego existimo, si nomine tuo soluerit fideiussor: te fideiussori, stipulatoremq; tibi obligatum fore: nec expectandum esse, ut ratum habeas: quoniam potest uideri id ipsum te mandasse, ut tuo nomine solueretur. Sin autem fideiussor suo nomine soluerit quod non debebat, ipsum à stipulatore repetere posse: quoniam indebitam iure gentium pecuniam soluit. quod minus autem poterit consequi ab eo cui soluit, à te mandati iudicio consecuturum: si modò per ignorantiam, petentem exceptione nō submouerit. *Concordat item l. 57. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Cum indebitum impuberis nomine tutor numerauit: impuberis condictio est. *Concordat item l. 56. ff. de solutionib. his uerbis:* Qui mandat solui, ipse uidetur soluere. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi is qui alieno nomine soluit, ab eo pro quo soluit, repetere non poßit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 67. §. tutor. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Tutor creditori pupilli sui plus quàm debebatur exoluit, & tutelæ iudicio pupillo non imputauit: quæro, an repetitionem aduersus creditorem haberet? Scæuola. Respondi, habere. *Altera replicatio est: Nisi cum antea debitor soluisset, postea alius ignorās solutum pro eo soluerit, uel potius alius in rem suam procurator factus soluerit. quæ replicatio approbatur d. l. 67. §. Titius, his uerbis:* Titius cum multos creditores haberet, in quibus & Seiū: bona sua priuatim uēditione facta Mæuio concessit, ut satis creditoribus faceret. Sed Mæuius soluit pecuniam Seio tanquam debitā, quæ iam à Titio fuerat soluta. quæsitum

ſitum eſt, cum poſtea reperiantur apochæ apud Titium debitorem partim ſolutæ pecuniæ: cui magis repetitio pecuniæ indebitæ ſolutæ competit, Titio debitori, an Mæuio, qui in rem ſuam procurator factus eſt? Scæuola. Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, ei qui poſtea ſoluiſſet. *Cōcordat l.25.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. reg. prox.* *Tertia replicatio uidetur: Niſi quis ſuam, non eius cuius nomine ſoluit, pecuniam dedit. Hæc replicatio reprobatur l.6.§.fin.ff.d.tt.his uerbis:* Iulianus ait, neq; tutorem neq; procuratorē ſoluētes repetere poſſe, neq; intereſſe ſuā pecuniā, an pupilli uel domini ſoluant. *Planè admittitur replicatio hæc ratione æquitatis, de qua J.repl.prox. Quarta replicatio eſt, quòd quamuis ſtricto iure ei cuius nomine ſolutum eſt, uel domino eius condictio competat: tamen æquitatis ratione ſoluenti actio deneganda nō eſt, ſi ſuam pecuniā ſoluit. quæ replicatio approbatur l.53.in fine ff.d.tt.his uerbis:* Dominus teſtamēto ſeruo ſuo libertatem dedit, ſi decem mihi det, ſeruo ignorante id teſtamentū non ualere, data ſunt mihi decem. quęritur quis repetere poteſt? Proculus reſpondit: Si ipſe ſeruus peculiares numos dedit, cum ei à domino id permiſſum non eſſet: manent numi domini, eosq; non condictione, ſed in rem uindicatione petere debet. Sin autē alius rogatu ſerui ſuos numos dedit: facti ſunt eius, eosq; dominus ſerui, cuius nomine dati ſunt, per condictionē petere poteſt. Sed tam benignius quàm utilius eſt, uia recta ipſum qui numos dederit, ſuum recipere. *Cōcordat l.18.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Legati ſatis accepi, & cum fideiuſſor mihi ſoluiſſet, apparuit indebitum fuiſſe legatum: poſſe eum repetere, Africanus exiſtimauit. *Quinta replicatio eſt: Niſi is cuius nomine ſolutū eſt, neq; mandauit, neq; ratam habuit ſolutionē. hoc enim caſu ipſi ſoluenti actio datur. quæ replicatio approbatur l.6.in prin.ff d.tt. cuius uerba uide J. cap.proxim. cauſſa 8 except.2. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio eſt: Niſi cum quis tanquā heres creditorib. hæreditarijs indebitū ſoluiſſet, poſtea ad aliū hæreditas peruenerit. hoc enim caſu non ſoluenti, ſed uero hæredi, uel ei ad quem hæreditas peruenit, condictio cōpetit. quæ exceptio approbatur l.5.ff de condict. indebiti, his uerbis:* Nō eſt nouū, ut quod alius ſoluit, alius repetat. Nam & cum minor XXV. annis inconſultè adita hæreditate, ſolutis legatis, in integrū reſtituitur: non ipſi repetitionē competere, ſed ei ad quē bona pertinent, ab Arriano Titiano reſcriptum eſt. *Concordat l.2.in fine, cum duab. legib. ſequētib.ff.eod.tt.his uerbis:* Diuus Hadrianus circa inofficioſum & falſum teſtamētū reſcripſit, actionē dandā ei, ſecundū quem de hæreditate iudicatum eſſet. Idem eſt, & ſi ſolutis legatis noua & inopinata cauſſa hæreditatē abſtulit: ueluti nato poſthumo, quem hæres in utero fuiſſe ignorabat: uel etiā ab hoſtib. reuerſo filio, quē pater obijſſe falſò præſumpſerat. Nam utiles actiones poſthumo uel filio, qui hæreditatē euicerit, dari oportere in eos qui legatū perceperunt, Imp. Titus Antoninus reſcripſit. ſcilicet quòd bonę fidei poſſeſſor, in quantū locupletior factus eſt, teneatur: nec periculū huiuſmodi nominum ad eū qui ſine culpa ſoluit, pertinebit. Idem diuus Hadrianus reſcripſit, etſi aliud teſtamentū proferatur. *Concordat item l.46.ff.eod.tt. cuius uerba uide S.exc.1. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi is qui putabat ſe hæredē, ſuā, non hæreditariam pecuniā ſoluerit. hoc enim caſu ipſi ſoluenti, non uero hæredi actio danda. quæ replicatio approbatur l.8.§.ſi ex cauſſa. ibi: ſed ſoluta ff.de inofficioſo teſt. cuius uerba uide S.li.31.ca.6.quæſt.8.reg.2. Tertia exceptio eſt: Niſi cùm quibuſdā creditorib. hæreditarijs ſolidū ſolutum eſſet ab hærede pupillo, is poſtea ſeſe hæreditate abſtinuerit. hoc enim caſu cæteris creditoribus aduerſus eos quib. amplius ſolutū eſt, condictio indebiti competit. quæ exceptio approbatur l.61.ff.de condictione indebiti, his uerbis:* Tutores pupilli quibuſdā creditoribus patris ex patrimonio paterno ſoluerunt: ſed poſtea nō ſufficientibus bonis, pupillum abſtinuerūt. quæritur, an quod amplius creditorib. per tutores pupilli ſolutū eſt, uel totūm quod acceperunt, reſtituere debeāt? Scæuola. Reſpondi, ſi nihil dolo tutoris factū eſſet, tutori quidem uel pupillo non deberi: creditorib. autem alijs in id quod amplius ſui debiti ſolutum eſt, teneri. *Quarta exceptio eſt: Niſi cum quis à non domino rem aliquam conduxiſſet, mercedem ex ea conductione ſoluiſſet. hoc enim caſu domino rei, non ſoluenti cōdictio cōpetit. quæ exceptio approbatur l.55 ff.d.tt.his uerbis:* Si urbana prædia locauerit prædo: quod mercedis nomine acceperit, ab eo qui ſoluit, nō repetetur; ſed domino erit obligatus. Idēq; iuris erit in uecturis nauium, quas ipſe locauerit, aut exercuerit. Item in mercedib. ſeruorū, quorum operę per ipſum fuerint locatę. Nam ſi ſeruus nón locatus ab ipſo, mercedē ut domino prędoni retulit: non fiet accipiētis pecunia. Quòd ſi uecturas nauiū, quas dominus locauerat, itē penſiones inſularū acceperit: ob indebitum ei tenebitur, qui nō eſt ſoluendo liberatus. Quod ergo dici ſolet, prædoni fructus poſſe condici: tunc locum habet cum domini fructus fuerunt. *Quinta exceptio uidetur: Niſi id quod alij debetur, alij ſolutū ſit. hoc enim caſu non ipſi ſoluenti, ſed ei cui reuera debebatur, cōdictio indebiti uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis d l.55. iā propoſitis hiſce:* Quòd ſi uecturas nauiū, quas dominus locauerat, &c. *Planè admittitur exceptio propoſita; ſi creditor ſolutionem alij factam ratā habuerit. quæ*

*distinctio approbatur l.31. §. seruū tuum. ff. si certum petatur. cuius uerba uide ī. lib.21. cap.9. reg.9. Sexta exceptio est: Nisi is qui soluit, moreuus sit. hoc enim casu heredi eius condictio indebiti competit. que exceptio approbatur l.12. ff. de tōdict. indebiti, his uerbis:* Si fundi mei usumfructū tibi dedero, falso existimans me eum tibi debere, & antequā repetam decesserim: condictio eius ad hæredem quoq; meum transibit. *Septima exceptio est: Nisi fideiussor soluerit indebitum. hoc enim casu reo, non soluenti fideiussori condictio competit. que exceptio approbatur, simul & distinguitur l.47. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide ī. ead. reg. except.1. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi fideiussor suo, non debitoris nomine soluerit. que replicatio approbatur d.l. 47. Altera replicatio est. Nisi fideiussor personali exceptione tutus soluerit. que replicatio approbatur l.32. §.1. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. cap. prox. caussa 7. specie 10. Cōcordat l.59. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. lib. prox. cap.11. reg.2. except.1.*

11. *Regula: Si duo idem debitum soluerint in solidum: posteriori soluenti condictio eius quod amplius solutum est, competit, non priori. que regula approbatur l.25. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Cum duo pro reo fideiussissent in decem, deinde reus tria soluisset, & postea fideiussores quina: placuit, eum qui posterior soluisset, repetere tria posse. hoc meritò: quia tribus à reo solutis, septem sola debita supererāt: qnib. persolutis, tria indebitò soluta sunt. *Concordat l.67. §. Titius. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. reg. prox. except.2. Huius regule exceptio prima hec est: Nisi ambo simul soluerint. hoc enim casu utriq; condictio competit. que exceptio approbatur, simul & distinguitur l.19. §. fin. cum duab. legib. sequentib. ff. eod. tit. his uerbis:* Si duo rei, qui decem debebant, uiginti pariter soluerint: Celsus ait, singulos quina repetituros. Si reus & fideiussor pariter soluerint: in hac caussa nō differunt à duobus reis promittendi. Quare omnia quæ de his dicta sunt, & ad hos transferre licebit. Planè si duos reos non eiusdem pecuniæ, sed alterius obligationis constitueris (utputa Stichi aut Pamphili) & pariter duos datos, aut togam uel denarios mille: non idem dici poterit in repetitione, ut partes repetant: quia nec soluere ab initio sic poterant. Igitur hoc casu electio est creditoris, cui uelit soluere: ut alterius repetitio impediatur. *Altera exceptio est: Nisi prioris solutio non pariat liberationem. hoc enim casu priori, non posteriori soluenti condictio datur. que exceptio approbatur per ea que proponuntur j. cap. prox. caussa 6. specie 13. except.1.*

IIII. ADVERSVS QVOS COMPETIT condictio indebiti?

*Aduersus alium, quàm cui solutio indebiti facta est, hec condictio non competit. que regula approbatur l.49. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Iis solis pecunia condicitur, quibus quoquo modo soluta est, non quibus proficit. *Planè huius regule exceptio prima hec est: Nisi alij solutio profit. Sed hec exceptio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Non quibus proficit. *Altera exceptio est: Nisi alio delegante, alij solutio sit facta. hoc enim casu delegans, non is cui solutum est, tenetur. que exceptio approbatur l.2. C. de condict. indebiti, his uerbis:* Si citra ullam transactionem pecuniam indebitam alieno creditori promittere delegata es: aduersus eam quæ te delegauit, condictionem habere potes. *Concordat l.9. §. si quis. ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Si quia indebitam pecuniam per errorem iussu mulieris sponso eius promisisset, & nuptiæ secutæ fuissent: exceptione doli mali uti non potest. Maritus enim suum negocium gerit, & nihil dolo facit, nec decipiendus est. quod fit, si cogatur indotatam uxorem habere. Itaque aduersus mulierem competit ei condictio: ut aut repetat ab ea, quod marito dedit: aut ut liberetur, si nondum soluerit. Sed si soluto matrimonio maritus peteret: in eo duntaxat exceptionem obstare debere, quod mulier receptura esset. *Concordat item l.57. §. creditor. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. exception.4. Concordant item ea que proponuntur ī. lib. prox. cap.14. reg.7 & 8. Huius exceptionis replicatio hec est: Nisi pupillo delegante alij soluerit. que replicatio approbatur, simul & distinguitur l.66. §. si autem debitor. ff. de solutionibus. cuius uerba uide ī. lib. proxim. cap.8. replic.1. duplicat.2. Tertia exceptio est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus indebitum esset, Titio sit solutum. hoc enim casu stipulatori condicendum, non Titio. que exceptio approbatur l.34. in prin. ff. de solutionibus, his uerbis:* Qui hominem aut decem tibi aut Titio dare promisit, si Titio partem hominis tradiderit, mox tibi decem numerauerit: non Titio, sed tibi partem hominis condicet, quasi indebitum tua uoluntate Titio soluerit. Idemque iuris erit, etiamsi mortuo Titio decem soluerit: ut tibi potius quàm hæredi Titij partem hominis condicat. *Concordat l.59. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. cap.8. repl.4. in prin. Quarta exceptio est: Nisi procuratori indebitum sit solutum. hoc enim casu domino potest condici. que exceptio approbatur, simul & distinguitur l.57. §. creditor. ff. de conduction. indebiti, his uerbis:* Creditor, ut procuratori suo debitum redderetur, mandauit: maiore pecunia soluta, procurator indebiti caussa conuenietur. Quòd si nominatim, ut maior pecunia solueretur, delegauit: indebiti cum eo qui delegauit, erit actio. quæ non uidetur adempta, si frustra cum procuratore lis fuerit

tit instituta. *Concordat l.14.ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Si procuratori falso indebitum solutum sit: ita demum à procuratore repeti non potest, si dominus ratum habuerit: sed ipse dominus tenetur. Sed & Iulianus scribit: Quod si dominus ratum non habuisset (etiamsi debita pecunia soluta fuisset) ab ipso procuratore repetetur: non tamen quasi indebitum datum, sed quasi ob rem datum, nec res secuta sit, ratihabitione non intercedente. uel quòd furtum faceret pecuniæ falsus procurator, cum eo non tantùm furti agi, sed etiam condici ei posse. *Concordat item l.82. §. si Titius. ff. de furtis. cuius uerba uide 3. lib.46. cap.3. quæstion.2. caussa 24. exception.2. Item concordat l.5.§. item quæritur. ibi: & sicut. ff. negocior. gestor. cuius uerba uide 3. lib.44. cap.6. quæstion.2. caussa 7. exception.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dominus neq; mandauerit, neq; ratam habuerit indebiti solutionem. quæ replicatio approbatur uerbis d. l.14. tam propositis hisce:* Ita demum à procuratore repeti non potest, &c. *Concordat d.§. si Titius. Item concordat l.6. §. idem Labeo. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Labeo ait, si procuratori indebitum solutum sit, & dominus ratum non habeat: posse repeti. Celsus autem eum qui procuratori debitum soluit, continuò liberari, neq; ratihabitionem considerari. Quòd si indebitum acceperit: ideo exigi ratihabitionem, quoniam nihil de hoc nomine exigendo mandasse uideatur. Et ideo si ratum non habeatur, repetendum à procuratore. *Altera replicatio est: Nisi dominus, ut debitum procuratori solueretur, uel generaliter mandauit, non ut etiam indebitum solueretur. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. creditor, 3. propositis hisce:* Creditor ut procuratori, &c. *Quinta exceptio est: Nisi is cui indebitum solutum est, decesserit. hoc enim casu hæredi eius condici potest. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.26. §. heredi. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Hæredi uel bonorum possessori (siquidem defendat hæreditatem) indebitum solutum condici poterit. Si uerò is nō defendat: etiam debitum solutum repeti potest.

V. QVID QVANTVMQVE ueniat in condictione indebiti?

I. *Regula: Aut ipsum quod solutum est, aut tantundem repetitur. quæ regula approbatur l.7. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Quod indebitum per errorem soluitur: aut ipsum, aut tantundē repetitur. *Concordat l.26. §. fin. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide 3. lib.39. cap.4. quæstion.2. except.8.*

II. *Regula: Si plus debito sit solutum: non totum condicitur, sed id quod amplius solutum est. quæ regula approbatur l.26. §. idem Marcellus. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Marcellus ait, si pecuniam debens, oleum dederit pluris precij, quasi plus debens: uel cum oleum deberet, oleum dederit, quasi maiorem modum debens: superfluum olei esse repetendum, non totum: & ob hoc peremptam essa obligationam. Idem Marcellus dicit: si cum fundi pars mihi deberetur, quasi totus deberetur, æstimatione facta, solutio pecuniæ solidi precij fundi facta sit: repeti posse non totum precium, sed partis indebitæ. *Concordat l.61. ff. eod. tit. cuius uerba uide 3. quæst.3. reg.1. except.3. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi res indiuidua in solutum data sit. quæ exceptio approbatur l.84. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Cum amplius solutū est, quàm debebatur, cuius pars non inuenitur, quæ repeti possit: totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione. *Altera exceptio est: Nisi cùm pecunia deberetur, res immobilis maioris precij pro ea in solutū detur. quæ exceptio approbatur l.26. §. si centum. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Si centum debens, quasi ducenta deberem, fundum ducentorum solui: competere repetitionem Marcellus lib. XX. Digestor. scribit, & in centum manere stipulationem. Licet enim placuit rem pro pecunia solutam parere liberationem: tamen si ex falsa debiti quantitate maioris precij res soluta est, non fit cōfusio partis rei cum pecunia: nemo enim inuitus compellitur ad communionem. Sed & condictio integræ rei manet, & obligatio incorrupta. Ager autem retinebitur, donec debita pecunia soluatur.

III. *Regula: Eiusdem bonitatis res restituenda est: quæ regula approbatur exemplo l.65. §. in frumento. ff. de condict. indebiti his uerbis:* In frumento indebito soluto, & bonitas est repetenda.

IIII. *Regula: Si res in solutum data perijt, uel aliàs restitui amplius non possit: æstimatio eius restituenda. quæ regula approbatur d. §. in frumento, his uerbis:* Si consumpsit frumentum, precium repetit. *Concordat d.l.65. §. si seruum, his uerbis:* Si seruum indebitum tibi dedi, eumq; manumisisti: si sciens hoc fecisti, teneberis ad precium eius: si nesciens, non teneberis, nisi propter operas eius liberti, & ut hæreditatem eius restituas. *Concordat item l.26. §. libertus ibi: & interdum. ff. eod. tit. cuius uerba uide 3. cap.8. except.18.*

V. *Regula: Quantum precium pro re in solutum data restituendum. Regulariter quidem quanti ea res fuit, uel æstimatur, tantum precium reddendum. Verùm eius exceptio prima hæc est: Nisi is qui accepit, minoris eam rem distraxerit. hoc enim casu illud solum precium, quod pro re accepit, reddendo liberatur. quæ exceptio approbatur d. uers. & interdum. Altera exceptio est: Nisi is qui accepit, minoris rem*

*erat comparaturus. quæ exceptio approbatur d. §. in frumento, his uerbis:* Habitatione data pecuniam condicam: non quidem quanti locare potui, sed quanti tu conducturus fuisses. *Concordat d. uers. & interdum. Tertia exceptio est: Nisi reus suis sumptibus rem fecit preciosiorem. quæ exceptio approbatur d. uers. Et interdum.*

V I. *Regula: Si cùm illa aut illa res deberetur, utraq; per errorem sit soluta: uel certi generis res, & plures sint solutæ: in arbitrio actoris soluentis est, quam uelit repetere. quæ regula approbatur l. 10. C. de condict. indebiti, his uerbis:* Si quis seruum certi nominis, aut quandam solidorum quantitatem, uel aliam rem promiserit, & cùm licentia ei fuerat unum ex ijs soluendo liberari, utrunq; per ignorantiam dependerit: dubitabatur, cuius rei daretur à legibus ei repetitio, utrum'ne serui, an pecuniæ? Et utrum stipulator, an promissor habeat huius rei facultatem? Et Vlpianus quidem electionem ei præstat, qui utrunque accepit, ut hoc reddat quod sibi placuerit. Et tam Marcellum quàm Celsum sibi consonantes refert. Papinianus autem ipsi qui utrunque persoluit, electionem donat: qui & antequam dependat, ipsam habet electionem, quod uelit præstare: & huius sententiæ sublimissimum testem adducit Saluium Iulianum, summæ authoritatis hominem, & prætorij edicti perpetui ordinatorem. Nobis hæc decidentibus Iuliani & Papiniani sententia placet, ut ipse habeat electionem recipiendi, qui & dandi habuit. *Ait Imperator:* Et Vlpianus quidem electionem ei præstat, qui utrunque accepit, ut hoc reddat, quod sibi placuerit. *Huic sententiæ reprobatæ ac mutatæ concordat l. 26. §. si decem. ibi: sed etsi post. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. regul. proxim. Planè huius regulæ exceptio hæc est: Nisi cum duo illam aut illam rem deberent, ambo pariter utranque soluerint, nec inter eos conueniat uter condicat: hoc enim casu eius qui accepit, electio est, cui uelit reddere. quæ exceptio approbatur l. 21. in fine. ff. d. tit. cuius uerba uide s. quæst. 3. reg. 2. except. 1.*

V I I. *Regula: Si cum decem aut Stichus deberetur, quinq; prius fuerint soluta, deinde Stichus: non pars Stichi repetetur, sed quinq; tantùm. quæ regula approbatur d. §. si decem, his uerbis:* Si decem aut Stichum stipulatus, soluam quinque: quæritur, an possim condicere? quæstio ex hoc descendit, an liberer in quinque. Nam si liberor, cessat condictio: si non liberor, condictio erit. Placuit autem (ut Celsus libro V I. & Marcellus libro X X. Digestorum scripsit) non perimi partem dimidiam obligationis. Ideoque eum qui quinque soluit, in pendenti habendum an liberatur: denique ab eo posse reliqua quinque, aut Stichum. & si præstiterit residua quinque: uideri eum & priora debita soluisse. Sin autem Stichum præstitisset: quinque eum posse condicere, quasi indebita. Sic posterior solutio comprobat, priora quinque utrum debita, an indebita soluerantur. Sed etsi post soluta quinque, & Stichus soluatur, & malim ego habere quinque, & Stichum reddere: an sim audiendus, quærit Celsus? & putat natam in quinque condictionem: quamuis utroque simul soluto, mihi retinendi quod uellem, arbitrium daretur. Idem ait, etsi duo hæredes sint stipulatoris: non sic posse alteri quinque solutis, alteri partem Stichi solui. Idem etsi duo sint promissoris hæredes. secundum quæ liberatio non contingit, nisi aut utriq; quina, aut utrique partes Stichi fuerint solutæ.

V I I I. *Regula: Si bis idem debitum fuerit solutum: quod posteriore loco solutum est, tanquam indebitum est condicendum. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt s. quæstion. 3. regul. 2. Cui concordat l. 26. in princip. ibi: etsi postea. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. cap. 8. exception. 17. in princip. Huius exceptio prima hæc est: Nisi cum antea pars debiti soluta esset, postea solidum soluatur. hoc enim casu prius solutum condici potest. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. si decem, s. reg. proxim. propositis. Altera exceptio est: Nisi simul idem debitum bis fuerit solutum. hoc enim casu in arbitrio soluentis est, quod uelit repetere. quæ exceptio approbatur s. regul. 6. Tertia exceptio est: Nisi in pendenti sit, utrum per priorem solutionem liberatio contigerit, uel prior solutio minus efficax sit. quæ exceptio approbatur exemplo l. 58. §. fin. ff. de solutionib. his uerbis:* Si duo rei stipulandi sunt, quorum alterius absentis procuratori datum, & ante tempus, quàm is ratum haberet, interim alteri solutum est: in pendenti est posterior solutio, ac prior: quippe incertum est, debitum, an indebitum exegerit. *Huius exceptionis species est s. exceptio 1.*

I X. *Regula: Si usufructus rei in solutum datæ, alienus sit deducto usufructu condictio competit. quæ regula approbatur l. 15. §. fin. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide j. cap. 8. except. 25. distinct. 2.*

X. *Regula: Si duo soluerint indebitum, singulis pro parte repetitio competit. quæ regula approbatur l. 19. §. fin. cum lege sequente. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide s. quæstion. 3. regul. 2. exception. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi cum illud aut illud deberetur, utrunq; soluerint. hoc enim casu partium repetitio non datur utriq;. quæ exceptio approbatur l. 21. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 1. Altera exceptio est: Nisi cum debitum ab uno solutum esset, alter quoq; postea soluat. hoc enim casu posterior*

*rior tantùm solidum condicit. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur d. reg. 2.*

X I. *Regula, De eo quod rei in solutum datæ accessit. Hoc quoq; in condictionem indebiti uenit. quæ regula approbatur l. 15. in prin. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Indebiti soluti condictio naturalis est. Et ideo etiam quod rei solutæ accessit, uenit in condictionem: utputa partus qui ex ancilla nati sunt, uel quod alluuione accessit. Imò & fructus, quos is cui solutum est, bona fide perceperit, in condictionem uenient. *Concordat l. 65. §. ei qui ff. eod. tt. his uerbis:* Ei qui indebitum repetit, & fructus & partus restitui debent; deducta impensa.

X I I. *Regula, De fructibus rei in solutum datæ reddendis. proponitur uerbis d. l. 15. iam propositis hisce:* Imò & fructus, &c. *item d. §. et qui, iam propositis hisce:* Et fructus, &c. *Concordat l. 26. §. libertus. ibi: & interdum ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 8. except. 18. Item concordat l. 38. §. item si indebitum. ff. de usuris & fructibus. cuius uerba uide 3. lib. 35. cap. 7. quæst. 1. reg. 3. Concordat item l. 27. ff. de usufructu legato, his uerbis:* Vxori maritus per fideicommissum usumfructum, & alia, & dotem relegauit. hæredes usumfructum ei concesserunt. post biennium illicitum matrimonium fuisse pronunciatũ est. Quæsitum est, an id quod præterito tempore possedit, ab ea repeti posit? Scæuola. Respondi, id quod fructua nomine percepissor, repeti posse.

X I I I. *Regula, De usuris pecuniæ solutæ. Hæ in condictionem indebiti non ueniunt. quæ regula approbatur l. 1. in fine. C. de condict. indebiti, his uerbis:* Pecuniæ indebitæ per errorem, non ex caussa iudicati solutæ, esse repetitionem iure condictionis, non ambigitur. Siquid igitur probare potueris patrem tuum, cui hæres extitisti, amplius debito creditori suo persoluisse, repetere potes. Vsuras autem eius summæ præstari tibi frustra desideras: actione enim condictionis ea sola quantitas repetitur, quæ indebita soluta est.

X I I I I. *Regula, De impensis à reo factis deducendis. proponitur l. 65 §. ei qui. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide s. regul. 11. Concorda l. 26. §. libertus. ibi: & interdum ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 8. except. 18.*

VI. VBI COMPETIT HAEC actio?

*Etiam alibi, quàm ubi solutio facta est, condictio indebiti competit. quæ regula approbatur l. 27. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Qui loco certo se debere existimans, indebitum soluit: quolibet loco repetet. Non enim existimationem soluentis eadem species repetitionis sequitur.

VII. ADIVNCTA, SEV DE indebito probando.

*Vtri probatio incumbat, differitur l. 25. ff. de probationib. cuius uerba uide s. lib. 7. cap. 2. quæst. 2. reg. 1. except. 2.*

VIII. ADFINIA REmedia.

*Ex caussis quæ J. cap. prox. proponentur, indebiti condictio, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui indebitum soluit, ab eo cui soluit, conueniatur. hoc enim casu etiam per exceptionem seu retentionem solutum potest recuperare. quæ exceptio approbatur exemplo l. 23. §. si post rem. ibi: retineri tamen. ff. de cõdict. indebiti. cuius uerba uide s. lib. 9. cap. 5. exception. 15. Aliud exemplum proponitur l. 50. ff. de solution. cuius uerba uide 3. lib. proxim. cap. 9. exception. 13. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi condictione repeti non possit. hoc enim casu nec per exceptionem potest retineri. quæ replicatio approbatur exemplo l. ult. §. fin. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. cap. 8. exception. 17. replication. 2. duplic. 1. Sanè interdum per exceptionem solutum potest compensari, quod per indebiti condictionem repeti non potest. de quo J. cap. 8. exception. 19 & 30. Altera exceptio est: Nisi non solutum, sed promissum tantùm uel cautum sit indebitum. nam & hoc casu non solùm cautio potest condici, sed etiam si ex ea agatur, exceptio potest opponi. quæ exceptio approbatur l. 5. C. de condict. indebiti, his uerbis:* Cum & soluta indebita quantitas ab ignorante repeti posit: multò facilius quantitatis indebitæ interpositæ scripturæ condictio competit, uel doli exceptio agenti opponitur. *Concordat l. 5. §. sed si falso. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 3. exception. 34. Tertia exceptio est: Nisi exceptione compensationis tutus soluerit. hoc enim casu debiti petitio competit. quæ exceptio approbatur l. 30. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide J. cap. proxim. caussa 6. specie 12. exception. 2. Quarta exceptio est: Nisi pupillus sine tutoris authoritate, uel furiosus, uel is cui bonis interdictum est, soluerit. hoc enim casu rei uendicatio competit. quæ exceptio approbatur l. 29. ff. d. tt. cuius uerba uide J. cap. proxim. caussa 9. Quinta exceptio est: Nisi quis non suam, sed alienam pecuniam soluerit, uel solutione non translatum sit dominium. hoc enim casu dominus uamor uindicare potest. quæ exceptio approbatur l. 29. in fine. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. cap. proxim. caussa 9. Concordat l. 46 ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæst. 3. regul. 1. exception. 1. Concordat item l. 53. ff eod. tt. cuius uerba uide d. exception. 1. replicat. 4. Item concordat l. 14. ff. si certum petatur. cuius uerba uide J. cap. 8. exception. 2. replication. 1. Sexta exceptio est: Nisi fideiussor pro reo principali indebitum ignorans soluerit. hoc enim mandati actione à reo repetere potest. quæ exceptio approbatur l. 47. ff. d. tt.*

cuius uerba uide d. except. 1. in prin. Concordant ea quæ proponuntur s. lib. 45 cap. 4. quæst. 1. except. 5. repl. 2. Septima exceptio est: Nisi eum quis alij, qui in eius debetur, soluisset, creditor id ratum habuerit. hoc enim casu creditori mandati uel negociorum gestorum actio est aduersus eum cui solutum est. de qua re uide s. lib. proxim. cap. 6. quæstion. 2. regul. 6. Octaua exceptio est: Nisi alius quàm qui debet, soluerit. hic enim etiam mandati uel negociorum gestorum actione ab eo pro quo soluit, repetere potest. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur s. lib. prox. cap. 7. exception. 1. distin. 1. replication. 1. Nona exceptio est: Nisi creditor sciens indebitum acceperit. hoc enim casu etiam stellionatus crimine tenetur. quæ exceptio approbatur l. 29. §. in omnib. in fine. ff. mandati. cuius uerba uide s. lib. 45. cap. 4. quæst. 4. regul. 1. except. 4. item furti actione. de quo uide s. lib. 46. cap. 3. quæst. 2. caussa 20. Decima exceptio est: Nisi conductor ante tempus finitum pensionem soluerit, posteaq; conductio ante tempus expiret. hoc enim casu ex conducto actio est. quæ exceptio approbatur l. 19. §. si quis cum. ff. locati. cuius uerba uide s. lib. 43. cap. 3. quæst. 1. caussa 16.

## DE CAVSSIS CONDICTIONIS indebiti. Cap. VII.

Svpersunt caussæ condictionis indebiti, primo quidem loco proponendæ, sed ob suam multiplicem tractatum in hoc caput reseruatæ.

I. Caussa, eaq; generalis, est: Si quid alterius apud alterum sine caussa deprehendatur. Hæc caussa approbatur l. 66. ff. de condict. indebiti, his uerbis: Hæc condictio ex bono & æquo introducta, quod alterius apud alterum sine caussa deprehenditur, reuocare consueuit. Concordat l. 25. in fine. ff. rerum amotarũ. cuius uerba uide s. lib. 47. cap. 5. quæst. 11. except. 5. Item concordat l. 6. ff. de condict. ob turpẽ caussam, his uerbis: Perpetuò Sabinus probauit Veterum opinionem, existimantium, id quod ex iniusta caussa apud aliquẽ sit, posse cõdici. In qua sententia etiã Celsus est. Huius caussæ species & exempla sunt caussæ sequentes: item s. lib. 37. cap. 10. quæst. 1. caussa 2. cum sequentibus.

II. Caussa: Si indebitum sit solutum. Hæc caussa approbatur Inst. quib. mod. re contrah. obligat. §. is quoq; qui, his uerbis: Is qui non debitum accepit ab eo qui per errorem soluit, re obligatur, daturq; agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei condici potest, si appareat eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Vnde pupillus, si ei sine tutoris authoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione, non magis quàm mutui datione. Sed hæc species obligationis non uidetur ex contractu cõsistere: cum is qui soluendi animo dat, magis uoluerit negociũ distrahere, quàm contrahere. Concordat Inst. de obligat. quæ quasi ex contractu. §. item is cui. cuius uerba uide s. lib. 44. cap. 4. quæst. 2. specie 6. Concordat item l. 4. §. is quoq; ff. de action. & obligat. cuius uerba uide d. specie 6. Cõcordat itẽ l. 1. C. de cõdict. indebiti. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 5. reg. 13.

III. Caussa: Si indebitum promissum, uel cautũ sit. Hæc caussa approbatur l. 3. C. de iuris & facti ignor. his uerbis: Si nõ transactionis caussa, sed indebitam errore facti olei materiam uos Archontico stipulanti spopondisse, rector prouinciæ animaduerterit: reddito quod debetia, residui liberationem cõdicentes audiet. Concordat l. 31. ff. de condict. indebiti, his uerbis: Is qui plus quã hæreditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit: indebiti promissi habet condictionem. Item concordat l. 3. C. eod. tit. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 8. except. 2. Item concordat l. 5. in fine. ff. de action. empti. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 3. except. 34. Item concordat l. 2. §. aliud iuris. ff. de donationib. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 14. quæst. 3. reg. 7. except. 7. Item concordat d. l. 2. §. item si ei. cuius uerba uide d. reg. 7. except. 8. Sanè hoc loco sciendum est, tria esse genera indebiti. Vnum quidem, quum nulla subest caussa ob quam debeatur, subesse tamen putatur. Secundum est, cum subest quidem caussa debendi, quæ tamen uel ipso iure non ualeat, uel exceptionis ope possit elidi. Tertium genus est, cum subest caussa, eaq; iusta, ex qua debeatur: sed non debetur ei cui solutum est, uel non ab eo à quo solutum est, uel non id quod solutum est, uel non eo tempore, uel ex ea caussa ex qua solutio facta est, uel aliàs solutio non parit liberationem. De quibus tribus indebiti generibus ordine dicendum.

## DE PRIMO GENERE INdebiti.

IIII. Caussa: Si ex caussa quasi facta, quæ facta nõ est, solutum sit: condictio indebiti competit. quæ caussa approbatur l. 23. in prin. ff. de condict. indebiti, his uerbis: Eleganter Pomponius quærit: si quis suspicetur transactionem factam ab eo cui hæres est, uel ab eo cuius procurator est, & quasi ex transactione dederit, quæ facta non est: an locus sit repetitioni? & ait repeti posse: ex falsa enim caussa datum esse. Idem puto dicendum, etsi transactio secuta non fuerit, propter quam datum est. Sed etiamsi resoluta sit transactio, idem erit dicendum. Concordat d. l. 23 §. fin. his uerbis: Si qua lex ab initio dupli, uel quadrupli statuit actionem: dicendum est, solutum ex falsa eius caussa, repeti posse. Aliud exemplum proponitur l. 26. §. si quis quasi. ff. eod. tit. his uerbis: Si quis quasi ex compromisso condẽnatus, falsò soluerit: repetere potest. Concordat item l. 3. §. si quis quasi. ff. de condictione caussa dati, his uerbis: Si quis quasi statuliber mihi decem dederit, cum dare iussus non esset: condicere eum decem, Celsus scribit. Huius causæ exceptio hæc est: Nisi etiamsi factum fuisset id ob quod solutũ est, soluens obligatus non erat.

hoc

*hoc enim casu, quamuis ex falsa causa remunerandi animo soluerit, non repetit. Quæ exceptio approbatur l.52.ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Damus aut ob causam, aut ob rem. Ob causam præteritam, ueluti cum ideo do, quòd aliquid à te consecutus sim, uel quia aliquid à te factum est: ut etiamsi falsa causa sit, repetitio eius pecuniæ non sit. Ob rē uerò datur, ut aliquid sequatur: quo nō sequente, repetitio competit. *Concordat l.65.§.id quoq. ff.eod.tit.his uerbis:* Id quod ob causam datur: puta quòd negocia mea adiuta ab eo putaui, licet non sit factum: quia donare uolui (quamuis falsò mihi persuaserim) repeti non potest. *Ait iurisconsultus:* Quia donare uolui. *hoc ideo, quia sciens se non obligatum, etiamsi factum fuisset, soluit: ideoq; uidetur donare uoluisse. & aliàs, qui sciens se non teneri, soluit, non repetit. de quo J cap. prox. except. 26.*

DE SECVNDO GENERE indebiti.

V. *Causa: Si ex causa quasi iusta & utili solutū sit, quæ iusta uel utilis non est, aut ipso iure, aut exceptione aliqua obstēte: condictio competit. Quæ causa approbatur l.26.§.indebitum.ff.de condictione indebiti, his uerbis:* Indebitum solutū accipimus, non solùm si omnino nō debeatur, sed etsi per aliquam exceptionē perpetuā peti nō poterat. quare hoc quoq; repeti poterit: nisi sciens se tutū exceptione, soluit. *Concordat d. l.26.§.adeò, his uerbis:* Adeò perpetua exceptio parit cōdictionē, ut Iulianus lib. X. scripserit, si emptor fundi dānauerit hæredē suū, ut uenditorē à nexu uēditi liberaret, mox uēditor ignorās rem tradiderit: posse eum fundum condicere. Idemq; etsi debitorem hæredē suum damnauerit liberare, & ignorans soluerit. *Concordat item l.40.in prin.ff. eod. tit. cuius uerba uide J.cap. prox. exc.1. Concordat item l.54.ff.eod.tit.his uerbis:* Ex his omnibus causis, quæ iure nō ualuerūt, uel non habuerunt effectū: secuta per errorē solutione, cōdictioni locus erit. *Itē concordat l.34.§.fin ff.de solutionib. cuius uerba uide S.lib.prox.cap.10.except.31.in prin. Sanè causa proposita duplex est. nam (ut suprà lib.prox.cap.1.in prin. diximus) omnis exceptio aut causæ ex qua agitur, inest: aut ex eo quod causam sequitur, est sumpta. Ita quoq; causa iniusta, ex qua indebitū soluitur, aut ab initio iniusta et inutilis est ad actionē producēdā: aut ab initio iusta & utilis existens, ex pòst facto iniusta efficitur, & fit irrita. Quæ diuisio innuitur in uerbis d.l.54.iā propositis hisce:* Quę iure non ualuerūt, uel nō habuerūt effectū. *Innuitur itē l.1.§.fin.ff.de cōdict.sine causa, his uerbis:* Constat, id demū posse cōdici alicui, q uel nō ex iusta causa ad eū peruenit, uel redit ad nō iustā causam. *Vtriusq; generis species aliquot & exempla ordine enumerabimus. Prioris igitur generis species prima hæc est: Si pupillus sine tutoris authoritate promiserit, & ex ea causa solutū sit. Quæ species proponitur l.41.ff.de condict. indebiti. cuius uerba cū cōcordantib. uide S.lib.36.cap.3.exc.1. repl.3 & 4. Altera species est: Si mulier pro alio intercesserit, et ex ea causa soluerit. Quæ species proponitur l.40.in prin. ibi: ut accidit. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J.cap.prox.exc.1. Tertia species est: Si qs rē suā emerit, & preciū soluerit. Quæ species proponitur l.37.ff.d.tit.his uerbis:* Seruū meū insciēs à te emi, pecuniāq; tibi solui. eā me à te repetiturū, & eo nomine condictionē mihi esse, omnimodo puto: siue scisses meū esse, siue ignorasses. *Quarta species est: Si de alimētis sine prætore trāsactū sit, eoq; nomine solutū. Quæ species proponitur l.23.§.uē si ob.ff.d.tit. cuius uerba uide S. lib. 9.cap.6.quæst.2.reg.2. Quinta species est: Si quis post rē iudicatā trāsegerit, et ex ea causa soluerit. Quæ species proponitur d.l.23.§.si post rē. cuius uerba uide S. lib.9.ca.5.exc.15. Hactenus prioris generis species seu exēpla enumerasse sufficiat: quarū plures uide in singulis contractuum & obligationum speciebus.*

VI. *Causa: Si ex causa quæ ab initio quidē obligatoria fuit, sed ex pòst facto irrita facta est, solutio sit facta. Hæc causa, species causæ superioris, approbatur p ea quæ S.causa prox.in prin. proposita sunt: eiusq; species hæ sunt. Prima species est. Si cōditio defecerit. Quæ species proponitur exēplo l.58.ff.de cōdict.indebiti, his uerbis:* Seruo manumisso fideicōmissum ita reliquit, si ad libertatē ex testamēto peruenerit. Is post acceptā sine iudice pecuniā, ingenuus pnūciatus est: indebiti fideicōmissi repetitio erit. *Secunda species est: Si causa ob quā datū est, secuta nō sit. Quæ species proponitur l.52.in fine.ff.d.tit. cuius uerba uide S.causa prox. exc.1. Cōcordat l.65.§.quod ob rē ff.eod.tit.his uerbis:* Quod ob rē datur, ex bono & æquo habet repetitionē: ueluti si dem tibi ut aliquid facias, nec feceris. *Cōcordat itē l.23.in prin. ibi: idem puto.ff.eod.tit. cuius uerba uide S.causa 4.in prin. Cōcordat itē d.l.23.§.si quis post. cuius uerba uide S.lib. 9.cap.5.exc.15.repl.4.dupl.2. Cōcordat itē l.1.in fine. ff.de cōdict.ob turpē. cuius uerba uide J.ca.11.in prin. Aliud exēplū est, si cū cōditionis implēdæ causa dedisset, ut legatū uel hæreditatē cōsequeretur: postea uel eā uel nō cōsequatur. Quod exēplū pponitur d.l.65.§ sed et agere, his uerbis:* Agere p cōdictionē ppter cōditionē legati, uel hæreditatis (siue nō sit mihi legatū, siue adēptū sit legatū) possum, ut repetam quod dedi: quoniam non contrahendi animo dederim: quia causa propter quam dedi, non est secuta. Idem, etsi hæreditatem adire nolui, uel non potui. Non idem potest dici, si seruus meus sub cōditione hæres institutus sit, & ego dedero, deinde manumissus adierit. nam hoc casu secuta est res. *Plura de pposita specie uide J. cap 10 Tertia species est: Si testamētum ex quo solutio facta est, falsum, inofficiosum, ruptū uel irritū pronūciatū fuerit: aut solutis legatis, æs alienū aut Falcidia*

*emerserit, uel legatum ademptum sit. Hæc multiplex species proponitur l.2.ff.de condict.indebiti, bis uerbis:* Si quis sic soluerit, ut si apparuisset esse indebitum, uel Falcidia emerserit, reddatur: repetitio locum habebit. negociũ enim contractum est inter eos. Si quid ex testamento solutum sit, quod postea falsum, uel inofficiosum, uel irritum, uel ruptum apparuerit: repetetur. sed & si post multum tempus emerserit æs alienum, uel codicilli diu celati prolati sunt, qui ademptionem continent legatorum solutorum, uel deminutionem per hoc, quia alijs quoq; legata relicta sunt. Nam diuus Hadrianus circa inofficiosum & falsum testamentum rescripsit, actionem dandam ei, secundum quẽ de hæreditate iudicatum esset. *Concordat l.3.cum lege sequente. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄. cap.prox.quæst.3.reg.1.except.2. Quarta species est: Si cum ex causa transactionis solutum esset, transactio fuerit resoluta. Quæ species proponitur l.23. in prin.ibi: idem puto.ff.de condict.indebiti.cuius uerba uide s̄.causa 4. Quinta species est: Si cum seruus cõditionis implendæ causa soluisset, ut liber efficeretur: postea ex alia causa liber appareat. Quæ species proponitur l.67.in prin.ff.d.tt.bis uerbis:* Stichus testamento eius quem dominum suum arbitrabatur, libertate accepta, si decẽ annis ex die mortis annuos decem hæredibus præstitisset: per octo annos præfinitam quantitatem, ut iussus erat, dedit: postmodũ quũ se ingenuũ cõperit, nec reliquorũ annorũ dedit, & pronunciatus est ingenuus. quæsitũ est, an pecuniã quã hæredibus dedit, ut indebitã datã repetere, & qua actione possit? Scæuola. Respondi, si eam pecuniam dedit, quæ neq; ex operis suis, neq; ex re eius cui bona fide seruiebat, quæsita sit: posse repeti. *Concordat l.3.§.si liber.ff.de cõdict.causa dati. cuius uerba uide s̄. cap.10.quæst.1. except.10. repl.4. Sexta species est: Si cum eidem seruo primum sub cõditione dãdorũ decẽ libertas relicta esset, deinde in codicillis purè: is posterius legatũ ignorans, cõditionis implendæ causa decem soluerit. Quæ species proponitur l.3.§.sed etsi seruus.ff.de condict.causa dati, bis uerbis:* Si seruus qui testamento hęredi iussus erat decẽ date, & liber esse, codicillis purè libertatẽ acceperit, & id ignorãs dederit hæredi decem: an repetere possit? Vlpianus. Celsus refert, patrẽ suũ Celsum existimasse, repetere eum nõ posse. Sed ipse Celsus naturali ęquitate motus, putat repeti posse. Quæ sententia uerior est. Quanquam constet (ut & ipse ait) eũ qui dedit ea spe, quòd se ab eo q accepit, remunerari existimaret, uel amiciorẽ eũ sibi esse futurũ: repetere nõ posse, opinione falsa deceptũ. *Septima species est: Si cũ hæredi cõditionis implendæ causa soluisset, ut hæreditatẽ uel legatũ acciperet: hæres postea coactus hæreditatẽ adierit, eãq; soluenti ex fideicõmisso restituerit. Quæ species proponitur l.34.ff.de cõdict.indebiti. cuius uerba uide s̄ lib.34. cap 3.quæst.3. reg.4.exc.1. Octaua species uidetur: Si cum ob rem non defensam soluisset, postea defendere sit paratus. Sed hæc species reprobatur l.35.ff.d.tt.bis uerbis:* Qui ob rem non defensam soluerit (quãuis postea defendere paratus est) non repetet quod soluit. *Nona species est: Si cũ debitori liberatio in testamẽto creditoris legata esset, id ignorans soluerit. Quæ species proponitur l.26.§.adeò ff eod.tt. cuius uerba uide s̄. causa prox.in prin. Decima species est: Si exceptione pacti de nõ petẽdo tutus soluerit. Quæ species proponitur l.32.§.1.ff.de cõdict.indebiti, bis uerbis:* Fideiussor cũ paciscitur, ne ab eo pecunia petatur, & per imprudentiã soluerit: cõdicere stipulatori poterit. idq; eo, q̃a reus quidẽ manet obligatus, ipse aũt sua exceptione tutus est. nihil aũt interest, fideiussor, an hæres eius soluerit. Quòd si huic fideiussori reus hæres extiterit, & soluerit: nec repetet, sed liberabitur. *Concordat l.40.§.fin.ff.eod.tt. bis uerbis:* Si pactus fuerit patronus cum liberto, ne operæ ab eo petantur: quidquid postea solutum fuerit à liberto, repeti potest. *Huius causæ exceptio hæc est: Nisi cum fideiussor exceptione pacti conuenti de non petendo tutus esset, reus principalis hæres ei existens soluerit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hisce:* Quòd si huic fideiussori, &c. *Vndecima species est: Si cum debitor delato sibi iureiurando iurasset, se dare nõ oportere: soluisset. Quæ species proponitur l.43.ff.d.tt. bis uerbis:* Si quis iurauit se dare non oportere, ab omni contentione discedetur: atque ita solutam pecuniam repeti posse, dicendũ est. *Duodecima species est: Si cum idem debitor & creditor esset, atq; compensationis, retentionis seu deductionis exceptione tutus, nihilominus soluerit. Hæc species proponitur exemplo l.41. ff. d tt. bis uerbis:* Si is qui hæreditatem uendidit, & emptori tradidit, id quod sibi mortuus debuerat, non retinuit: repetere poterit. quia plus debito solutum per cõdictionem rectè recipitur. *Concordant huic exemplo ea quæ proponuntur s̄.lib.41.cap.7.quæst.2.reg.13. Huius speciei exceptio prima hæc est: Nisi retentionem tantùm, non etiam petitionem is qui soluit, habuit. Quæ exceptio approbatur exẽplo l.33 ff.d.tt.cuius uerba cũ cõcordantib.uide s̄.lib.21.ca.8.reg 7.exc.6. Huius exceptionis replicationes uide d.exc.6. Altera exceptio est: Nisi cõpensationis exceptio aliqua replicatione possit elidi. Hæc exceptio approbatur l.10.ff.d.tt. bis uerbis:* Qui inuicẽ creditor, idẽq; debitor est, in casibus, in quib. cõpẽsatio locũ non habet, si soluit: nõ habet condictionẽ ueluti indebiti soluti, sed sui crediti repetitionem. *Decima tertia species est: Si cum antea solutum esset debitũ, postea rursus per errorẽ soluatur. Hæc species approbatur per ea quæ proponuntur s̄. cap. prox. quæst.*

*quæst.3.reg.2.* Huius *speciei seu caussæ exceptio hæc est: Nisi prior solutio liberationē non pariat. hoc enim casu id quod postea solutū est, non condicitur. quæ exceptio approbatur l.59. ff. de cōdict. indebiti. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 11. reg. 2. exc. 1. Cōcordat l. 34. §. fin ff. de solutionib. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 10. exc. 31. in prin. Item concordat l. 58. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. prox quæst. 5. reg. 8. except. 3. Decimaquarta species est: Si cum debitor creditori suo hæres existeret, & ita obligatio confusa esset, cohære dib. suis solidū debitum soluerit. hoc enim casu id quod solutū est, repeti potest. quæ species approbatur, simul & distinguitur l. 18. in prin. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Frater à fratre, cū in eiusdē potestate esset, pecuniā mutuatus, post mortē patris ei soluit: quęsitū est, an repetere possit? Africanus respondit, utiq; quidē pro ea parte, qua ipse hęres patri extitisset, repetiturum: pro ea uerò, qua frater hæres extitisset, ita repetiturū, si non minus ex peculio suo ad fratrē peruenisset. Naturalē enim obligationē, quæ fuisset, hoc ipso sublatam uideri, q peculij partē frater sit cōsecutus: adeò ut si prælegatō filio eidemq; debitori fuisset, deductio huius debiti à fratre ex eo fieret. Idque maximè cōsequens esse ei sentētię, quā Iulianus probaret: si extraneo qd debuisset, & ab eo post mortē patris exactō esset: tantum iudicio eum familiæ erciscundæ recuperaturū à cohæredib. fuisse, quantū ab ijs creditor actione de peculio cōsequi potuisset. Igitur si re integra familiæ erciscundæ agatur: ita peculiū diuidi æquō esse, ut ad quantitatē eius indēnis à cohæredib. pręstetur. Porrò eum quē aduersus extraneū defendi oporteret, longè magis in eo quod fratri debuisset, indemnem præstandū. *Huius speciei seu caussæ exceptio hæc est, quòd non nisi pro parte qua debitor creditori hæres extitit, cōdictio indebiti ei sit danda. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vtiq; quidē pro ea parte, qua ipse hæres patri extitisset, repetiturū. *Huius replicatio hæc est: Nisi cum filiusfamiliâs debitor creditori patri pro parte hæres extitisset, peculiū eius ad cohæredē peruenerit. hoc enim casu pro quantitate peculij, quæ ad cohæredē puenit, debitori ultra partem hereditariā condictio indebiti dāda est, quasi bis solutum esset. quæ replicatio approbatur uerbis s. propositis hisce:* Pro ea uerò, qua frater hęres extitisset, &c. *Hæc de secundo genere indebiti, eiusq; speciebus & exemplis sint dicta.*

## DE TERTIO GENERE INDEBITI.

*VII. Caussa: Si iusta quidem debiti caussa fuit, sed per solutionē liberatio non cōtigit. nam & hoc casu soluti cōdictio competit, quamuis debitū maneat. quæ caussa approbatur l. 26. §. si decem. ff. de condictione indebiti, uerbis s. cap. prox. quæst. 5. reg. 7. propositis hisce:* Si liberor, cesset condictio: si non liberor, cōdictio erit. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi cū certū hominē deberet, statuliberū post morā uel culpa sua factū soluerit: hoc enim casu nec liberatur, neq; repetit. Quæ exceptio approbatur l. 63. ff. d. tt. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 9. exc. 21. Altera exceptio est: Nisi ex alia causa debens, ex alia soluerit: hoc enim casu liberatio qdē nō cōtingit à causa ex qua debetur, argumēto eorū quæ proposita sunt s. lib. prox. cap. 10. in prin. nō tamē solutū repetitur, sed cōpēsationis iure retinetur. de qua re uide j. ca. prox. exc. 30. Plures huius causæ exceptiōes speciales uide in causis sequētib. Nā causæ propositæ quatuor potissimum sunt species. Prima: Si alius quàm q debet, soluit. Altera: Si alij quàm cui debetur, solutū sit. Tertia: Si aliud quàm debetur, sit solutū. Postrema: Si antequā dies debiti uenerit, solutio sit facta. de quib. quatuor speciebus cū alijs cognatis ordine dicetur in causis sequētib.*

*VIII. Causa: Si alius quàm q debet, soluit: repetitiōi locus est. Quæ apꝓbatur l. 19. §. 1. ff. de cōdictiōe indebiti, his uerbis:* Quāuis debitū sibi qs recipiat: tamē si is q dat, nō debitū dat: repetitio cōpetit: ueluti si is q hæredē se uel bonorū possessorē falsò existimās, creditori hęreditario soluerit. hic. n. neq; uerus hęres liberatus erit, & is quod dedit, repetere poterit. *Cōcordat l. 65. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Indebitum est nō tātū, quod omnino non debetur: sed & quod alij debetur, si alij soluatur: aut si id quod alius debebat, alius quasi ipse debeat soluat. *Itē cōcordat l. 32. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. causa 4. specie 10. Itē cōcordat l. 59. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 11. reg. 2. exc. 1. Cōcordat itē l. 34. §. fin. ff. de solut. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 10. exc. 31. in prin. Cōcordat itē l. 5. C. de cōdict. indebiti, his uerbis:* Si à patre emācipatus ei non intra tēpora pstitura iure honorario successisti: quidquid indebitū postea per errorem (utpote patris successor) dedisti: eius cōdictionē tibi cōpetere, nō est incerti iuris. *Huius causæ exceptio prima hæc est: Nisi alius quàm q debet, nomine debitoris soluerit. Quæ exceptio approbatur l. 44. ff. de cōdict. indebiti, his uerbis:* Repetitio nulla est ab eo q suū recepit: tametsi ab alio, q̄ à uero debitore, solutū est. *Cōcordat l. 9. §. si quis indebitam. ff. de condict. causa dati. cuius uerba uide s. cap. prox. quæst. 4. except. 2. Concordat item l. 36. ff. eod. tt. his uerbis:* Seruus cuiusdam insciente domino magidem cōmodauit: is cui commodauerat, pignori eam posuit, & fugit. Qui accepit, nō aliter se redditurū aiebat, q̄ si pecuniā accepisset. Accepit à seruulo, & reddidit magidē. quæsitum est, an pecunia ab eo repeti possit? Paulus respondit, si is qui pignori accepisset, magidem alienam scisset apud se pignori deponi: furti eū se obligasse. Ideoq; si pecuniā à seruulo accepisset, redimendi furti causa: posse repeti. Sed si nescisset alienam rem apud se deponi: non esse furem. Item si pecunia eius nomine,

mine, à quopignus acceperat, à seruo exoluta esse: non posse ab eo repeti. Huius exceptionis species sunt exceptiones aliquot proximè sequentes. Planè eius replicatio hæc est: Nisi creditor sciens pro re aliena sibi pignori obligata redimenda ab alio debitum acceperit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Paulus respódit, &c. Altera exceptio est: Nisi procurator debitoris soluerit. Quæ exceptio approbatur l.6.in prin.ff.de condict.indebiti, his uerbis: Si procurator tuus indebitum soluerit, & id tu ratum non habeas: posse repeti, Labeo libris Posterior. scripsit. Quòd si debitum fuisset, non posse repeti, Celsus ait: ideo, quia cum quis procuratorem rerum suarum constituit: id quoque mandare uideatur, ut soluat creditoris: neq; postea expactandum sit, ut ratum habeat. Concordat d.l.6.§.fin.cuius uerba uide s.cap. prox.quæst.3.reg.1.except.1.repl.3.Item concordat l.27.ff.de solutionib.his uerbis: Quodlibet debitū solutū à procuratore meo non repeto: quoniam cum quis procuratorem omnium rerum suarū constituit, id quoq; mandare uidetur, ut creditorib. suis pecunia soluatur: neq; postea expectandum est, ut ratum habeat. Tertia exceptio est: Nisi tutor debitoris soluerit. Quæ exceptio approbatur d.l.6.§.fin. Quarta exceptio est: Nisi unus ex duobus, quorū singuli pro parte tenentur, solidum soluerit: hoc enim casu repetitio cessat, quamuis soluens non nisi pro parte tenebatur. Quæ exceptio reprobatur l.49.§.1.ff.de fideiussorib. cuius uerba uide ā.lib.45.cap.1.quæst.2.exc.55.repl.2. Planè admittitur in duob.fideiussorib. d.l.49.§.quòd si duo.cuius uerba uide s.lib.45.cap.2.quæst.1.exc.2.

IX. Causa: Si pupillus, furiosus, uel is cui bonis interdictum est, soluerit. Hæc causa approbatur l.29.ff. de condict.indebiti, his uerbis: Interdum persona locum facit repetitioni: uiputa si pupillus sine tutoris authoritate, uel furiosus, uel is cui bonis interdictū est, soluerit. Ná in ijs personis generaliter repetitioni locum esse, non ambigitur. Et siquidem extant nummi, uindicabūtur: p cōsumptis uerò condictio locū habebit. Concordat Inst. quib. alienare nō licet.§.fin.cuius uerba uide s.lib.21.cap.4.causa 1.exc.3.Itē cōcordat l.14.§.fin.ff.de solut.cuius uerba uide s.lib.18.cap.7.quæst.1.reg.1.except.3.repl.2.

X. Causa: Si reus criminis creditori suo soluerit. Hæc causa reprobatur l.42.ff.de solut.cuius uerba uide s.lib.prox.cap.7.exc.10. Hactenus causæ cōdictionis, desumptæ ex psona soluētis: sequūtur eæ quæ sumuntur ex persona eius cui solutum est.

XI. Causa: Si alij quàm cui debetur, solutū est. Hæc causa approbatur l.65.§.fin.ff.de cōdict.indebiti.cuius uerba uide ā.causa 8.in prin. Huius exēplū primū est, si falso procuratori sit solutū. quod pponitur l.8.C.de cōdict.indebiti.his uerbis: Creditoris falso pcuratori soluēti, aduersus eū indebiti repetitio, nō obligationis liberatio cōpetit. Cōcordat l.14.ibi: quod si dominus.ff.de cōdict.causa dati.cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.4.exc.4. Aliud exemplū proponitur l.55.ibi: nā si seruus.ff.de cōdict. indebiti.cuius uerba uide s.ca.prox.quæst.1.reg.1.exc.4. Tertiū exēplum proponitur l.22. in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Si me putē tibi aut Titio pmisisse: cū aut neutiū factū sit, aut Titij psona in stipulatione cōprehēsa nō sit, & Titio soluero: repetere à Titio potero. Quartū exēplū proponitur l.26.§.heredi, in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.4.exc.5. Quintū exēplū est: Si maritus socero dotē soluerit, uxore nō cōsentiēte. Quod exēplū approbatur, simul et distinguitur p ea quæ proponūtur s.lib.15.cap.6.exc.19.repl.2. Planè propositæ causæ exceptio prima hæc est: Nisi procuratori creditoris sit solutū. Quæ exceptio approbatur l.6.§.Celsus ait.ff.de condict. indebiti. cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.4.exc.4.repl.1. Cōcordāt ea quæ proponūtur s.lib.prox.cap.8.repl.6. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi dominus solutionē procuratori factā, ratā nō habuerit. Hæc replicatio reprobatur d.§.Celsus. Cōtradicit l.14.ibi: quod si dominus.ff.de cōdict. causa dati.cuius uerba uide s.ca.prox.quæ.4.exc.4. Cōtradicit itē l.58.§.fin.ff.de solut. cuius uerba uide ā.cap.prox.quæst.5.reg.8.exc.3. Altera replicatio est: Nisi cū ita solutio procuratori facta esset, ut nisi dominus ratū habuisset, cōdicatur: dominus ratū nō habuerit. Hæc replicatio approbatur l.14.in prin.ff.de solut.his uerbis: Quòd si fortè quis ita soluat, ut nisi ratū habeatur, condicat: si dñs solutioné ratá nō habuerit, cōdictio ei q soluit, cōpetit. Cōcordat l.58.in prin.ibi: posteriore.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.exc.prox. Secunda exceptio est: Nisi creditor solutionem alij factā ratā habuerit. Quæ exceptio approbatur d.l.58.in prin.his uerbis: Si qs offeréti se negocijs alienis bona fide soluerit, quádo liberatur? Et ait Iulian. cū dominus ratū habuerit, tūc liberari. Idē ait, antequá dominus ratū habuerit, an cōdici ex ea causa possit? & ait interesse, qua mēte solutio facta esset: utrū ut statim debitor liberaretur, an uerò cú dominus ratū habuisset. Priore casu cōfestim posse cōdici pcuratori: & tūc demū extingui cōdictioné, cú dominus ratū habuisset. Posteriore tūc demum nasci cōdictionē, cú dominus ratū nō habuisset. Cōcordat l.14.§.si gener.ff.de solut. cuius uerba uide ā.lib.15.cap.6.exc.19.repl.2. Itē cōcordat l.23.ff.de negocijs gestis.cuius uerba uide s. lib.prox.cap.8.repl.3.dupl.2. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi postquá creditor se adrogādū dedisset, pater eius ratū habuerit. Quæ replicatio approbatur d.l.58.§.si creditor, his uerbis: Si creditor, cuius ignorátia pcuratori solutū est, adrogádú se dederit: siue habuerit pater ratú, siue nō habuerit: repetere debitor potest. Altera replicatio est: Nisi tunc cum soluens alia ratione liberari potuit, creditor ratum habuerit. Hæc replicatio approbatur l.ult.§.fin.in fine.ff.ratam rem haberi. cuius uerba ui-

ba uide ĩ.lib.6.cap.8.quęst.3.except.4.repl.1. Huius replicationis duplicatio haec est: Nisi fideiussor qui ad tempus obligatus erat, ante tempus finitum soluerit: hoc enim casu, quamuis post tempus finitum dominus ratum habuerit, condictio tamen cessat. Quę duplicatio approbatur l.71, §.1.ff. de solutionib. his uerbis: Si fideiussor procuratori creditoris soluit, & creditor post tẽpus quo liberari fideiussor potuerit, ratum habuit: tamen quia fideiussor, cum adhuc ex causa fideiussionis teneretur, soluit: nec repetere potest, nec minus agere aduersus reum mandati potest, quàm si tum praesenti dedisset. Tertia replicatio uidetur: Nisi cum ignoraret creditor alij solutum, debitori acceptotulerit: hoc enim casu, quamuis postea certior factus ratam habuerit solutionem, tamen condictioni locus esse uidetur. Sed haec replicatio reprobatur d.l.71.§.item si ignorant. cuius uerba uide ĩ.lib.prox.ca.13.quęst.5.except.21. Tertia exceptio est: Nisi is cui solutum est, postea in ius creditoris successerit. Haec exceptio approbatur exemplo l.96.§.fin.ff. de solutionib. cuius uerba uide ĩ.lib.prox.cap.8.repl. 14. Quarta exceptio est: Nisi cum eo etiam, cui solutio facta est, contractum sit, quamuis de re aliena. Haec exceptio approbatur l.26.§.qui filiofamiliâs.ff. de condict. indebiti, his uerbis: Qui filiofamiliâs soluit, cum esset eius peculiaris debitor: siquidẽ ignorauit ademptũ ei peculium, liberatur: si scit & soluit, condictionem non habet: quia sciens indebitum soluit. Concordat l.55.in prin. ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. cap.prox.quęst.3.reg.1. except.4. Quinta exceptio est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio sit solutum. Haec exceptio approbatur per ea quę proponũtur ĩ lib. prox. cap.8.repl.4. Huius exceptionis replicatio haec est: Nisi debitor post stipulationẽ soli stipulatori se soluturũ cõstituerit, & nihilominus Titio soluerit. Quę replicatio approbatur l.8.cum lege sequẽte. ff.de consti tuta pecunia.cuius uerba uide ĩ.d.ca 8.repl.16.dupl. 1. Plures propositę causę exceptiones uide d. cap.8. repl.1.cum sequentibus.

XII.Causa: Si aliud quàm debetur, solutum sit, uel non tale, quale debetur: quia per hanc solutionem liberatio non contingit (ut ostensum ĩ.lib.prox.cap. 9.in prin.) condictioni indebiti locus est. Quę caussa approbatur etiam l.19.§.penult.ff.de cõdict.indebiti, his uerbis: Si putem me Stichum aut Pamphilum debere, cum Stichum debeam, & Pamphilum soluam: repetam quasi indebitum solutum: nec enim pro eo quod debeo, uideor id soluisse. Huic contradicit l. 19.in fine.ff.de leg. 2.cuius uerba uide ĩ.lib.14.cap.11. quęst.1.except.19.repl.5. Aliud exemplum habetur l.26.§.si centum.ff.de condict.indebiti. cuius uerba uide ĩ.cap.prox. quęst.5. reg.2. except.2. Huius etiam exemplum est, si hominem debens, statuliberum soluat. quod proponitur l.38.§.qui hominem. ibi: & illi condictionem ff.de solut.cuius uerba uide ĩ.lib.prox. cap.9.exc.21.repl.1. Planè huius exempli exceptio haec est: Nisi certũ hominẽ debẽs, statuliberũ culpa sua factum soluerit. Quę exceptio approbatur l.65 ff.de cõdict.indebiti.cuius uerba uide d.exc.21. in prin. Aliud propositę causę exẽplũ est, si cũ fundũ seruũ tradere deberet, liberum tradidit. quod proponitur l.12.in fine.ff.d.tt.his uerbis: Cum iter excipere debebam, fundum liberum per errorem tradidi: incerti condicam, ut iter mihi concedatur. Planè causę propositę exceptio haec est: Nisi id quod debetur, non sit solutum: hoc enim casu creditor indebitũ quod accepit, retinere potest, donec debitũ soluatur. Quę exceptio approbatur d. §.si centum, in fine.

XIII.Causa: Si plus quàm debetur, solutũ sit, cõdictio indebiti competit. Quę causa approbatur l 19.§. fin.cũ lege sequẽte.ff.de cõdict.indebiti.cuius uerba uide ĩ.cap.prox.quęst.3.reg.2.exc.1. Concordat l.25.ff. eod.tt.cuius uerba uide d.reg.2.in prin. Cõcordat itẽ l.26.in prim.ff.eod.tt.cuius uerba uide ĩ.ca.prox. exc. 17. Cõcordat item l.11.ff.eod.tt.cuius uerba uide ĩ.causa 1. Itẽ cõcordat l.67.§.tutor.ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ.cap.prox.quęst.3.reg.1.exc.1.repl.1. Huius causę exceptio prima haec est, quòd id tãtùm, quod amplius debito solutũ est, repetitur, nõ omne quod est solutũ. Quę exceptio cõstat ex legib. iam allegatis. cuius tamẽ replicatio haec est: Nisi pecuniã debens, fundũ maioris precij per errorẽ soluit: hoc enim casu totus fundus repetitur. Quę replicatio approbatur d.§.si cẽtũ. Altera exceptio est: Nisi cũ quis sibi quinq;, aut decem Titio dari stipulatus esset: Titio decẽ sint soluta: hoc enim casu quinq; quasi indebita nõ repetũtur. Quę exceptio approbatur l.98.§. qui stipulatur, in fine.ff.de solut. cuius uerba uide ĩ.lib. prox. cap.9.exc.15.repl. 4. Tertia exceptio est: Nisi cũ pro parte haeres solidũ soluisset, postea cohaeredis portio ei adcrescat. Quę exceptio approbatur l.25.ff.de solut.his uerbis: Ex parte haeres institutus, si decẽ, quae defunctus promiserat, tota soluerit: pro parte quidem qua haeres est, liberabitur: pro parte autem reliqua ea condicet. Sed si antequam condicat, ei adcreuerit reliqua pars haereditatis: etiã pro ea parte erit obligatus. Et ideò condicenti indebitum doli mali exceptionem obstare existimo. Quarta exceptio est: Nisi is qui nõ nisi in id quod facere potest, solidũ soluerit, uel alius pro eo: hoc enim casu cõdictio cessat. Quę exceptio approbatur l.8.cũ lege sequẽte. ff.de cõdict.indebiti, his uerbis: Quod nomine mariti, qui soluendo non est, alius mulieri soluit, repetere non potest: ideò quia debitum est mulieri. Nã & maritus, si cũ facere nihil possit, dotẽ soluerit: in ea causa est, ut repetere non possit. Cõcordat l.5.§.idẽ Iulian ff de liberatione legata. cuius uerba uide ĩ.lib.34.cap.13. Quinta exceptio est: Nisi pater filij nomine cõuẽtus, plus quàm in peculio est, soluerit. Quę exceptio approbatur l.11.ff. de condict. indebiti, his uerbis: Si is cum quo de peculio actum est, per imprudentiam plus quàm in peculio esset, soluerit: repetere nõ potest. Cõtradicit d.§.idẽ Iulianus. ibi: sed est uerius.

Sexta

*Sexta exceptio est:* Nisi cum Stichum aut Pamphilum deberet, & utrunq; soluisset: alteruter postea decesserit. *Hæc exceptio approbatur l.32.in prin.ff.de condict.indebiti,his uerbis:* Cum is qui Pamphilum aut Stichum debet, simul utrunque soluerit: si postea quam utrūq; soluit, aut uterque, aut alter ex his desierit in rerum natura esse: nihil repetet. id enim remanebit in soluto, quod superest.

X I I I I. *Causa: Si cum deductionis uel retentionis exceptione tutus esset debitor, nihil ex debito retinuerit, sed totum soluerit. De hac causa dictum s. causa 6. specie 12.*

X V. *Causa: Si cautio debita in soluendo sit omissa, potest condici. Quæ causa approbatur l.39.ff.de condictione indebiti, his uerbis:* Si quis, cum à fideicommissario sibi cauere poterat, nō cauerit: quasi indebitum eum plus debito solutum repetere posse, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. *Concordat l.1. §.item sciendum, in fine. item §.fin ff. si cui plusquam. cuius uerba uide s.lib.33.cap.9.caus.3.quæst.1.except.6.*

X V I. *Causa: Si cum decem aut Stichum deberet, quinq; soluerit: Sticho postea soluto, quinq; erunt condicenda. Quæ causa approbatur l.26.§.si decem.ff.de condict.indebiti.cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.5.reg.7.*

X V I I. *Causa: Si cum hominem incertum deberet, putans se Stichum debere, eum soluerit. Hæc causa approbatur l.32.§.fin ff.d.tt. his uerbis:* Qui hominem in genere promisit, similis est ei qui hominem aut decem debet: adeoque si cū existimaret se Stichum promisisse, eum dederit: condicet. Alium autem quemlibet dando liberari poterit.

X V I I I. *Caussa: Si ante diem debiti uenientē solutio facta sit: condictio indebiti competit. Quæ causa approbatur, simul & distinguitur l.16.ff.de condict.indebiti,his uerbis:* Sub conditione debitū, per errorē solutū, pendente quidē cōditione repetitur: conditione autē existente, repeti nō potest. Quod [illegible] sub incerto die debetur, die existēte nō repetitur. *Cōcordat l.48.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.lib.prox.ca.10.exc.33.repl.1.dupl.5. Concordat item l.56.ff. eod.tt.cuius uerba uide j.cap.prox.except.15. Item concordat l.5.§: idem Iulianus. ibi quem solutum.ff.de liberat. legata. cuius uerba uide s.lib.14.cap.13. Huius caussæ exceptio prima hæc est: Nisi antequam condiceretur, dies uenerit, uel conditio extiterit. Quæ exceptio approbatur uerbis d.l.16. iam propositis hisce:* Conditione autem existente, repeti nō potest, &c. *Concordat l.38.§.qui hominem.ibi: perinde atq;. ff.de solutionib.cuius uerba uide s.lib.prox.cap.9.except.21.repl.1. Huius exceptionis replicationes uide s.lib.prox.cap.10.except.33.repl.1.dupl.2.cum sequentib. Altera exceptio est: Nisi dies debiti certus sit. Hæc exceptio approbatur l.10.ff.de cōdict.indebiti, his uerbis:* In diem debitor adeò debitor est, ut ante diem solutum repetere non possit. *Concordat l.51.ff. mandati. cuius uerba uide s.lib.45.cap.4.quæst.5.reg.2. Item cōcordat l.38.§. inter.ff.de uerb.obligat.cuius uerba uide s.lib.prox.cap.10.except.33.repl.1.dupl.5. Tertia exceptio est: Nisi certū sit, diem uel conditionem omnino extituram esse. Quæ exceptio approbatur l.18. ff.de condictione indebiti,his uerbis:* Quòd si sub ea conditione debetur, quæ omnimodo extatura sit: solutum repeti non potest. licet sub alis conditione, quæ an impleatur incertū est, si antè soluatur, repeti possit. *Concordat l 17.ff.eod. tt.his uerbis:* Si cum moriar, dare promisero, & antè soluam: repetere me non posse, Celsus ait. quę sententia uera est. *Quarta exceptio uidetur: Nisi id quod quis purè debet, sub conditione promiserit, & ante conditionem existentem soluerit. Sed hæc exceptio reprobatur l.60.§.ubi autem. ff.d.tt.cuius uerba uide j cap.prox.except.14. Quinta exceptio est: Nisi uerus debitor post litem contestatam soluerit, manēte adhuc iudicio. Hæc exceptio approbatur d.l.60.*

## DE EXCEPTIONIBVS *præcedentium causarum generalibus. Cap. V I I I.*

HActenus *causæ condictionis indebiti tam generales quàm speciales enumeratæ sunt: quarum sunt aliquot exceptiones communes et generales, quæ in hoc capite proponentur: & primùm quidem eæ quæ sumuntur ex genere & qualitate exceptionis, qua tutus fuit is qui soluit.*

1. Exceptio: *Nisi exceptio qua soluens tutus fuit, in odium et pœnam creditoris fuerit introducta. hæc exceptio approbatur l.40.in prin.ff.de condict.indebiti,his uerbis:* Qui exceptionem perpetuā habet, solutum per errorē repetere potest. Sed hoc nō est perpetuum. Nam si quidem eius causa exceptio datur, cum quo agitur: solutum repetere potest: ut accidit in Senatuscōsulto de intercessionib. Vbi uerò in odiū eius cui debetur, exceptio datur: perperā solutū nō repetitur. Veluti si filiusfamiliâs cōtra Macedonianū mutuā pecuniā acceperit, & paterfamiliâs factus soluerit, nō repetit. *Concordat.l.19.in prin ff.eod.tt.his uerbis:* Si pœnę causa eius cui debetur, debitor liberatus sit: naturalis obligatio manet. Et ideo solutum repeti non potest. *Concordat item l.9.§.penult.ibi: quia hi demum.ff.ad S.C. Macedonianum. cuius uerba uide j. except. prox.quæ est species huius exceptionis.*

I I. Exceptio: *Nisi exceptione S.C.Macedoniani tutus soluit. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l 40.iam propositis hisce:* Veluti si filiusfamiliâs, &c. *Concordat d.§.penult.his uerbis:* Hi qui pro filiofamiliâs sine uoluntate patris eius intercesserunt, soluendo non repetent. hoc enim

nim & diuns Hadrianus constituit,& potest dici non reperituros. atquin perpetua exceprione turi sunt.Sad & ipse filiusfamiliâs:& tamen non repsrit: quia hi demum solutum non repetunt,qui ob pœnam creditorum actione liberantur,non quoniam exonetare soa lex uoluit.*Cōcordat d.l.9.§.fin. cum lege sequente,his uerbis:*Soluendo non repatunt:quia naturalis obligatio manet.*Concordat item l.7.§.fin.ff.d.tt.ad S.C. Macedonianum. cuius uerba uide s̄.lib.39.cap.3.quæst.1.repl.30. Item concordat l.14. in fine.ff.si certum petatur.cuius uerba uide J.repl.prox.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi filiusfamiliâs soluerit:hoc enim casu pater numos uindicare non prohibetur.Quæ replicatio approbatur,simul & distinguitur d.l.14. his uerbis:* Si filiusfamiliâs contra senatusconsultum mutuatus,pecuniam solusrit:patri numos uindicanti nulla exceptio obijciatur. Sed si fuerint consumpti numi à creditore: Marcellus ait, cessare condictionem. Quoniam toties condictio datur,quoties ax aa causa numetati sunt,ex qua actio esse potuisset,si dominium ad accipientem transtulisset.In proposito aūt nō asse.Denique per errorem soluti contra senatusconsultū crediri,magis est cessare repetitionam. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi numi à creditore sint consumpti . Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si fuerint cō sumpti numi à creditore,&c. *Altera duplicatio est:Nisi filiusfamiliâs qui soluit, hæres patri extitit.Quæ duplicatio approbatur l.26.§.si filiusfamiliâs .ff.de condict. indebiti , his uerbis :* Si filiusfamiliâs contra Macedonianum mutuatus soluerit,& patri suo hęres effectus ualit uindicare numos : exceprione submouebitur à uindicatione numorum. *Tertia duplicatio est:Nisi filiusfamiliâs pecuniam sibi ab alio donatam soluerit.Hæc duplicatio approbatur,simul & distinguitur l.9.§.1.ff.ad S.C.Macedon. his uerbis:* Si ab alio donatam sibi pecuniam filius creditori soluerit:an parer uindicare uel repetere possit? Et ait Iulianus, siquidem hac conditiona ai donara sit pecunia , ut creditori solueretur,uidari à donarore profectam protinus ad craditorem,& fieri numos accipientis. Si uerò simpliciter ei donauit,alienationem eorum filium non habuisse: & idso si soluerit,condictionem patri ex omni euantu competere. *Altera propositæ exceptionis replicatio est:Nisi curator minoris soluerit. Quæ replicatio approbatur l.8.ff.eod.tt.his uerbis:* Cum à curatore per ignorantiam solutum sit,repetere potest.

III. Exceptio : *Nisi exceptione de eo quod facere potest . tutus,solidum soluerit , uel alius ipsius nomine . De hac exceptione uide s̄. cap. prox. caussa 13.except.4.*

IIII. Exceptio: *Nisi exceptione , ne ultra uires peculij conueniatur , tutus , solidum soluerit.* De *hac exceptione dictum d.causa 11.except.5.*

V. Exceptio: *Nisi cùm ipso iure actio non daretur in soluentem,soluit.* Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap.prox.causa 4. except.1.

VI. Exceptio: *Nisi exceptio qua tutus debitor soluit,replicatione aliqua elidi potuit .* Hæc exceptio approbatur exemplo l.28.ff.de condict. indebiti. cuius uerba uide J.except.14. Aliud exemplum proponitur l.30.ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap. prox. causa 6.specie 12.except.2.Alia exempla sunt,si deberi pronunciatum sit:item,si de negocio trāsactum sit. de quibus sequitur.

VII.Exceptio:*Nisi deberi pronunciatum sit.* Hæc exceptio approbatur l.29. §.in omnibus.ff. mandati. cuius uerba uide s̄.lib.45.cap.4. quæst.6. reg.1.exc. 4.Concordat l.1.ibi:non ex causa.C.de condict.indebiti.cuius uerba uide s̄.cap.6.quæst.5.reg.13.Item concordat l. 60.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. exc. 14. Huius exceptionis replicatio hæc est: *Nisi ex falsis instrumentis iudicatum sit .* Quæ replicatio approbatur l. 11. ff. de exceptione & præscript. cuius uerba uide s̄.libro 4.capite 8.quæst.1.exceptione general.9.

VIII.Exceptio:*Nisi de negocio,cui exceptio obstabat,transactum sit.* Hæc exceptio species superioris sextæ exceptionis approbatur , simul & distinguitur l.65.in prin.ff.de condictione indebiti,his uerbis: In summa (ut generalitar de repetitione tractemus) sciendū est,dari aut ob trāsactioné; aut ob causam , aut propter conditionem, aut ob ram, aut in debitum. In quibus omnibus quæritur de repetitiona. Et quidem quod transactionis nomina datur, licet res nulla media fuerit , non repetitur. Nam si lis fuerit:hoc ipsum quod à lite discaditur,causa uidetur esse. Sin antem euidens calumnia detegitur : & transactio imperfacta est, & repetitio dabitur. *Concordat l.23.C. de transactionib. cuius uerba uide s̄.lib.9. cap.5.except.19.Concordat item l.1.C.de pactis,hisce uerbis:* Conditionis incertum inter fratres non iniquis rationibus conuentione finitum est. Cum igitur uerbis fideicommissi petitum à patre tuo profitearis,ut si uita sine liberis decederet,hæreditatem Licinio Frontoni restitueret : pactum eo tempore de sextante Licinio Frontoni dando , cum liberos Philinus non sustulerit, interpositum , non idcirco potest iniquum uideri, quòd facta (sicut placuit) diuisione , diem suum te filio eius superstite functus esset. *Concordat item l.2.C.de condict. indebiti.cuius uerba uide s̄.cap.6.quæst.4.except.2. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est : Nisi euidens calumnia detegatur . Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.65.s̄. propositis hisce:* Sin autem

cuidẽa calumnia detegitur: & trãſactio imperfecta eſt, & repetitio dabitur. *Altera replicatio eſt: Niſi cùm tranſactionis nomine datũ eſſet, tranſactio facta non ſit. Quæ replicatio approbatur l.23.in prin.ff.de condict.indebiti.cuius uerba uide ã. cap.prox.cauſa 4.* *Tertia replicatio uidetur: Niſi tutoribus tranſigentibus & ſoluentibus, pupillus tranſactionem ratam non habuerit. Hæc replicatio reprobatur l.96.§. cum pupilla. ff.de ſolutionibus. cuius uerba uide ſ̃.lib.prox.ca.7. except.1.diſtinct.3.*

IX.Exceptio: *Niſi cauſa exceptionis, qua ſoluens tutus fuit, exceptionem tantùm, non etiam actionem pariat. Hæc exceptio approbatur l.51.ff.de condict. indebiti, his uerbis:* Ex quibus cauſis retaotionem quidem habemus, petitionem autẽ non habemua: ea ſi ſoluerimua, repetere oon poſſumus. *Huius exemplum proponitur l.13.ff.eod.tt.cuius uerba cum concordantibus uide ſ̃. lib.21.cap.8.reg.7.except.6. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non dominus, ſed ſeruus eius pecuniam ſoluerit ſine ipſius conſenſu. Hæc replicatio approbatur l.94.§.fin.ibi: cum uerò ſeruus.ff.de ſolutionibus. cuius uerba uide ã.libro prox. cap.7.exceptione 2.*

X. Exceptio: *Niſi exceptio qua ſoluens tutus fuit, iure ciuili introducta, naturali iure deficiat. Hæc exceptio approbatur l.9. ff. de action.& obligat. cuius uerba cum concordantibus uide ã.lib.16.cap.1.de natural.obligat.proprio 3. Huius exemplum proponitur l.13.ff.de condict.indebiti, his uerbis:* Neturaliter atism ſeruus obligatur. Et ideo ſi quia nomioe eius ſoluat, uel ipſe manumiſſus, uel (ur Pompooiua ſcribit) ex peculio eo, cuiua liberam adminiſtrationem habebat, repeti non potarit. Et ob id & fideiuſſor pro ſeruo acceptua, & pignua pro eo detum tenebitur. Et ſi ſeruoa qui peculij adminiſtratiooem habet, ram pignori io id quod debebat, dederit: utilis pignoraticia reddenda eſt. *Concordat l.83.ff.de ſolut. his uerbis:* Si tuo ſeruo credidero, eumq́; redemaro, & ia manumiſſua mihi ſoluerit: oon repetet. *Item concordat l.32.ff.de reg.iuris. cuius uerba uide ſ̃.lib.36.cap.3.except.3.repl.2. Item concordat l.13.in fine.ff.de action. & obligat.cuius uerba uide d.except.3.in prin. Item concordat l.hæres.21. §.quod ſi hic.ibi: & tamen nihilominus.ff de fideiuſſorib.cuius uerba uide ã.lib.45.cap.1. quæſt. 4. reg.1. except.1.repl.3. Plura de exemplo propoſito uide j.except.prox. Aliud exemplũ proponitur ſ̃.except.2. Sed & alia exempla uide j.in exceptionib. proximè ſequentibus.*

XI. Exceptio: *Niſi exceptione hac, quòd ſeruus ſe obligauerit, tutus ſoluerit. Hæc exceptio approbatur p ea quæ propoſita ſunt ã.except.prox.exẽplo primo. cuius replicatio hæc eſt: Niſi ſeruus ſine domini uoluntate ex ſuo contractu ſoluerit: hoc enim caſu domino ſerui uindicatio & condictio pecuniæ non eſt deneganda. Quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.19. cum lege ſequente. ff. de fideiuſſorib. cuius uerba uide ã.lib.45.cap.4.quæſt.6.reg 1.exc.5.*

XII.Exceptio: *Niſi exceptione hac, quòd inter dominum & ſeruum geſtum ſit, tutus ſoluerit. Hæc exceptio approbatur l.64. ff. de condict. indebiti, his uerbis:* Si quod dominua ſetuo debuit, maoumiſſo ſoluit: quamuis axiſtimaret ei ſe alique actione teneri, tameo rapetera oon poterit: quia naturale debitum agnouit. Vt enim libertaa naturali iure cõtinetur, & dominatio ex gentium iore introducta aſt: ita debiti oel noo debiti ratio in condictione naturaliter iotalligenda eſt.

XIII.Exceptio: *Niſi exceptione hac, quòd inter patrem & filiumfamiliâs geſtum ſit, tutus ſoluerit. Hæc exceptio approbatur l.18.§.quæſitum.ff.d.tt.his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi pater filio cradiderit, iaq́; emãcipetua ſoluat, an repetere poſſit? Africanus reſpoodit, ſi oihil ex peculio apod patrem remanſerit, nõ rapetiturum: nam maoere naturalem obligationem. Argomento eſſe, quòd extraneo egẽte intra annum da peculio, deduceret pater, quod ſibi filiua deboiſſet. Contrà ſi pater, quod filio debuiſſet, eidem emancipato ſoluerit: non repetet. Nam hic quoque manere oaturalem obligationem, eodem argumeoto probatur. Quòd ſi extraneua iotra aonum de paculio agat: etiam quod pater ei debuiſſet, computetur. Eademq́ue etunt, etſi extraneus hærea exhæredato filio ſoluerit id quod ei pater debuiſſet.

XIIII.Exceptio: *Niſi cùm exceptione rei iudicatæ tutus eſſet is qui ſoluit, malè fuerit iudicatum. Hæc exceptio approbatur l.28.ff.de condict.indebiti, his uerbis:* Iudax ſi malè ebſoluerit, & abſolutua ſua ſponte ſoluerit: repetere nõ potaſt. *Concordat l.60.ff.eod.tt.his uerbis:* Iulianus uerum debitorẽ poſt litem conteſtatam, maoẽre adhuc iudicio, negabat ſoluentem repatere poſſe: quia oec abſolotua, nec coodemnetus repetere poſſet. Licet enim abſolutua ſit, natura tamen debitorem manare: ſimilemq́; eſſe ei dicit, qui ita promiſit, Si ua oauis ex Aſia ueoerit, ſioe noo oenerit: quie ex una ceuſa elteriua ſolutionia origo proficiſcitur. Vbi autem quia quod purè debet, ſub conditione oooendi animo promiſit: pleriq; putant, pendente nouatione ſolutum repeti poſſe: quia ex qua obligatione ſoluat, adhuc incertũ ſit. Idemq́; aſſe, ac ſi diuerſaa perſooaa pooaa eandem pecuniem porè, & ſub conditione nouẽdi animo promiſiſſe. Paulus. Sed hic diſsimile eſt. In ſtipulatione enim pura & conditionali eundem debitutum, certum eſt.

XV.Exceptio: *Niſi exceptio qua tutus fuit is qui ſoluit, dilatoria ſit, non perpetua. Qua exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̃.cap.prox.cauſa 18.*

sa 18. except. 2 & 3. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi incertum sit, utrum temporaria, an perpetua exceptio sit futura. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt d. causa 18. in prin. Cui concordat l. 56. ff. de condict. indebiti, his uerbis: Sufficit ad causam indebiti, incertum esse, temporaria sit, an perpetua exceptionis defensio. Nam si quis ne conueniatur, donec Titius cōsul fiat, paciscatur: quia potest Titio decedente, perpetua fieri exceptio, quæ ad tēpus est Titio consulatum ineunte: summa ratione dicetur, quod interim soluitur, repeti. Vt enim pactum quod in tēpus certū collatum est, non magis inducit condictionem, quàm si debitor ex ea die soluisset: ita prorsus defensio iuris, quæ causam incertā habet, cōditionis instar obtinet. Hactenus exceptiones desumptæ ex genere & qualitate exceptionis, qua tutus fuit is qui soluit. Sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex causa ex qua solutio facta est.

XVI. Exceptio: Nisi pœnæ nomine solutio facta est. Hæc exceptio approbatur l. 42 ff. de cōdict. indebiti, his uerbis: Pœnæ non solent repeti, cum depensæ sunt. Concordat l. 46. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum alijs cōcordantibus uide s. lib. 40. cap. 12. quæst. 4. reg. 6. exc. 2. Huius exēplum proponitur l. 15. ff. de cōdict. indebiti. cuius uerba uide s. ca. prox. causa 6. specie 8. Planè huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi delictum non sit commissum, cuius nomine pœna soluta est. Hæc replicatio approbatur l. 23. §. fin. ff. d. tit. his uerbis: Si qua lex ab initio dupli uel quadrupli statuit actionem: dicendum est, solutum ex falsa eius causa, repeti posse. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi tale sit genus delicti, in quo inficiando lis crescit. Quæ duplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce: Ab initio, &c. Cui concordat l. 4. C. eod. tit. his uerbis: Ea quæ per inficiationem in lite crescunt, ab ignorante etiam indebita soluta repeti nō posse, certissimi iuris est. Sed etsi cautio indebitæ pecuniæ ex eadem causa interponatur, condictioni locū nō esse constat. Concordat item Inst. de obligat. quæ ex quasi contractu. §. ex quibusdam. cuius uerba uide s. except. 22.

XVII. Exceptio: Nisi usurarum nomine solutū sit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur l. 26. in prin. ff. de condict. indebiti, his uerbis: Si nō sortem quis, sed usuras indebitas soluit: repetere non poterit, si sorti debitas soluit. Sed si supra legitimum modum soluit: diuus Seuerus rescripsit (quo iure utimur) repeti quidem non posse, sed sorti imputandū: etsi postea sortē soluit, sortē quasi indebitā repeti posse. Proinde & si sors antè soluta fuerit: usuræ supra legitimū modū solutæ quasi sors indebita repetūtur. Quòd si simul soluerit: poterit dici, & tunc repetitionem locum habere. Huius exceptionis replicatio prima hæc est, quòd quamuis usuræ indebitæ solutæ repeti non possint, sorti tamen imputari posse. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce: Sed si supra legitimum modum soluit, &c. Concordat l. 26. §. si quis autem. ibi: sed etsi acceperit, C. de usuris. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 9. quæst. 2. reg. 2. Concordat item l. 102. §. fin. ff. de solut. cuius uerba uide s. lib. prox. ca. 12. reg. 1. except. 1. repl. 2. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi ex pacto nudo usuræ fuerint debitæ: hæ enim quamuis indebitæ non potuerint peti, tamen solutæ repeti non possunt, nec in sortem imputari. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. l. 26. in prin. s. propositis hisce: Si sorti debitas. Cōcordat l. 3. C. de usuris. cuius uerba cū concordantib. uide s. d. cap. 9. quæst. 1. causa 1. except. 2. repl. 3. Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi ultra legitimū modū in pactū sint deductæ. Quæ duplicatio approbatur d. l. 26. §. supra duplū. cuius uerba uide s. d. cap. 9. quæst. 2. reg. 1. Altera replicatio est: Nisi sors quoq; fuerit indebita: hoc enim casu quemadmodū sors, ita etiam usuræ indebitæ solutæ repeti possunt. Quæ replicatio approbatur l. 26. §. si quis. ff. de condict. indebiti, his uerbis: Si quis fallò se sortē debere credens, usuras soluerit: potest condicere, nec uidetur sciens indebitū soluisse. Cōcordat l. ult. §. fin. ff. de cōstituta pecunia. cuius uerba uide s. lib. 45. cap. 5. quæst. 2. except. 25. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi cū minor 25. annis aduersus cōtractū, ex quo usuras soluerat, in integrum restitutus esset, nulla usurarum mentione facta. Quæ duplicatio approbatur l. ult. § fin. ff. de cōdict. indebiti, his uerbis: Lucius Titius Caio Seio minori annis uiginti quinq; pecuniā certā credidit, & ab eo aliquantulum usurarū nomine accepit. Caij Sei minoris hæres aduersus Publium Mæuiū à præside prouinciæ in integrū restitutus est, ne debitū hæreditarium solueret: & nec quicquā de usuris eiusdem sortis, quas Seius minor annis 25 exoluerat, repetendis tractatū apud Præsidē, aut ab eo pronunciatū est. quæro, an usuras quas Caius Seius minor annis 25. quoad uiueret, creditori exoluerat, hæres eius repetere possit? Scæuola. Respondi, secundū ea quæ proponerētur, condici id quod defunctus usurarū nomine soluisset, non posse. Item quæro, si existimas repeti nō posse, an ex alio debito hæres eas retinere possit? Respondi, Ne hoc quidem. Tertia replicatio est: Nisi post sortem solutam usuræ indebitæ sint solutæ. Hæc replicatio approbatur l. 18. C. de usuris, hisce uerbis: Indebitas usuras, etiam si ante sortē solutæ nō fuerint, ac propterea minuere eam nō potuerint, sed post sortē redditam creditori fuerint datæ: exclusa ueteris iuris uarietate, repeti posse, perpensa ratione firmatū est. Cōcordat l. 26. in prin. ibi: proinde etsi. ff. de cōdict. indebiti. cuius uerba uide s. ead. except. in prin. Quarta replicatio est: Nisi sors soluta sit, non imputatis usuris indebitis solutis. Hæc replicatio approbatur d. l. 26. in prin. ibi: etsi postea.

XVIII. Exceptio: *Nisi libertus operas, uel operarũ indebitarũ nomine patrono soluit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.26.§.libertus, his uerbis:* Libert⁹, cũ se putaret operas patrono debere, soluit: cõdicere eũ nõ posse, quãuis putãs se obligatũ soluit, Iul. li. X. Digest. scribit. natura enim operas patrono libertus debet. Sed etsi non operæ patrono sunt solutę: sed cũ officiũ ab eo desideraretur, cũ patrono decidit pecunia & soluit, repetere non potest. Sed si operas patrono exhibuit non officiales, sed fabriles (ueluti pictorias, uel alias) dum putat se debere: uidẽdũ est, an possit condicere? Et Celsus lib. X. Digestor. putat, eã esse causam operarũ, ut nõ sint eædẽ, neq; eiusdẽ hominis, neq; eædẽ exhibeantur. Nã plerunq; robur hominis, ætas, tẽpus, opportunitasq; naturalis causã operarũ mutant. Et ideo nec uolẽs quis reddere potest. Sed hæ quidem operæ recipiũt æstimationem. Et interdũ licet aliud præstemus (inquit) aliud cõdicimus. Vtputa fundum indebitũ dedi, & fructus condico: uel hominẽ indebitũ, & hunc sine fraude modico distraxisti. nempe hoc solùm refundere debes, quod ex precio habes: uel si meis sumptibus preciosiorem hominem feci, nõ æstimari hæc debẽt. Sic & in proposito ait posse condici, quanti operas esset cõducturus. Sed si delegatus sit alij à patrono in officiales operas, apud Marcellũ lib. XX. Digestor. quæritur? Et dicit Marcellus, nõ teneri eũ, nisi fortè in artificio sint. hæ enim iubente patrono & alij edendæ sunt. Sed si soluerit officiales delegatus: nõ potest condicere neq; ei cui soluit creditori, cui alterius contemplatione solutũ est, quiq; suum recepit: neq; patrono, quia natura ei debẽtur. *Concordat l.penult.ff. præscriptis uerbis. cuius uerba uide ĩ.lib.39.cap.4.quæst 2.exc.8. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi non officiales, sed fabriles operas indebitas libertus patrono præstiterit: harũ enim æstimatio repeti potest. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si operas patrono exhibuit, &c. *Altera replicatio uidetur: Nisi delegante patrono libertus alij operas præstiterit. Quæ replicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si delegatus sit alij à patrono, &c. *Tertia replicatio est: Nisi patronus liberto pactum fecerit de operis non petendis. Quæ replicatio approbatur l.40.§.fin.ff.de condict. indebiti. cuius uerba uide ĩ.cap.prox.causa 6 specie 10.*

XIX. Exceptio: *Nisi dotis causa soluit. Hæc exceptio approbatur l.32.§.si in ea.ff.de condict. indebiti, his uerbis:* Si in ea opinione sit mulier, ut credat se pro dote obligatam: quidquid dotis nomine dederit, non repetit. Sublata enim falsa opinione, relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non poterit.

XX. Exceptio: *Nisi pietatis causa soluit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Pietatis causa, ex qua solutum repeti non poterit. *Concordat Inst. de obligat. quæ quasi ex contractu. §.fin. cuius uerba uide ĩ.except.prox.*

XXI. Exceptio: *Nisi legati uel fideicommissi causa soluit. Hæc exceptio reprobatur l.7.C.de cõdict. indebiti, his uerbis:* Fideicõmissum uel legatũ indebitũ ꝑ errorẽ facti solutũ repeti posse, explorati iuris est. *Planè admittitur exceptio proposita, si in pias causas legatũ uel fideicõmissum sit relictũ. Quæ distinctio approbatur Inst.d.§.fin. his uerbis:* Ex quibusdam causis repeti nõ potest, quod ꝑ errorẽ nõ debitũ solutũ sit. Sic nãq; definierũt ueteres, ex quib. causis infitiãdo lis crescit, ex ijs causis nõ debitũ solutũ repeti nõ posse: ueluti ex lege Aquilia, itẽ ex legato. Quod ueteres qdẽ in ijs legatis locũ habere uoluerũt, q̃ certa cõstituta, ꝑ damnationẽ cuiq; legata fuerãt. Nostra aũt cõstitutio, cũ unam naturã omnibus legatis & fideicõmissis indulsit, huiusmodi augmẽtũ in omnibus legatis & fideicõmissis extẽdi uoluit: sed non omnibus legatarijs hoc prębuit, sed tantũmodo in ijs legatis & fideicõmissis, quæ sacrosanctis ecclesijs, & cæteris uenerabilibus locis, quæ religionis uel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita soluantur, non repetuntur.

XXII. Exceptio: *Nisi remunerandi & donandi animo quid datum sit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ĩ.cap.prox.causa 4.exc.1. Cõcordat l.6.C.de condict. ob causam. cuius uerba uide ĩ.cap.prox.causa 2.*

XXIII. Exceptio: *Nisi tãquã indebitũ sibi solutũ reddidit, cũ id retinere posset. Quæ exceptio approbatur l.49.§.1. ibi: propterea. ff.de fideiussoribus. cuius uerba uide ĩ.lib.45.cap.1.quæst.2.exc.55.repl.2. Hactenus exceptiones aduersus causas cõdictionis indebiti, desumptæ partim ex genere & qualitate exceptionis, qua tutus fuit is q soluit: partim ex causa ex qua solutũ est. sequũtur nũc exceptiões desumptæ partim ex ꝑsona eius cui indebitum solutum est, partim ex re in solutum data, partim ex alijs huiusmodi circũstantijs.*

XXIIII. Exceptio: *Nisi pupillo sine tutoris authoritate indebitũ sit solutũ. Hæc exceptio approbatur Inst. quib. mod. re cõtrahitur obligat. §.is quoq; q. ibi: unde pupillus. cuius uerba uide ĩ.cap.prox.causa 2. Concordat l.66.§.si autem debitor. ff.de solut. cuius uerba uide ĩ.lib.prox.cap.8.repl.1.dupl.2.*

XXV. Exceptio: *Nisi quis non suã, sed alienam rem uel pecuniam soluerit. Hæc exceptio reprobatur l.15.§.sed etsi.ff.de cõdict. indebiti, his uerbis:* Etsi nummi alieni dati sunt: cõdictio cõpetit, ut uel possessio eorũ reddatur: quemadmodũ etsi falsò existimans possessionem me tibi debere alicuius rei, tibi tradidissem, condicerem. *Planè admitti uidetur exceptio proposita, primùm quidem, si is qui rem alienam in solutum accepit*

eam

*eam usuceperit. Sed hæc distinctio reprobatur d.l.15. §.sed etsi possession.his uerbis:* Etsi possessionem tuam fecissem, & ita tibi per longi têporis præscriptionem auocari non posset: etiam sic rectè recum per indebiti condictionem agerem. *Deinde admittitur exceptio proposita, si usufructus rei alienus sit: hoc enim casu deducto usufructu condicendum. Quæ distinctio approbatur d.l. 15.§.fin.his uerbis:* Si usufructus in re soluta alienus sit: deducto usufructu, à te condicã. *Tertiò admittitur exceptio ꝓposita, si pars rei aliena sit: hoc enim casu dempta parte ista, cõdictio cõpetit. Quæ distinctio approbatur l.19. §.si falsò ff. de condict.indebiti, his uerbis:* Si falsò existimans debere tibi numos soluero, qui pro parte alieni, pro parte mei fuerunt: eius summæ partem dimidiam, non corporũ, condicã. *Quartò admittitur exceptio proposita, si quis nõ suam, sed eius cui soluit, pecuniam dederit. Quæ distinctio approbatur l.67.in prin. ibi: si eam pecuniam dedit. ff. eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap.prox.causa 6.specie 5.*

XXVI. *Exceptio: Nisi quis sciens indebitum soluit. Hæc exceptio approbatur l.1.ff.de condict.indebiti, his uerbis:* Si quis indebitum ignorans soluit: per hanc actionem condicere poterit. Sed si sciens se non debere, soluerit: cessat repetitio. *Concordat l.24.ff.eod.tt. his uerbis:* Si is qui perpetua exceptione tueri se poterat, cum sciret sibi exceptionem profuturã, promiserit aliquid, ut liberaretur: condicere non potest. *Concordat item l.62.ff.eod.tt. his uerbis:* Fideicõmissum in stipulationem deductum, tametsi non debitum fuisset: quia tamen à sciente fidei explẽdæ causa promissum esset, debetur. *Item concordat l.26.§.indebitum, in fine. ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.causa 5.in prin. Concordat item d.l.26.§.qui filiofamilias. cuius uerba uide s̄.cap.prox.causa 11.exc.4. Concordat item l.53.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Cuius per errorem dati repetitio est, eius consultò dati donatio est. *Item concordat l.9. C. de cõdict.indebiti.cuius uerba uide s̄.exc.31. Item concordat l.31. §.item cum quæsitum. ff.de inoff.testã. cuius uerba uide s̄ lib.52.cap.5.exc.82.repl.1. Item concordat l.19.§.si quis cum.ff.locati. cuius uerba uide s̄.lib.43.cap.5. quæst.1.causa 16. Item concordat l.50.ff.de solut.cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.9.except.11.in prin. Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi quis dubitans soluerit. Hæc replicatio approbatur l. ult.C.de cõdict.indebiti, his uerbis:* Pro dubietate eorum qui mente titubante indebitam soluerint pecuniam, certamen legislatoribus incidit: id'ne quod ancipiti animo persoluerint, possint repetere, an non? Quod nos decidentes sancimus, omnibus qui incerto animo indebitam dederint pecuniam, uel aliam quandam speciem persoluerint, repetitionem non denegari, & præsumptionem transactionis non contra eos induci: nisi hoc specialiter ab altera parte adprobatur. *Concordat l.2.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.cap.prox.causa 6 specie 3. Altera replicatio est: Nisi soluit ita, ut si apparuisset indebitum, repeteret. Hæc replicatio approbatur d.l.2.in prin. Cuius duplicatio hæc est: Nisi sciens indebitum non titubans soluit ita, ut repeteret. Quæ duplicatio approbatur l.50.ff. de condict.indebiti, his uerbis:* Quod quis sciens indebitum dedit hac mente, ut postea repeteret: repetere non potest.

XXVII. *Exceptio: Nisi ius ignorans soluit. Hæc exceptio approbatur l.10.C.de iuris et facti ignor. his uerbis:* Cùm quis ius ignorans, indebitam pecuniam soluerit: cessat repetitio. per ignorantiam enim facti repetitionem tãtùm indebiti soluti competere, tibi notum est. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi heres, cui remissa fuit in testamento satisdatio legatorum seruandorum causa, putans remitti eam non posse, satisdederit. hic enim nihilominus condicit. Quæ replicatio approbatur l.1.in prin. ibi: si uerò hoc nõ potuisse. ff.ut in possess.legatorũ. cuius uerba uide s̄.lib.31.cap. 12.quæst.10. Altera replicatio est: Nisi mulier ignorans se tutam senatusconsulto Velleiano, pro alio soluerit. Quæ replicatio approbatur l.9.C.ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s̄.lib.45.cap.6.quæst.6. reg.6.*

XXVIII. *Exceptio: Nisi antequam exceptio debitori competeret, soluit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.71.§.1.ff.de solutionibus. cuius uerba uide s̄.cap.prox.causa 11. except.2. repl.2. Aliud exemplum proponitur d.l.71.§. item si ignorans. cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.13.quæst.5. except.21. Tertium exemplum proponitur l.60.ff.de condict.indebiti. cuius uerba uide s̄.except.14.*

XXIX. *Exceptio: Nisi minor 25.annis ex contractu quem fecit, antequam in integrum restitueretur, soluit: nec in restitutione in integrum eius quod solutum est, ulla mentio sit facta. Hæc exceptio approbatur l.ult.§.fin.ff.de condictione indebiti. cuius uerba uide s̄.except.17.repl.2.dupl.1.*

XXX. *Exceptio: Nisi eidem ab eodem ex alia causa debeatur. hoc enim casu repetenti solutum exceptio obstabit. Quæ exceptio approbatur exemplo l. 26.§. si centum, in fine. ff.de condict.indebiti. cuius uerba uide s̄.cap.6.quæst.5.reg.2. Concordat l.32.§.1. in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide s̄.cap.6.quæst.3.reg. 1.except.1. repl.7. Item concordat l. 97.§. fin.ff.de solutionibus. cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.12 reg.1. except.1.*

XXXI. *Exceptio: Nisi per solutionẽ negociũ sit ratificatum & confirmatum. Hæc exceptio approbatur exemplo l.9.C.de condict.indebiti. his uerbis:* Indebitum solutum sciens non rectè repetit. Citra mãdatum autem ab alio re distracta, dominus euicta re, uel ob præcedens uitium satis emptori faciens, non indebitum præstendere, sed per huiusmodi factum ratum contractum habuisse probans, à se

debitum ostendit solutum.

XXXII. *Exceptio: Nisi in solutionis apocha adscriptum sit, ex eo contractu controuersiam nullam amplius esse. Hæc exceptio reprobatur l.67.§. item quæsitum.ff.de condict.indebiti, his uerbis:* Quæsitum est, an pactum quod in pariationibus adscribi solet in hunc modum, Ex hoc contractu nullam inter se controuersiam amplius esse: impediat repetitionem? Scæuola Respondi, nihil proponi, cur impediret.

XXXIII. *Exceptio: Nisi res ab eo cui in solutum data est, sit consumpta. Hæc exceptio reprobatur l.65.§. in frumento.ff.de condict.indebiti, cuius uerba ui de §.cap.6.quæst.5.reg.4.*

XXXIIII. *Exceptio: Nisi seruus ab eo cui in solutum datus est, sit manumissus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d.l.65.§.si seruum, cuius uerba uide d.reg.4.*

XXXV. *Exceptio: Nisi res aliena in solutum data, ab eo qui accepit, sit usucapta. Hæc exceptio reprobatur l.15.§.sed etsi possess.ff.d.tt.cuius uerba uide §.except.25.distinct.1.*

XXXVI. *Exceptio: Nisi res in solutum data perierit. Hæc exceptio approbatur l.32.in prin.ff.d.tt.cuius uerba uide §.cap.prox.causa 13.except.6.Hactenus de condictione indebiti.*

## *DE CONDICTIONE SINE causa. Cap. IX.*

### I. CAVSAE HVIVS Actionis.

I. *Causa: Si quis sine causa indebitum promiserit uel soluerit. Hæc causa approbatur l.1.in prin.ff.de condictione sine causa, his uerbis:* Est & hæc speciea condictionis, si quis sine causa promiserit uel soluerit quid indebitum. *Concordat l.3.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide 3.causa 5.*

II. *Causa: Si causa ob quam datum uel promissum est, non sit secuta. Hæc causa approbatur d.l.1.§.sed et si ob, his uerbis:* Si ob causam promisit, causa tamen secuta non est: dicendum est, condictionem locum habere. *Concordat l.4.ff.eod. tt.his uerbis:* Nihil refert, utrum'ne ab initio sine causa quid datum sit, an causa propter quam quid datum est, secuta non sit. *Concordat item l.6.C.de condict. ob causam, his uerbis:* Cùm ancillam patrem uestrum ei contra quem supplicatis, dedisse proponatis: interest multum, utrum'ne donandi animo dedit, an ob manumittendam filiam, quam ancillam existimabat: cùm perfecta quidem donatio reuocari non possit. caussa uerò donandi non secuta, repetitio competat. *Plura de caussa proposita uide 3.cap prox.*

III. *Caussa: Si caussa ob quam datum uel promissum est, sit finita. Hæc causa approbatur l.1.§.siue autem.ff.de condict.sine causa, his uerbis:* Siue ab initio sine caussa promissum est, siue fuit caussa promittendi, quæ finita est, uel secuta non est: dicendum est, condictioni locum fore. *Huius caussæ exemplum proponitur l.11.§.ego illud.ff.de action.empti.cuius uerba uide §.lib.41.cap.1.quæst.4.reg.8. Aliud exemplum proponitur l.2.ff.de condict. sine causa. cuius uerba uide §.lib.43.cap.6.quæst.4.reg.3.*

IIII. *Causa: Si res alicuius ex iniusta causa ad alium peruenerit, uel redeat ad iniustam causam. Hæc causa approbatur d.l.1.§. fin. cuius uerba uide §.cap.7.causa 5.in prin.*

V. *Causa: Si plus quàm debuit, promisit. Hæc causa approbatur l.1.ff.de condict.sine causa, his uerbis:* Qui sine causa obligantur, incerti condictione consequi possunt, ut liberentur. Nec refert, utrum quis obligationem sine causa suscipiat, an maiorem quàm suscipere eum oporteat: nisi quòd aliàs condictione id agitur, ut omni obligatione liberetur: aliàs, ut exoneretur. Veluti qui decem promisit. Nam siquidem nullam causam promittendi habuit: incerti condictione consequitur, ut tota stipulatio acceptofiat. at si, cum quinque promittere deberet, decem promisit: incerti condictione consequitur, ut in quinque liberetur. *Concordat l.4.C. de condictione ob causam, his uerbis:* Si cum exiguam pecuniam reuera susciperes, longè maiorem te accepisse cauisti, eo quòd tibi patrocinium aduersarius repromitteret: cum dicas fidem promissi non secutam: ut libereris obligatione eius, quod non acceptum propter speratum patrocinium spopondisti, per condictionem consequeris.

### II. QVID VENIAT IN condictione proposita?

I. *Regula: Si sine caussa promissum sit: ut liberetur, condictio competit. Quæ regula approbatur uerbis d.l.3.& d.l.4.§.causa prox. propositis. Concordat l.1.§.1.ff. de condict. ob causam, his uerbis:* Qui promisit sine causa, condicere quantitatem non potest, quã non dedit, sed ipsam obligationem.

II. *Regula: Qui plus quàm debet, promisit: non totam obligationem condicit, sed id tantùm quod amplius promisit. Quæ regula approbatur d.l.1.& d.l.4.*

### III. ADFINIA REMEdia.

*Regulariter quidem ex causis § propositis condictio proposita competit, non alia actio. cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi arra data, pretioq; soluto, quasi caussa finita, arra emptori non redd atur: hoc enim casu etiam ex empto actio est. Quæ exceptio approbatur l.11.§.ego illud.ff.de action. empti.cuius uerba uide §.lib.41.cap.1.quæst.4. reg.8. Altera exceptio est: Nisi cum fullo ob uestimẽta deperdita, precium pro ijs domino soluisset, dominus postea uestimẽta receperit: hoc.n.casu etiã ex cõducto actio est.*

Quæ

Quæ exceptio approbatur l.2.ff.de condict.ob caussam.cuius uerba uide s. lib.41. cap.6.quæst.4. reg.3. Tertia exceptio est: Nisi quis sine caussa promiserit. hoc enim casu ex stipulatu conuentus etiam exceptione defenditur. quæ exceptio approbatur l.2. §. circa.ibi:si quis sine.ff de doli mali except. cuius uerba uide s.lib.17.cap.3. except.13. Hæc de condictione sine caussa.

## DE CONDICTIONE CAVSSA dati non secuta. Cap. X.

### I. CAVSSAE EX QVIBVS competit hæc condictio.

PRima caussa;Si caussa ob quam quid datum est, secuta non sit, uel legi dictæ non paruit is qui accepit. Hæc caussa approbatur per ea quæ proposita sunt s.cap.prox.quæst.1.caussa 2.Concordat l.1. in fine.ff.de condict. ob turpem. cuius uerba uide s.cap. prox.in prin.Item concordat l.65.§. sed & agere. ff. de condict.indebiti. cuius uerba uide s.cap.7.caussa 6.specie 2.Itē concordat d.l.65.§.quod ob rē.cuius uerba uide d.specie 2. Itē cōcordat l.51. in fine.ff. eod.tit. cuius uerba uide d.cap.7.caussa 4.except.1.Itē cōcordat l.8.C.de condict. ob caussam, his uerbis: Dictam legem donationi (si non impossibilē contineat caussam) ab eo qui hāc suscepit, non impletam, condictioni facere locum, iuris dictat disciplina. Quapropter si titulo liberalitatis res tuas in sponsam conferendo certam dixisti legem,nec huic illa, cum posset,paruit:successores ipsius de repetendis quæ dederas,si hoc tibi placuerit,conuenire non prohiberis. Huius caussæ exemplū etiam proponitur l.ult.C d.tit. his uerbis: Aduocationis caussa datā pecuniā, si per eos qui susceperant, quo minus susceptam fidem impleant, stetisse probetur: restituendam esse conuenit. Aliud exemplum proponitur l. 2.C.eod.tit.his uerbis: Si (ut proponis) pater tuus ea lege sorori tuæ prædia, cæteraque quorum meministi,donauit, ut creditoribus ipsa satisfaceret,ac si placita obseruata non essent,donatio solueretur,eaq; contra fidem negocij gesti uersata est: non est iniquum,actionem condictionis ad repetitionem rerum donatarum tibi, qui patri successisti,decerni. Aliud exemplum proponitur l.3.C.eod.tit.his uerbis: Ea lege in uos collata donatio, ut neutri alienandæ suæ portionis facultas ulla competeret: id efficit, ne alteruter eorum dominium prorsus alienet:uel ut donatori uel eius hæredi condictio,si non fuerit conditio seruata, quæratur. Aliud exemplum proponitur l.6. C.eod.tit.cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.1.caussa 2. Concordat l.9.C.eod.tit.cuius uerba uide s.lib 19.cap.4.caussa 11. Aliud exemplum proponitur l.12 ff. de condict. caussa dati, his uerbis: Cui quis mortis caussa donationem fecerat,cum conualuit donator, condicit.fructus quoq; & partus donatarum rerum,& quod adcreuit rei donatæ,repetere potest. Plura de hoc exemplo uide s.lib.35.cap.6.quæst.1.except.14.item cap.7. Aliud exemplum proponitur l.11. ff. eod.tit.his uerbis: Si hæres arbitratu liberti certa summa monumentū iussus facere, dederit liberto pecuniam,& is accepta pecunia monumentū non faciat:condictione tenetur. Aliud exemplū proponitur l.ult.ff.eod.tit.his uerbis: Dedi tibi pecuniam,ut mihi Stichū dares: utrum id contractus genus pro portione emptionis & uenditionis est:an & hic nulla alia obligatio est, quàm ob rem dati re non secuta? in quo procliuior sum. Et ideo si mortuus est Stichus,repetere possum, quod ideo tibi dedi,ut mihi Stichū dares. Finge alienū esse Stichum, sed te tamen eum tradidisse: repetere à te pecuniā potero, quia hominē accipientis non feceris Et rursus,si tuus est Stichus, & pro euictione eius promittere non uis:non liberatis,quo minus à te pecuniam repetere possim. Aliud exemplum est, si cum seruus quæstionis habendæ caussa datus esset, de crimine eius in quæstione non constiterit, nec tamen reddatur. Quod exemplum proponitur l.penult. ff.d.tit.cuius uerba uide s.quæst.6.except.2. Concordat l.8. ff. de præscriptis uerbis. cuius uerba uide s. lib.44.cap.1.quæst.1.caussa 6.exemplo 6.Aliud exēplum est, si cum procuratori solutum esset, dominus id non habuerit ratum.quod proponitur l.14.§.quod si dominus.ff.de condict.caussa dati. cuius uerba uide s.cap.6.quæst.4.except.4.

II. Caussa:Si caussa ob quam quid promissum uel cautum est,secuta non sit.Hæc caussa approbatur l.1. §.sed etsi ob.ff.de condictione sine caussa.cuius uerba uide s.cap.prox. quæst.1. caussa 2. Huius exemplum est cautio non numeratæ pecuniæ:quod proponitur l.4. C.de condictione ex lege, his uerbis: Si non est numeratum,quod uelut acceptutum te sumpsisse mutuò scripsisti, & necdum transijsse tempus statutum, uel infra hunc diem habitam contestationem monstrando:reddi cautionem præsidiali notione postulare potes. Concordat l.4. C.de condict.ob caussam.cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.1. caussa 5.Plura de hoc exēplo uide s. lib.prox.cap.4.

III. Caussa:Si cum acceptolatū alicui ob caussam esset,caussa non sit secuta. Hæc caussa approbatur l. 4 ff.de condict.caussa dati,his uerbis: Si quis acceptotulerit debitori suo, cum conueniret ut expromissorē daret, nec ille det: potest dici,cōdici posse ei q accepto sit liberatus. Cōcordat l.10.ff.eod.tit.his uerbis:Si mulier ei cui nuptura erat, cum dotē dare uellet, pecuniā quæ sibi debebatur,acceptā fecit, neq; nuptiæ secutæ sunt:rectè ab eo pecunia cōdicetur.quia nihil interest,utrū ex numeratiōe pecunia ad eū sine caussa,an p acceptilationem

lationẽ peruenerit. *Plures huiusmodi caussas uide J.except.10.repl.1.cum sequentibus.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM caussarum generales.

I. Exceptio: *Nisi caussa uel conditio non sit expressa. Hæc exceptio approbatur l.7.C.de condict. ob caussam,his uerbis:* Si repatandi,quod donabas uxori aius, quem ad proficiscandũ tecum hoiusmodi liboralitate prouocare proposoatas, nullam addidisti conditionem:ramanet intagra donatio: cum leuitati parfectam donationem teuocare cupiantium iute occurratur. *Concordat l. 6. C. eod. tt.cuius uerba uide ꝫ.cap.prox.quæst.1.caussa 2.Concordat item l.25.C.de transactionib. cuius uerba uide ꝫ.lib.9.cap 5.quæst.2.except.25.repl.3.*

II.Exceptio:*Nisi caussa ob quam datum uel promissum est,turpis sit,& legibus probibita.Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponũtur J.cap.prox. quæst.2.except.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ob matrimonium quod legibus prohibetur,contrahendum dotem dedit. Hæc replicatio approbatur l.5. ff. de condict.sine caussa, his uerbis:* Auunculo nuptura pecuniam in dotem dadit,naq; nupsit:an eandem repetera possit,qoæsitum ast? Papinianus.Dixi,cum ob turpẽ caussam dantis & accipientis pacunia numeratur,cassare condictionem: & in dalicto.pari potiorem esse caussam possassoris. quam tarionem fortassis aliquem secutum respondera, nõ habituram mulierẽ condictionem.Sad ractè dafandi, non tam turpem caussam in proposito, quàm nullã fuisse:cùm pecunia quæ datetur, in dotem conuerti nequiret.non anim stupri,sad matrimonij gratia datam essa.Nouarca priuigno,nurus socaro pacuniam dotis nomine dedit.neq; nupsit: cassare condictio prima facie uidatur: quoniam iura gentium incestum committitur.Atquin magis in ea specie nulla caussa dotis dandæ fuit.cõdictio igitur compatir. *Altera replicatio est:Nisi militi,ut procurationem in iudicio susciperet,dedit:hac enim caussa quamuis legibus probibita sit, condictio tamen competit.quæ replicatio approbatur l.5. C.de condict. ob caussam, his uerbis:* Si militem ad negocium procurarorem fecisti (cum hoc lagibus intardictum sit) ac proptar hoc pecuniã ei numerasti: quidquid ob caussam darum ast, caussa non socuta restitui tibi compatans iudex curæ habebit. *Plura de exceptione proposita eiusq; replicationib.uide J. except.4.repl.2.item J.cap.prox.*

III.Exceptio:*Nisi caussa adiecta sit contra bonos mores:utputa,Si me haredẽ scripseris. Hæc exceptio approbatur l.13.C.de transactionib. cuius uerba uide ꝫ.lib.9.cap 5.quæst.2.except.4.repl.3.*

IIII.Exceptio:*Nisi per reum non steterit, quo minus caussa sit secuta. Hæc exceptio approbatur l.10. C.de condict.ob caussam,his uerbis:* Pecuniam àta datam,si hæc caussa pro qua data est,nõ culpa accipiantis,sed fortuito casu non est sacota: minimè repari posse, certum est. *Concordat l.11. C.eod.tt.cuius uerba uide ꝫ. caussa 10 Concordat item l.5. in prin.ff.de condict. caussa dati. cuius uerba uide J.proximè. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi actor pœnitentia ductus rẽ repetat.quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d.l.5.in prin.his uerbis:* Si pecuniam ideò accaperis,ut Capuam aas:dainde parato ribi ad proficiscendũ,conditiõ remporis ual ualatudinis impadimanto fuérit, quo minus proficiscararia:an condici possit,uidẽdum? & cum pat te non storerit:porest dici,repatitionem cassare.Sed cum licear pœnitera ai qui dedit, proculdubio raparatur id quod datũ est:nisi fortè tua intersit, non accapisse ta ob hanc caussam pacuniã. Nã si ita res sa habeat,ut licet nondum profectus sis,ita tamen tem composueris, ut necesse habeas proficisci: uel sumptus qui necessarij sint ad profactionem,iam facisti,ut manifastum sit plus fortè quàm acceparis, ta erogassa:condictio cassabit.Sad si minus erogatum sit,condictio locum hababit: ita taman, ut indemnitas tibi præstatur eius quod expandisti. *Concordat l.1.in fine.ff.eod. tt. his uerbis:* Si patandi conditioni caussa tibi dacam dedero, & mox repudiauero hæreditaram,ual legatum: possum condicera. *Concordat item l.3.§.1.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. except. 6. in prin. Concordat item l.65.§. sed & agere.ibi: idem etsi.ff. de condiction.indebiti. cuius uerba uide ꝫ.cap.7.caussa 6.specie 2. Item concordat l.13.ff. de condict. causa dati, his uerbis:* Si filius contulerit fratri quasi agniturus bonorum possesssionam,& non agnouerit: repetare aum posse,Marcallus scribit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est:Nisi intersit accipientis rei, non accepisse rem. quæ duplicatio approbatur uerbis d.l. 5. iam propositis hisce:* Nisi fortè tua inrarsit, non accepisse ta ob hanc caussam pacuniam, &c. *Altera duplicatio est: Nisi reus sumptus in rẽ fecit, nec eos actor restituat. Hæc duplicatio approbatur uerbis d.l.5. iam propositis hisce:* Val sumptus qui necassarij sunt ad profactionem, iam fecisti, &c. *Huius duplicationis triplicatio hæc est:Nisi antequam sumptus faceret rem actor illum de pœnitentia sua certiorauit. quæ triplicatio approbatur d.l. 5. §. item si quis.cuius uerba uide J.except.10. repl.1. duplicat.2. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi iure caussa sequi, uel conditio impleri non poßit. hoc enim casu, quamuis non stet per reum, quo minus impleat, utputa iure impeditus : tamen condictio competit. quæ replicatio approbatur l.1. C. de condict. ob caussam, his uerbis:* Pecuniam,quam te ob dotem accepisse pacto interposito

(ut

(ut fieri, cùm iure matrimonium contrahitur, adsolet) proponis: impediente quocunq; modo iuris authoritate matrimonium, iure condictionis restituere debes: & pactum quod ita interpositum est, perinde ac si interpositum non esset, haberi oportet. *Concordat l. 5. C. eod. ti. cuius uerba uide* §. *except. 2. repl. 2. Tertia replicatio est: Nisi cum conditionis implendæ caussa pecunia daretur ad consequendam hæreditatem uel legatum, testamentum iniustum, falsum uel inofficiosum pronuncietur. hoc enim casu, quamuis per reum non stetit, nihilominus condictioni est locus. quæ replicatio approbatur l. 2. ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Si parendi conditioni caussa tibi decem dedero, & falsum testamentum sine scelere eius qui decem dedit, uel inofficiosum pronuncietur ueluti caussa non secuta, decem repetentur. *Concordat l. 65. §. sed & agere. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide* §. *cap. 7. caussa 6. specie 2.*

V. *Exceptio: Nisi impossibilis sit caussa, ob quam datum est. Hæc exceptio elicitur ex l. 8. ibi: si non impossibilem. C. de condict. ob caussam. cuius uerba uide* §. *caussa 1.*

VI *Exceptio: Nisi res in qua caussa implēda erat, perierit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur exemplo serui l. 3. §. planè si tibi. ff. de condict. caussa dati. his uerbis;* Si tibi pecuniam meam dedero, ut Stichum manumittas: si non facis, aut si me pœniteat: condicere possum. Quid si ita dedi, ut intra certum tempus manumittas? si nondum tempus præterijt, inhibenda erit repetitio, nisi me pœniteat: quod si præterijt, condici poterit. Sed si Stichus decesserit: an repeti, quod datum est, possit? Proculus ait, si post id tempus decesserit, quo manumitti potuit, repetitionem esse: si minus, cessare. Quinimò etsi nihil tibi dedi, ut manumitteres, placuerat tamen ut darem: ultrò tibi competere actionem quæ ex hoc contractu nascitur, id est condictionem, defuncto quoque eo. *Concordat l. 5. §. item si quis. ibi: aut si ante. ff. eod. ti. cuius uerba uide* ⁊. *exception. 10. replicat. 1. duplic. 2. Concordat item d. l. 5. §. sed si ubi, his uerbis:* Si quis dederit Titio decem, ut seruum manumittat, & is accepit ut manumitteret, deinde seruus decesserit: siquidem moram fecit manumissioni, consequens est ut dicamus, eum refundere quod accepit. Quòd si moram non fecit, sed cum profectus esset ad Præsidem, uel apud quem manumittere posset, seruus in itinere decessit: uerius est, siue distracturus erat, siue eo quoque ipse usurus: oportere dici, nihil eum refundere debere. Enimuerò si nihil eorum facturus erat: ipsi adhuc seruum obijsse. Decederet enim, etsi non accepisset ut manumitteret: nisi forte profectio manumissionis gratia mortis caussam præbuit: ut si uel à latronibus interfectus sit, uel à ruina in stabulo oppressus, uel uehiculo obtritus, uel alio quo modo non perijsset, nisi manumissionis caussa proficisceretur. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi post moram à reo factam res perierit. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 5.* §. *propositis hisce:* Sed si Stichus decesserit, an repeti quod datum est, possit, &c. *Concordat d. l. 5. uerbis iam propositis hisce:* Siquidem moram fecit manumissioni: consequens est ut dicamus, eum refundere quod accepit. *Altera replicatio est: Nisi per reum steterit, quo magis res perierit. Hæc replicatio approbatur d. uers. aut si ante. Concordat l. 15 ff. eod. ti. cuius uerba uide* ⁊. *quæstion. 6. excepl. 2. Tertia replicatio est: Nisi reus qui pro re quæ perijt, aliquid accepit, neque distracturus eam erat, neque ipse ea usurus. quæ replicatio approbatur uerbis d.* §. *sed si ubi,* §. *propositis hisce:* Enimuerò si nihil eorum facturus erat, &c. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi id quod acceptum est, occasionem dedit, quo res periret. quæ duplicatio approbatur ibidem uerbis* §. *propositis hisce:* Nisi fortè profectio manumissionis gratia, &c. *Quarta replicatio est: Nisi dedi ut dares. hoc enim casu, si id quod dandum à te fuit, perierit; mihi condictio competit eius quod dedi. quæ replicatio approbatur l. ult. ibi: & ideo. ff. d. ti. cuius uerba uide* §. *caussa 1. Planè hic uers. Et ideo. contradicit potius exceptioni propositæ, quàm eam distinguat. De qua re uide Accursium.*

VII. *Exceptio: Nisi seruus, in quo caussa implenda erat, aufugerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 5. §. item si quis. ibi: quod si fugit, his uerbis:* Si quis dederit Titio decem, ut seruum emat & manumittat, seruusque emptus fugit, nec culpa eius contigit qui redemit: nihil præstabit. Planè repromittere eum oportet, si in potestatem suam peruenerit, restituturum. Sed si acceperit pecuniam, ut seruum manumittat, isq; fugerit priusquā manumittatur: uidendū an condici possit quod accepit? Et si quidem distracturus erat hūc seruū, & propter hoc non distraxit, quòd acceperat ut manumittatur: non oportet ei condici. Planè cauebit, ut si in potestatem suam peruenerit seruus, restituat id quod accepit: & eo minus, quo uilior seruus est propter fugam. Planè si adhuc eum manumitti uelit is qui dedit, ille uerò manumittere nolit propter fugam offensus: totum quod accepit, restituere eum oportet. Sed si eligat is qui decem dedit, ipsum seruum consequi: necesse est, aut ipsum ei dari, aut quod dedit restitui. Quòd si distracturus non erat eum: oportet id quod accepit, restitui:

nisi

nisi fortè diligentios eum habiturus esset, si non accepisset ut manumitteret. tūc enim non est æquum, eum & seruo & toto precio carere. *Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi culpa rei conuenti seruus fugit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nec culpa eius contigit qui redemit, &c. *Altera replicatio est: Nisi reus conuentus non caueat, si in potestatem suam seruus peruenerit, se eum restituturū. quæ replicatio approbatur uerbis iā propositis hisce:* Planè repromittere, &c. *Item hisce:* Planè cauebit, &c. *Tertia replicatio est: Nisi ex fuga receptus sit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Planè si adhuc manumitti uelit is, &c. *Quarta replicatio est: Nisi cum quis pecuniam accepisset, ut suum seruum manumitteret, is antequam manumitteretur fugit, neq; dominus eum erat distracturus. quæ replicatio approbatur, simul et distinguitur uerbis s̄. propositis hisce:* Quòd si distracturus non erat eum, &c.

VIII. *Exceptio: Nisi ob caussam præteritam datum sit. hoc enim casu, quamuis ea defecerit, nihilominus datū condici potest. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt s̄. cap. 7. caussa 4. except. 1.*

IX. *Exceptio: Nisi seruus domino dedit ob caussam. Hæc exceptio approbatur l. 9. C. de condict. ob caussam. cuius uerba uide s̄. lib. 19. cap. 4. caussa 11.*

X. *Exceptio: Nisi caussa sit secuta. hoc enim casu cessat condictio. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Si ob rem non inhonestam data sit pecunia: puta ut filius emanciparetur, uel seruus manumitteretur, uel à lite discederetur: caussa secuta, repetitio cessat. *Huius exceptionis replicatio prima hec est: Nisi postquam eum qui dedit, pœnituit, caussa sit secuta. quæ replicatio approbatur l. 5. §. si seruum. ff. eod. tit. his uerbis:* Si seruum quis tradiderit alicui ita, ut ab eo intra certum tempus manumitteretur: si pœnituerit eū qui tradidit, & super hoc eum certiorauerit, & fuerit manumissus post pœnitētiam: attamen actio propter pœnitentiam competit ei qui dedit. Planè si non manumisit constitutio succedit, facitq; eum liberum, si nondum pœniteat eum qui in hoc dedit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi de pœnitentia nondum sit certioratus is qui caussam impleuit. Hæc duplicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Et super hoc eum certiorauerit, &c. *Altera duplicatio est: Nisi re non integra, de pœnitentia sit certioratus. Hæc duplicatio approbatur d. l. 5. §. item si quis, hisce uerbis:* Si quis dederit Titio decem, ut seruum emat & manumittat, deinde pœniteat: siquidem nondum emptus est, pœnitentia dabit condictionem, si hoc ei manifestum fecerit: ne si postea emat, damno adficiatur. Si uerò iā emptus sit, pœnitentia non facit iniuriam ei qui redemit: sed pro decem quæ accepit, ipsum seruum quem emit, restituet: aut si antè decessisse proponatur, nihil præstabit, si modò per eum factum non est. *Altera replicatio est: Nisi inutiliter caussa sit secuta. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, eiusq; exemplum proponitur l. 3. §. si liber. ff. d. tit. cuius uerba uide s̄. repl. 4. uerùm eius duplicatio hæc est: Nisi caussa inualida adhuc conualescere & confirmari possit. quæ duplicatio approbatur exēplo l. 8. ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Quod Seruius in libro de Dotibus scripsit: si inter eas personas, quarum altera nondum iustam ætatē habeat, nuptiæ factæ sint, quod dotis nomine interim datum sit, repeti posse: sic intelligendū est, ut si diuortiū intercesserit prius, quàm utraq; persona iustam ætatem habeat: sit eius pecuniæ repetitio. Donec autem in eodem habitu matrimonij permaneant: non magis id repeti possit, quàm quod sponsa sponso dotis nomine dederit; donec maneat inter eos adfinitas. Quod enim ex ea caussa nondum coito matrimonio datur, cum sic detur, tanquam in dotem peruenturum: quādiu peruenire potest, repetitio eius non est. *Tertia replicatio est: Nisi cum dedissem ut aliud dares, tu alienum, non tuum dederis. Hæc replicatio approbatur l. ult. ibi: finge alienum. ff. d. tit. cuius uerba uide s̄. caussa 1. Quarta replicatio est: Nisi ex alia caussa sit secutum propter quod datū est, non opera neq; beneficio eius qui accepit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 3. §. si liber. ff. d. tit. his uerbis:* Si liber homo, qui bona fide seruiebat, mihi pecuniam dederit, ut eum manumittā, & fecero: postea liber pronunciatus, an mihi cōdicere possit, quæritur? Et Iulianus lib. X. Digestor. scribit, cōpetere manumisso repetitionē. Neratius etiā libris Membranarum refert, Paridem Pantomimum à Domicia Neronis filia decem, quæ ei pro libertate dederat, repetisse per iudicē: nec fuisse quæsitum, an Domicia sciens liberū accepisset. *Concordat l. 67. in prin. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide s̄. cap. 7. caussa 6. specie 5. Quinta replicatio est: Nisi turpe sit id propter quod datum, quodq; secutū est. Hæc replicatio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur s̄. cap. prox. Sexta replicatio est: Nisi cum datum quidē sit, sed de euictione nondum cautū. Hæc replicatio approbatur l. ult. in fine. ff. de condictione caussa dati. cuius uerba uide s̄. caussa 1. Septima replicatio est: Nisi cum caussa ob quam datum est, in non faciendo cōsisteret, is qui accepit, nolit cauere se non facturum. Hæc replicatio reprobatur l. 3. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Dedi tibi pecuniam meam, ne ad iudicem iretur, quasi decidi: an possim condicere, si mihi non caueatur, ad iudicem non iri? Et est uerum, multum interesse, utrum ob hoc solum dedi, ne eatur: an ut & mihi repromittatur non iri. Si ob hoc ut repromit-

promittatur: condici poterit, si non repromittutur.. Si ut non eutur: condictio cessat, quamdiu non itur. Idem est, etsi tibi dedero ut Srichum manumittas. Nam secundũ distinctionem suprà dictam, aut admittenda erit repetitio, aut inhibenda.

## II. QVIBVS DATVR ACTIO propositu?

*I. Regula, De heredibus eius qui dedit ob caussam, proponitur l.2.C.de condict. ob caussam. cuius uerba uide 3.quæst.prox.caussa 1. Concordat l.3. C. eod.tt. cuius uerba uide d.caussa 1.*

*II. Regula: Si alius pro muliere dotem dedit: nuptijs non secutis, mulieri pro qua dedit, non ei qui dedit, condictio cõpetit. quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.9. in prin. ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Si donaturus mulieri, iussu eius sponso numeraui, nec nuptiæ secutæ sunt: id muliet condicet. Sed si ego contraxi cum sponso, & pecunium in hoc dedi, ut si nuptiæ secutæ essent, mulieri dos adquireretur: si non essent secutæ, mihi redderetur: quasi ob rẽ datum, & re non secuta, ego à sponso condicam. *Concordat l.7. ibi: sed si cum. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 3. Planè huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is qui pro muliere dotem dedit, nuptijs non secutis eam sibi reddi pactus sit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Sed si ego contraxi cum sponso, &c. *Altera exceptio est: Nisi is qui pro muliere dotẽ dedit, soluto matrimonio eam sibi reddi pactus sit. hoc enim casu etiam non secuto matrimonio sibi reddi pactus uidetur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.6. ff. d.tt. his uerbis:* Si extraneus pro muliere dotem dedisset, & pactus esset, ut quoquo modo finitum esset matrimoniũ, dos ei redderetur: nec fuerint nuptiæ secutæ: quia de his casibus solummodo fuit conuentum, qui matrimonium sequuntur, nuptiæ autẽ secutæ non sunt: quærendum erit, utrum mulieri condictio, an ei qui dotem dedit, cõpetat? Et uerisimile est, in hunc quoq; casum eum qui dat, sibi prospicere. nam quasi caussa nõ secuta, habere potest condictionem, qui ob matrimonium dedit, matrimonio non copulato: nisi fortè euidentissimis probariõnibus mulier ostenderit, hoc eum fecisse, ut ipsi mulieri magis quàm sibi prospiceret. Sed etsi pater pro filia det, & ita conuenit: nisi euidenter aliud actum sit, condictionẽ patri competere, Marcellus ait. *Tertia exceptio est: Nisi quis quasi debitor mulieris, pro ea dotem dedit. quæ exceptio approbatur l.7. ff d.tt. his uerbis:* Qui se debere pecunium mulieri putabat, iussu eius dotis nomine promisit sponso, & soluit: nuptiæ deinde non intercesserunt. quæsitum est, utrum ipse possit repetere qui pecuniam dedisset, an mulier? Neruu & Atilicinus responderunt: quoniam putasset quidem debere pecuniam, sed exceptione doli mali se tueri potuisset: ipsum repetiturũ. Sed si, cum sciret se nihil mulieri debere, promisisset: mulieris esse actionem. quoniam pecunia ad eam pertineret. Sin autem uerè debitor fuisset, & ante nuptias soluisset, & nuptiæ secutæ non fuissent: ipsum posse condicere, caussa debiti integra mulieri ad hoc solùm manente, ut ad nihil aliud debitor compellatur; nisi ut cedat ei condictitia actione.

## III. ADVERSVS QVOS datur?

*De heredibus proponitur l.8.C.de condict. ob caussam. cuius uerba uide 3.quæst.1 caussa 1.*

## IIII. QVID VENIAT IN CONdictione proposita?

*I. Regula: Venit in hanc actionem, ut id quod datum est, caussa non secuta reddatur. quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt 3.d.caussa 1. Concordat ea quæ proponuntur 3.lib.41.cap.ult.quæst 5.in prin. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi cum decem data essent, ut seruus emeretur & manumitteretur. hoc enim casu empto seruo, si dantem pœniteat, seruus, non decem ueniunt restituenda. quæ exceptio approbatur l.5.§.itẽ si quis. ibi: si uerò tã emptus. ff. de condict. caussa dati. cuius uerba uide 3.quæst.1.exc.10.repl.1.dup.2.*

*II. Regula, De fructibus partu & omni caussa, proponitur l.7.§.fin.ff.de condict. caussa dati, his uerbis:* Fũdus dotis nomine traditus, si nuptiæ secutæ nõ fuerint, condictione repeti potest. fructus quoq; poterunt. Idẽ iuris est de ancilla & partu eius. *Concordat l.12 ff. eod.tt. cuius uerba uide 3. quæst.1.caussa 1.*

## V. QVANDO COMpetat?

*Si cum, ut intra certum tempus fieret, datum esset, tempus illud finitum non sit: actio nondum competit. quæ regula approbatur l.3.§. quod si ita dedi. ff. d.tt. cuius uerba uide 3.quæst.1.except.6.*

## VI. ADFINIA REmedia.

*Regulariter quidem ex caussis suprà propositis cõdictio proposita, non alia competit actio. uerùm eius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi ex contractu nominato res tradita sit: puta res uendita emptori. hoc enim casu, quamuis emptor non soluat precium, & ita caussa dandi non fuerit secuta: non tamen condictio rei traditæ, sed ad precium sequendam ex uẽdito actio datur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt 3.li.42.ca.9.quæst.3.reg.4. Altera exceptio est: Nisi dominiũ rei datæ in accipientem non sit translatũ. hoc enim casu non condictio, sed rei uendicatio, uel ad exhibendũ actio competit. quæ exceptio approbatur l.15.ff.de condict. caussa dati, his uerbis:* Cum seruus tuus in suspicionẽ furti Attio uenisset, dedisti eũ in quæstionẽ sub ea caussa, ut si id repertũ in eo non esset, tibi redderetur.

redderetur. Is eum tradidit præfecto uigilum, quasi in facinore deptehensum. Præfectus uigilum eum summo supplicio adfecit. Ages cum Attio, dare eum tibi oportere: quia & ante mortem dare eum tibi oportuerat, Labeo ait. posse & ad exhibendum agi: quia dolo fecisset, quo minus eum exhiberet. Sed Proculus dari oportere ita ait, si fecisses eius hominem. quo casu ad exhibendum agere non posses. Sed si tuus mansisset: etiam furti te acturum cum eo qui re aliena ita sit usus, cum sciret se inuito domino uti, aut dominum (si sciret) prohibiturũ esse. *Concordat l. 9. in prin. ibi: sin uerò non statim. ff. de iure dotium. cuius uerba uide ȇ. lib. 14. cap. 2. quæst. 4. reg. 7. Concordant item ea quæ proponuntur ȇ. cap. 6. quæst. 8. except. 5. Sed & huius exceptionis exemplum est, si quis suam pecuniã dederit, quasi ea sit accipientis, non sua. hoc enim casu dominium non transfertur: ideoq; uindicatio competit. Quod exemplum proponitur l. 3. §. subtilius. ff. de condict. caussa dati, his uerbis:* Celsus illud tractat, an ille qui se statuliberum putauit, cum non esset, conditionis implendæ caussa dando numos, non fecerit eos accipientis: quoniam hæredi dedit, quasi ipsius hæredis numos daturus, non quasi suos: qui utiq; ipsius fuerunt, adquisiti scilicet post libertatem ei ex testamento competentẽ? Vlpianus. Et puto, si hoc animo dedit, non fieri ipsius. Nam & cum tibi numos meos quasi tuos do: non facio tuos. Quid ergo si hic non hæredi, sed alij dedit, cui putabat se iussum dare? siquidem peculiares dedit: nec fecit accipientis. Si autem alius pro eo dedit, aut ipse dedit iam liber factus: facit accipientis. *Concordat item propositæ exceptioni l. 53. ff. de condictione indebiti. cuius uerba uide ȇ. cap. 6. quæst. 3. reg. 1. except. 1. repl. 4. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi pecunia data sit consumpta. hoc enim casu, quamuis dominium non fuerit translatum, condictio tamen competit. quæ replicatio approbatur l. 29. in fine. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide ȇ. cap. 7. caussa 9. Tertia exceptio uidetur: Nisi dominium non sit translatum. hoc enim casu etiam furti actio competit. quæ exceptio approbatur l. 15. in fine. ff. de condict. caussa dati. cuius uerba uide ȇ. exc. prox. in prin. Concordat l. 14. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȇ. cap. 6. quæst. 4. except. 4. Quarta exceptio uidetur: Nisi pecunia data sit, ut res detur. hoc enim casu empti potiùs actio uidetur competere, non condictio. Sed hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. d. tt. cuius uerba uide ȇ. quæst. 1. caussa 1. Quinta exceptio est: Nisi cum quis ob caussam promisisset, caussa non sit secuta. hoc enim casu etiam exceptione defenditur. quæ exceptio approbatur l. 2. §. circa, in fine. ff. de doli mali except. cuius uerba uide ȇ. lib. 37. cap. 3. except. 13. Sexta exceptio est: Nisi cum seruus datus esset ut manumitteretur, is qui accepit, eum non manumittat. hoc enim casu seruus ex constitutione diui Marci fit liber. quæ exceptio approbatur l. 5. §. si seruũ, in fine. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide ȇ. quæst. 1. except. 10. repl. 1. Septima exceptio est: Nisi in id quod interest, agatur. hoc enim casu præscriptis uerbis actio est. quæ exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt ȇ. lib. 44. cap. 1. quæst. 2.*

## *DE CONDICTIONE OB TVRpem uel iniustam caussam.*

### *Cap. XI.*

### I. CAVSSA, EX QVA HAEC condictio competit.

*Siquid ob turpem uel iniustam caussam datum uel promissum sit, hac actione condicitur. quæ caussa approbatur l. 1. ff. de condict. ob turpem uel iniustã caussam, his uerbis:* Omne quod datur, aut ob rem datur, aut ob caussam: & ob rem aut turpem, aut honestam. Turpem autem, aut ut dantis sit turpitudo, non accipientis: aut accipientis duntaxat, non etiam dantis: aut utriusq;. Ob rem igitur honestam datũ ita repeti potest, si res propter quam datũ est, secuta non est. Quòd si turpis caussa accipiẽtis fuerit: etiam si res secuta fuerit, repeti potest. *Concordat l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. reg. 1. Huius exemplum proponitur l. 4. §. quoties. ff. d. tt. his uerbis:* Quoties solius accipientis turpitudo uersatur: Celsus ait, repeti posse. Veluti si tibi dedero, ne mihi iniuriam facias. *Alia exempla proponuntur l. 2. ff. d. tt. his uerbis:* Si turpis caussa accipientis fuerit: etiamsi res secuta fuerit, repeti potest. Veputa dedi tibi, ne sacrilegiũ facias, neu furtum, neue hominem occidas. In qua specie Iulianus scribit, si tibi dedero ne hominem occidas: condici posse. Idem si tibi dedero, ut mihi rem apud te depositam reddas, uel ut instrumentum. *Aliud exemplum proponitur l. ult. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si uestimenta tibi utenda commodauero, deinde precium, ut reciperem, dedissem: condictione me rectè acturum, responsum est. quamuis enim propter rem datum sit, & caussa secuta sit: tamen turpiter datum esse. *Concordat l. 6. C. eod. tt. his uerbis:* Ob restituenda quæ subtraxerat, accipientem pecuniam: cùm eius tantùm turpitudo interueniat, condictione cõuentum hanc restituere debere conuenit. *Concordat item l. 7. C. eod. tt. his uerbis:* Eum qui ob restituenda quæ abegerat pecora pecuniam accepit, tam hanc, quàm ea quæ per hoc commissum tenuit, restituere debere conuenit: licet mortua, uel alio casu fortuito perijsse dicantur: cùm hoc casu in rẽ mora fiat. *Aliud exemplum proponitur l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Quod euitandi tyrocinij caussa dedisse te apud competentem iudicem ei, de quo quereris, indubie probationis luce consti-

constiterit:instantia eius recipies. Qui memor censuræ publicæ post restitutionem pecuniæ, etiam concussionis crimen inultum esse non patietur. *Hactenus exempla propositæ caussæ sunt enumerata, cuius exceptiones hæ sunt.*

I. Exceptio: *Nisi utriusq; sit turpitudo, tam dantis quàm accipientis, uel dantis tantùm. Hæc exceptio approbatur; simul & exemplis declaratur l.3. cum lege sequente.ff.d.tt.his uerbis:* Vbi & dātis & accipientis turpitudo uersatur, non posse repeti dicimus: ueluti si pecunia detur, ut malè iudicetur. Idem si ob stuprum datum sit, uel si quis in adulterio deprehensus redemit se: cessat enim repetitio. Idq; Sabinus & Cassius responderunt. Itē si dederit fur, nē proderetur: quoniam utriusq; turpitudo uersatur, cessat repetitio. *Concordat d.l. 4.§.sed & quod. ff. de condict. ob turpem caussam, his uerbis:* Quod meretrici datur, repeti nō potest, ut Labeo & Marcellus scribunt: sed noua ratione, non eo quòd utriusq; turpitudo uersatur, sed solius dātis. Illam enim turpiter facere, quòd sit meretrix: sed non turpiter accipere, cum sit meretrix. *Concordat item l.5.§.sed etiam.ff.de calumniator. cuius uerba uide j.cap.prox.quæst.1.except.7. Item concordat l.8.ff.de condict.ob turp.caussam, his uerbis:* Si ob turpem caussam promiseris Titio: quāuis si petat, exceptione doli mali uel in factum submouere eum possis: tamen si solueris, non posse te repetere, Paulus ait: quoniam sublata proxima caussa stipulationis, quæ propter exceptionem inanis esset, pristina caussa, id est turpitudo, superesset. Porrò autem, si & dantis & accipiētis turpis caussa sit: possessorem potiorem esse. Et ideo repetitionem cessare, tametsi ex stipulatione solutum sit. *Concordat item l. 2. C. de condict. ob turpem caussam, his uerbis:* Cùm te propter turpem caussam contra disciplinam temporum meorum domum aduersariæ dedisse profitearis, frustra eā tibi restitui desideras: cum in pari caussa possessoris conditio melior habeatur. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi nuptura auunculo, priuigno uel socero dotem dedit. quæ replicatio approbatur l.5.ff.de condictione sine caussa. cuius uerba uide s.cap.prox.quæst.1.except.1.repl.1. Altera replicatio est: Nisi seruus turpiter dederit. Hæc replicatio approbatur l.4.§.fin.ff.de condict. ob turpem caussam, his uerbis:* Si à fugitiuo meo acceperis, ne eum indicares: condicere tibi hoc possum, quasi furi. *Concordat l 5.ff. eod.tt. his uerbis:* Si à seruo meo pecuniam quis accepisset, ne furtum ab eo factum indicaret: siue indicasset, siue non, repetitionem fore eius pecuniæ, Proculus respondit. *Tertia replicatio est: Nisi quis dederit, ut iudex in bona caussa secundum dantem pronunciaret. Hæc replicatio approbatur l.2.§.sed si dedi.ff.d.tt.his uerbis:* Si dedi ut secundum me in bona caussa iudex pronunciaret, est quidem relatum condictioni locum esse: sed hic quoq; crimen cōtrahit. Iudicem enim corrumpere uidetur: & non ita pridem Imperator noster constituit, litem eum perdere. *Quarta replicatio est: Nisi turpis sponsionis gratia rem suā apud aliquē deposuerit, ut eam uictori redderet. Hæc replicatio approbatur l.18.§.fin.in fine ff.de præscriptis uerbis: cuius uerba uide s.lib.19. cap.8. quæst.9. except.14. Quinta replicatio uidetur: Nisi stipulatio interuenerit, ut proximior caussa dandi fuerit stipulatio. Hæc replicatio reprobatur l.8.ff.de condict.ob turpem. cuius uerba uide paulo superius ead.exc.in prin. Sexta replicatio est, quòd quamuis ei qui turpiter dedit, repetitio denegetur: tamen eidem possidenti exceptio competat ad retinendum. quæ replicatio approbatur d.l.8.in prin. Concordat l.2.C.eod.tt.his uerbis:* Si ex cautione tua conueniri cœperis: nullam te accepisse pecuniam, sed ob turpē caussam, & quam fieri prohibitum est, interpositam cautionem, ei qui super ea recogniturus est, probandum est: & eo impleto, absolutio sequetur. *Concordat item l.5. C.eod.tt. cuius uerba uide s.lib.18.cap.4. except.28. Concordat item l.9.in fine.ff.de doli mali except. cuius uerba uide s.lib.8.cap.3.except.30. Sed & plures leges concordantes uide d.except.28. Hæc de prima exceptione.*

II. Exceptio: *Nisi dedit ut fur uel fugitiuus indicaretur. Hæc exceptio approbatur l.4.§.si tibi.ff.de condict.ob turpem, his uerbis:* Si tibi indicium dedero, ut fugitiuum meum indicas, uel furem rerum mearum: nō potest repeti quod datum est. nec enim turpiter accepisti. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi ipsi furi uel socio eius datum sit, ut indicaret. Hæc replicatio approbatur d.l.4.§.fin. his uerbis:* Sed si ipse fur indicium à me accepit, uel furis uel fugitiui socius: puto condictionem locum habere.

III. Exceptio: *Nisi caussa secuta sit. Hæc exceptio reprobatur l.1.in fine.ff.de condict. ob turpem caussam. cuius uerba uide s.eod.cap.in prin. Concordat l.5.ff.eod.tt. cuius uerba uide s.except.1.repl.2. Concordat item l.4.C.eod.tt. cuius uerba uide j.quæst.prox.*

## II. QVID VENIAT IN actione proposita?

I Regula, *De usuris pecuniæ turpiter acceptæ, proponitur d.l.4.his uerbis:* Quoties accipientis, non etiam dantis turpis inuenitur caussa: licet hæc secuta fuerit, datum condici tantùm, non etiam usuræ peti possunt.

II. Regula: *Si cùm pecunia data esset, ut debitum solueretur: tam pecunia data, quàm debitum ob quod soluendum datum est, peti potest. quæ regula approbatur l.7. C. de condict.ob turpem. cuius uerba uide s quæst.prox.in prin.*

### III. ADFINIA REmedia.

*Si ut debitum solueretur, pecunia data sit: etiam actione quæ pro debito exigendo competit, pecunia data repeti potest. quæ regula approbatur l. ult. §. si ob rem. ff. de condict. ob turpem, his uerbis:* Si ob rem locatam tibi, uel uenditam à te, ual mádatam ut redderea, pecuniá acceperia: habebo tecum ex locato, uel uendito, uel mádati actionem. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi actione stricti iuris debebatur. qaæ exceptio approbatar ibidem his uerbis:* Quòd si, ut id quod ex testamétoquel ex stipulatu debebaa, redderea mihi, pecuniam tibi dederim: cõdictio duntaxat pecuniæ datæ eo nomina erit. Idemq́; & Pomponius scribit. *Est insuper propositæ actionis adfine remedium actio, de qua sequitur.*

## *DE CALVMNIATORIBVS IN factum actio. Cap. XII.*

### I. CAVSSAE HVIVS actionis.

PRima caussa: *Si quis calumniæ caussa, ut negocium faceret uel non faceret, pecuniam acceperit. Hæc caussa approbatur l. 1. in prin. ff. de calumniatorib. his uerbis:* In eum qui, ut calumniæ caussa negocium faceraт, uel non facaret, pecuniam accepisse diceiur: intra annú in quadruplum eiua pecuniæ quam accepisse dicetur; post annum simpli in factum actio competit. *Declaratur hæc caussa definitione calumniatoris l. 233. in prin ff. de uerb. signif. cuius uerba uide j. lib. prox. cap. 4. in uerbo Calumniator. Huius exemplum proponitur l. 24. §. 1. C. ad l. Iul. de adulterijs, hisce uerbis:* Is qui post dissociatum matrimonium uxorem licito iura duxit, obq́; intentatæ accusationia, ac potétis patrocinij metum, ei qui accusationem instituetat, aurum & argentum dedit: ad racipiendum id, ulciscendamq́; turpia lucri cupiditatem, adite præsidem potest: qui examinatis partiũ allegationibus, & inquisita fide ueri, siquidem id ab ao qui innocaus est, ob illati criminis timorem datum asse cognoueriı: quemadmodú sententiam formare debeat, ex euidentibus iuria placitis iustruetur. Sin uerò constiterit, corrupti matrimonij uelut mercedem ad captandá impunitatem solutá esse: eum qui etiam aduersua Senatusconsulti censuram cum fœdissimo flagitio accepit, puniri iubebit. *Cõcordat propositæ caussa l. 8. ff. de calumniatorib. his uerbis:* Si ab eo qui innocens fuit, sub specie criminis alicuius, quod in eo probatú non est, pecuniam acceptam, is cuius de ea re notio est, edoctus fuerit: id quod illicitè extortú est (secundú edicti formam, quod de his est, qui pecuniam, ut negocium fecerent, aut non facerent, accepisse dicétur) restitui iubeat: & ei qui id commisit, pro modo delicti pœuam irroget.

II. *Caussa: Si depectus est, seu turpiter pactus uel stipulatus. Hæc caussa approbatur l. 3. §. hoc edicto. ff. de calumniatoribus, his uerbis:* Hoc edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur, turpiter pactus.

III. *Caussa: Si aliqua obligatione liberatus sit, ut uel ne negociam faceret. Hæc caussa approbatur l. 2. in prin. ff. d. tit. de calumniatorib. his uerbis:* Etiamsi quis obligatione liberatus sit, potast uideri accapisse. Idemq́;, si gratuita pecunia utéda data sit, aut minoris locata, uenditaúe ras sit, nec rafert, ipse pecuniam acceperit, an alij iusserit dari, uel acceptum suo nomina ratum habuerit.

IIII. *Caussa: Si ob negocium faciendum, uel non faciendum, pecunia alicui gratis utenda data sit, uel res minoris locata uel uendita. Hæc caussa approbatur uerbis d. l. 2. iam propositis hisce:* Idemq́;, si gratuita, &c.

V. *Caussa: Si quodcunq; compendium sensit, ut uel ne alicui negocium faceret. Hæc caussa approbatur l. 3. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Gaueraliter idem erit, si quid omnino compendij sensit propter hoc, siue ab aduersario, siue ab alio quocunq;.

VI. *Caussa: Si publicanus mancipia retinet, ut indebita pecunia ei solueretur. Hæc caussa approbatur l. 7. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Cum publicanus mancipia retinet, dataq́; ei pecunia ast quę non dabetur: & ipse ex hac parte edicti in factum actiona tenetur.

### EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM caussarum generalea.

I. *Exceptio, sumpta ex genere actionis instituendæ uel non instituendæ, reprobatur l. 1. §. 1. ff. de calumniatorib. his aerbis:* Hoc iudicium non solùm in pecuniarija causais, sad etiam ad publica crimina pertinere, Pomponius scribit. Maximè cum & lege Repetundarum teneatur, qui ob negociũ faciendũ, uel nõ faciendum per calumniam, pecuniá accepit.

II. *Exceptio: Nisi transactionis caussa pecunia accepta sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. penult. his uerbis:* Tractari potest, si aduersariua non per calumniam, sed transigendi animo pecuniam acceperit: an constitutio cesset? Et puto cessare, sicuti hoc quoq; iudiciũ. neq; enim transactionibus licitis est interdictũ, sed sordidis concusaionib. *Ait iurisconsultus:* An constitutio cesset. *De hac constitutione dictum erat in d. l. 1. §. sed & constitutio. cuius uerba uide j. quæst. alt.*

III. *Exceptio: Nisi parens, patronus, eiusúe liberi uel parentes pecuniam ob negocium faciendum uel non faciendum accepisse dicantur. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de obsequijs à liberis & libertis, & r. cuius uerba uide ĵ. lib. 16. cap. 1. quæst. 5. reg. 4.*

IIII. Ex-

IIII. Exceptio: *Nisi nulla pecunia data uel promissa, fecit uel non fecit negocium. Hæc exceptio approbatur in simili casu l.29.§.plectitur.ibi:cæterùm si gratis.ff.ad l.Iul.de adulterijs.cuius uerba uide s̃.li.4.cap.7.quæst.2.caussa 7.Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi aliud compendium sensit. quæ replicatio approbatur l.1.in prin.ff.de calumniator. cuius uerba uide s̃. caussa 5. eiusq; exemplum uide s̃. caussa 3.* *Altera replicatio est: Nisi iubente uel ratum habente reo, alij pecunia data sit. Hæc replicatio approbatur l.2.in fine.ff.d.tt.cuius uerba uide d.caussa 3.* *Tertia replicatio est: Nisi ab alio acceperit, quamuis non ab actore. Hæc replicatio approbatur d.l.3. in prin.* *Quarta replicatio est: Nisi aliquid aliud pro pecunia accepit. Hæc replicatio approbatur l.1.§ fin ff.d.tt.his uerbis:* Pecuniã accepisse dicemus, etiã si aliquid ꝓ pecunia accepit.

V. Exceptio: *Nisi ante uel post susceptum iudicium pecuniam accepit. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§. qui accepit, his uerbis:* Qui accepit pecuniam siue ante iudicium, siue post iudicium acceptum, tenetur.

VI. Exceptio: *Nisi caussa ob quam pecunia data est, secuta non sit. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.1.ff. de calumniatorib.his uerbis:* Si accepit ut negociũ faceret: siue facit, siue nõ fecit, tenetur. & qui accepit, ne faceret: etsi fecit, tenetur.

VII. Exceptio: *Nisi condictione ob turpem caussam actum sit. Hæc exceptio approbatur l.5.§.sed etiã præter.ff d.tt.his uerbis:* Præter hanc actionẽ etiam cõdictio competit, si sola turpitudo accipientis uersetur: nam si & dantis, melior caussa erit possidentis. Quæritur, si fuerit condictum, utrum tollatur hæc actio, an uerò in triplũ danda sit? an exemplo furis, & in quadruplum actionem demus, & cõdictionẽ? Sed puto sufficere alterutrã actionẽ. Vbi aũt condictio cõpetit, ibi post annũ non est necesse dare in factum actionem.

VIII. Exceptio: *Nisi ex eadem caussa etiam condictio ob turpem caussam competat. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Vbi autem condictio competit, &c. *Cuius replicatio hæc est: Nisi intra annum agatur. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propositis hisce:* Ibi post annũ, &c.

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

*Regulariter alij, quàm qui pecuniam ob negociũ faciendum uel non faciendum dedit, actio proposita non datur. Cuius tamen regulæ exceptio prima hæc est: Nisi alius dedit, ut alij negocium fieret. hoc enim casu non danti, sed ei cuius gratia datum est, actio cõpetit. quæ exceptio approbatur l.3.§. illud erit. ff. de calumniator.his uerbis:* Illud erit notandum, quòd qui dedit pecuniam, ut negociũ quis pateretur: non habebit ipse repetitionẽ, turpiter enim fecit: sed ei dabitur repetitio, ꝓpter quem datũ est, ut calumnia ei fiat. Quare si quis & à te pecuniam acceperit, ut mihi negocium faceret: & à me, ne mihi faceret: mihi duobus iudicijs tenebitur. *Altera exceptio est: Nisi alius dedit, ne alij negocium fieret. hoc enim casu ei cuius gratia datum est, actio cõpetit: interdũ etiam ei qui dedit. quæ exceptio approbatur l.7.in prin.ff.d.tt.his uerbis:* Si quis ab alio acceperit pecuniam, ne mihi negocium faceret: siquidem mandatu meo ei datum est, uel à procuratore meo omnium rerum, uel ab eo qui negocium meum gerere uolebat, & ratum habui: ego dedisse intelligor. Si autem non mandatu meo alius ei (licet misericordiæ caussa) dederit, ne fieret, neque ratum habui: tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse, Paulus ait. *Concordat d.l.7. §. etsi alius, his uerbis:* Si alius non meo mandatu ei dederit, ne fiat: tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse, Paulus ait. *Tertia exceptio est: Nisi ut filiofamiliâs negocium fieret, datum sit. hoc enim casu etiam patri competit actio. quæ exceptio approbatur d.l.7.§. si ut filiofam. his uerbis:* Si ut filiofamiliâs negocium fieret, acceptum est: etiam patri actio danda est. *Quarta exceptio uidetur: Nisi is cui competit actio, defunctus sit: hoc enim casu hæredibus eius uidetur actio danda. Sed hæc exceptio reprobatur l.4.ff.de calumniator. his uerbis:* Hæc actio hæredi non competit: quia sufficere ei debet, quòd eã pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest.

III. ADVERSVS QVOS datur?

I. Regula, *De hæredibus. proponitur l.5.in prin. ff.d.tt.his uerbis:* Hæc actio in hæredẽ competit in id quod ad eum peruenit. Nam constitutum est, turpia lucra ab hæredibus quoq; extorqueri, licet crimina extinguantur. Vt puta ob falsum testimonium, uel iudici ob gratiosam sententiam datum, & hæredi extorquebitur: & si quid aliud scelere quæsitum est.

II. Regula: *Si filiusfamiliâs accepit: ipse, non pater tenetur. quæ regula approbatur l.7.§. item si filiusf. ff.d.tt. his uerbis:* Si filiusfamiliâs pecuniam accepit, ut faceret negocium, uel non faceret: in ipsum iudicium dabitur.

IIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

*In quadruplum actio est. Hæc regula approbatur, simul & distinguitur l.1.in prin ff.de calumniator.cuius uerba uide s̃.eod.cap.in prin.*

V. QVANDO ET QVAMdiu competit?

I. Regula: *Annalis est actio. quæ regula approbatur d.l.1.in prin. Cuius regulæ exceptio hæc est: Nisi in simplum agatur. hoc enim casu etiam post annum datur. quæ exceptio approbatur d.l.1.in prin. Cuius*

*replicatio hæc est: Nisi condictio ob turpem caussam competat. hoc enim casu post annum, nec in simplum datur. quæ replicatio approbatur l.5. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide ĩ. quæst. 1. except. 7.*

II. *Regula: A' quo die annus numerandus, definitur l.6. ff. d. tt. his uerbis:* Annus in persona quidem eius qui dedit pecuniam, ne secum ageretur, ex eo tempore cedit, ex quo dedit: si modò potestas ei fuerit experiundi. In illius uerò persona, cum quo ut agatur, alius pecuniam dedit: dubitari potest, utrum ex die datæ pecuniæ numerari debeat, an potius ex quo cognouit datam esse: quia qui nescit, is uidetur experiundi potestatem non habere. Et uerius est, ex eo annum numerari, ex quo cognouit.

VI. ADFINIA REmedia.

I. *Regula, De condictione ob turpem caussam, proponitur l.5. §. sed etiam præter. ff. de calumniator. cuius uerba uide ĩ. quæst. 1. except. 7.*

II. *Regula, De lege Repetundarum, proponitur l.1. §. 1. ibi: maximè. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. quæst. 1. except. 1.*

III. *Regula, De constitutione Imp. Antonini, proponitur d. l. 1. §. sed & constitutio, his uerbis:* Et constitutio Imperatoris nostri, quæ scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit iudici uel aduersario in publicis uel priuatis uel fiscalibus caussis pecuniam dari: & ex hac caussa litem perire iussit. *Concordat l.1. C. de pœna iudicis qui malè iudicauit. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 9 quæst. 1. reg. 7.*

IIII. *Regula, De concussionis crimine, proponitur l 2. ff. de concussione. cuius uerba uide ĩ. lib. 47. cap. 19. reg. 4.*

## *DE ALIENATIONE IVDICIJ mutandi caussa facta. Cap. XIII.*

I. GENVS HVIVS Actionis.

PRima *regula: In factum actio est. quæ regula approbatur l.1. ibi: tanti nobis in factum. ff. de alienatione iudicij mutandi caussa. cuius uerba uide ĩ. quæst. 3. in prin.*

II. *Regula: Non est pœnalis actio, sed rei persecutoria. quæ regula approbatur l.4. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide ĩ. quæst. 4.*

III. *Regula: Species est in integrum restitutionis. quæ regula approbatur l. 3. §. ex quib. ff. d. tt. cuius uerba uide ĩ. quæst 6. Concordat l. unica. C. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. lib 31. cap. 1. quæst. 4. caussa x.*

II. *Ratio huius actionis proponitur d. l. 1.*

III. CAVSSAE HVIVS actionis.

I. *Caussa: Si reus iudicij mutandi caussa rem alienauit. Hæc caussa approbatur d. l. 1. cum legib. sequentibus, his uerbis:* Omnibus modis proconsul id agit, ne cuius deterior caussa fiat ex alieno facto. Et cum intelligeret, iudiciorum exitum interdum duriorem constitui, opposito nobis alio aduersario: in eã quoq; rem prospexit, ut si quis alienando rem, alium nobis aduersarium suo loco substituerit, idq; data opera in fraudem nostram fecerit: tanti nobis in factum actione tenetur, quanti nostra interfit alium aduersarium nos non habuisse. Itaque etsi alterius prouinciæ hominem, aut potentiorem nobis opposuerit aduersarium, tenebitur: aut alium qui uexaturus sit aduersarium. Quia etiam si cum eo qui alterius prouinciæ est, experiar, in illius prouincia experiri debeo: & potentioribus pares esse non possumus. *Huius exemplum proponitur l.3. §. item si locum. ff. eod. tt. his uerbis:* Si locum in quo opus feceris, cuius nomine interdicto Quod ui aut clàm, uel actione Aquæ pluuiæ arcendæ tenebaris, alienaueris: durior nostra conditio facta intelligitur. Quia si tecum ageretur, tuis impensis id opus tollere deberes: nunc uerò cum incipiat mihi aduersus alium actio esse, &c. *Aliud exemplum proponitur d. l. 3. §. opus, his uerbis:* Opus quoque nouum si tibi nunciauerim, tuque eum locum alienaueris, & emptor opus fecerit: dicitur hoc te iudicio teneri, quasi neque tecum ex operis noui nunciatione agere possim, quia nihil feceris: neque cum eo cui id alienaueris, quia ei nunciatum non sit. *Aliud exemplum proponitur l. 24. in fine. ff. communi diuid. cuius uerba uide ĩ. lib. 44. cap. 11. quæst. 9. except. 9. Aliud exemplum est l. 2. C. ne fiscus uel respub. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 6. quæst. 4. except. 15.*

II. *Caussa: Si hominem qui petebatur, reus manumisit. Hæc caussa approbatur l 3. §. 1. ff. de alienat. iudic. mut. his uerbis:* Si hominem quem petebamus, manumiserit: durior nostra conditio fit: quia Prætores fauent libertatibus.

III. *Caussa: Si rem quæ petitur, in sacrum dedicauit reus. Hæc caussa approbatur l. 3. ff. de re litigiosa. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 9. de re litigiosa, quæst. 1. except. 3.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM caussarum generales.

*Caussarum iam enumeratarum aliquot sunt exceptiones nunc proponendæ, quarum primum genus desumptum est ex specie alienationis.*

I. *Exceptio: Nisi hæredem instituendo, uel legando rem alienauit. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. sed hæredem. ff. de alien. iud. mutand. caussa facta, his uerbis:* Hæredem instituendo, uel

legando

legando si quis alienet: huic edicto locus non erit. *Planè si quis litis caussa imperatorem hæredem instituat, institutio non ualet. de qua re uide 3. lib. 28. cap. 21. exception. 33. replication. 11. Sed & si quis rem litigiosam fisco uel alijs reliquerit in testamento suo, non transfertur iudicium in eos: sed hæres iudicium sustinebit, & illius æstimationem eius tenetur præstare. de qua re dictum 3. lib. 5. cap. 9. de re litigiosa, quæstion. 1. exception. 4.*

II. Exceptio: *Nisi reus rem uenditori redhibuerit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur d. l. 8. §. fin. cum lege sequente, his uerbis:* Qui uenditori suo redhibet, non uidetur iudicij mutandi caussa alienare. Quia redhibito homine omnia retrò aguntur. Et ideo non uidetur iudicij mutandi caussa alienare, qui redhibet: nisi fortè propter hoc ipsum redhibet, non redhibiturus aliàs.

III. Exceptio: *Nisi reus obligatus soluit rem. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si obligatus soluero, quod à me petere uelles: huic edicto locus non erit.

IIII. Exceptio: *Nisi manumiserit, uel in sacrum dedicauerit. Hæc duplex exceptio reprobatur 3. caussa 2 & 3.*

V. Exceptio: *Nisi non dominium, sed possessionem tantùm alienauit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. Pedius. ff. de alienat. iud. mutand. caussa, his uerbis:* Pedius lib. IX. non solùm ad dominij translationem hoc edictum pertinere ait, uerùm ad possessionem quoque. alioquin & is cum quo in rem agebatur (loquit) si possessione cessit, non tenebitur. *Contradicit d. l. 4. §. potest etiam. ibi: neq; enim. cuius uerba uide 3. exception. 7. Cui concordat l. 161. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem. *Planè possunt hæc contraria intelligi de eo, qui cum posset adquirere, non adquisiuit. de qua re uide 3. cap. prox. quæst. 5. except. 1.*

VI. Exceptio: *Nisi sine dolo malo possidere desierit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. 1. his uerbis:* Fieri potest, ut sine dolo quidem malo desierit possidere, uerùm iudicij mutandi caussa id fiat. Sunt & alia complura talia.

VII. Exceptio: *Nisi non iudicij mutandi caussa alienauit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Potest etiam aliquis dolo malo desinere possidere, nec tamen iudicij mutandi caussa id fecisse, nec hoc edicto teneri: neq; enim alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

VIII. Exceptio: *Nisi liter execratus rem alienat. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. non tamen, his uerbis:* Non tamen eius factum improbat Prætor, qui tanti habuit re carere, ne propter eam sæpius litigaret. hæc enim uerecundia & cogitatio eius qui lites execratur, non est uituperanda: sed eius duntaxat, qui cum rem habere uult, litem ad alium transfert, ut molestum aduersarium pro se subijciat.

IX. Exceptio: *Nisi ob ualetudinem, ætatem, uel occupationes necessarias rem alienauerit, ne litigare cogatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. si quis autem, his uerbis:* Si quis ob ualetudinem, aut ætatem, aut occupationes necessarias litem in alium transtulerit: in ea caussa non est, ut hoc edicto teneatur: cum in hoc edicto doli mali fiat mentio. Cæterùm interdictum erit per procuratores litigare, dominio in eos plerunq; ex iusta caussa translato.

X. Exceptio: *Nisi præsentis, non futuri iudicij mutandi caussa alienauerit. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. 1. ff. de alienat. iud. mutand. caussa, his uerbis:* Ait Prætor, Quæue alienatio iudicij mutandi caussa facta fuerit: id est, futuri iudicij caussa, non eius quod iam fit.

XI. Exceptio: *Nisi seruitus prædij sit alienata iudicij mutandi caussa. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. ad iura. ff. d. tt. his uerbis:* Ad iura etiam prædiorum hoc edictum pertinet: modò si dolo malo fiat alienatio.

XII. Exceptio: *Nisi res aliena sit alienata. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 8. §. abalienare, his uerbis:* Abalienare intelligitur, & qui alienam rem uendiderit.

XIII. Exceptio: *Nisi nihil intersit actoris, resq; eius nō sit. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. penult. cuius uerba uide 3. quæst. 6.*

XIIII. Exceptio: *Nisi non reus, sed tutor eius uel curator alienauit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. ff. d. tt. his uerbis:* Si tutor pupilli, uel adgnatus furiosi alienauerit: utilis actio competit. quia consilium huius fraudis inire non possunt.

XV. Exceptio: *Nisi actoris conditio non sit durior effecta per alienationem, & æquè aduersus eum cui res alienata est, atq; aduersus eum qui alienauit, experiri possit. Hæc exceptio elicitur ex uerbis l. 1. & l. 3. 3. ead. quæstion. in prin. propositis. Cuius tamen replicatio hæc est: Nisi is cui res alienata est, exceptionem sit nactus. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 4. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si res fuerint usucaptæ ab eo cui alienatæ sunt, nec peti ab eo possint: locum, &c.

XVI. Exceptio: *Nisi is qui alienauit, nihilominus iudicium rei nomine suscipere sit paratus. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. de alienat. iud. mutand. caussa. his uerbis:* Si is aduersus quem talis actio competit, paratus sit utile iudicium peti, perinde ac si possideret: rectè

dicitur, denegandam esse aduersus eum ex hoc edicto actionem.

XVII. *Exceptio: Nisi reus rem alienatam receperit. Hæc exceptio approbatur l.8.§. penult.ff.d.tit. bis uerbis:* Si quis alienauerit, deinde receperit: non tenebitur hoc edicto.

XVIII. *Exceptio: Nisi reus rem alienatam exhibeat uel restituat actori. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, uerùm eius replicatio est: Nisi non in eadem caussa, in qua fuit antequam alienaretur. Hæc replicatio approbatur d l.8.in prin.bis uerbis:* Ex hoc edicto tenetur etiam qui rem exhibet, si arbitratu iudicis pristinam caussam iudicij non restituit.

XIX. *Exceptio: Nisi res alienata perierit. Hæc exceptio approbatur l.4.§.penult ff.d.tit.cuius uerba uide ꝫ.quæst.6.*

XX. *Exceptio: Nisi res alienata fuerit usucapta. Hæc exceptio reprobatur d.l.4. in prin. cuius uerba uide ꝫ.except.15.repl.1.*

IIII. QVIBVS DATVR Actio proposita?

*Heredibus datur. quæ regula approbatur d.l.4. §.fin.bis uerbis:* Hæc actio non est pœnalis, sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet. Quare & hæredi datur.

V. ADVERSVS QVOS competit?

*Aduersus heredes non datur. quæ regula approbatur d.§.fin.cum tribus legibus sequentibus,bis uerbis:* In hæredem autem, uel similem, uel post annum nō dabitur: quia pertinet quidem ad rei persecutionem, uidetur autem ex delicto dari.

VI. QVID VENIAT IN Actione proposita?

*In id, quanti actoris interest alium aduersarium non esse substitutum, datur. quæ regula approbatur l.3.§. ex quibus. ff. de alienatione iud.mutandi caussa, bis uerbis:* Apparet, quòd proconsul in integrum restituturum se pollicetur, ut hac actione tantum officio iudicis consequatur actor, quantum eius interfit alium aduersarium non habuisse: fortè si quas impensas fecerit, aut si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersario substituto *Concordat l.4.§.penult.ff.eod.tit.bis uerbis:* Hæc actio in id quod interest, competit. Proinde si res non fuit petitoris, aut si is qui alienatus est, sine culpa decessit: cessat iudicium: nisi quid actoris præterea interfuit. *Concordat item l.1. in fine.ff. eod.tit.cuius uerba uide ꝫ.quæst.3.in prin.*

VII. QVAMDIV COMpetit?

*Annalis est actio. quæ regula approbatur l.6. cum lege sequente.ff.d.tit.cuius uerba uide ꝫ. quæst.5.*

VIII. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: In arbitrio actoris est, utrum actione proposita aduersus alienantem, an in rem actione aduersus eum cui alienatio facta est, experiri uelit. quæ regula approbatur l.unica.C.de alienat.iud. mutandi caussa.cuius uerba uide ꝫ.lib.31.cap.1.quæst.4. caussa 2.*

II. *Regula: Si post susceptum iudicium res fit alienata: ipso iure non ualet alienatio,estq; res restituenda alienanti. quæ regula approbatur, simul & distinguitur ꝫ. libro 5. capite 9. de re litigiosa, regula 1.*

III. *Regula: Si actor suam actionem alienauerit iudicij mutandi caussa: ius crediti perdit,& exceptione repellitur. quæ regula approbatur l.2. C.ne liceat potentiorib. bis uerbis:* Si cuiuscunq; modi actiones ad potentiorum fuerint delatæ personas: debiti creditores iactura mulctentur. aperta enim credentium uidetur esse uoracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores. *Concordat l. ult. ff. de alienation. iud. mutand. caussa. cuius uerba uide ꝫ. reg.prox.*

IIII. *Regula: Si reus rem iudicij mutandi caussa alienauit: postea eiusdem rei nomine agere uolens, tam ipse, quàm is cui res alienata est, exceptione repellitur. quæ regula approbatur d.l. ult. bis uerbis:* Si quis iudicij communi diuidundo euitandi caussa rem alienauerit: ex lege Licinia interdicitur ei, ne communi diuidundo iudicio experiatur. uerbi gratia, ut potentior emptor per licitationem uilius eã accipiat, & per hoc iterum ipse recipiat. Sed & ipsa quidem, qui partem alienauit, communi diuidundo iudicio si agere uelit, nō audietur. Is uerò qui emit, si experiri uelit: ex illa parte edicti uetatur, qua cauetur, ne qua alienatio iudicij mutandi caussa fiat.

## DE ACTIONE PAVLIANA. *Si quid in fraudem creditorum gestum est. Cap. XIIII.*

PRimò: *Verba edicti quo hæc introducitur actio, proponuntur l.1. in prin. ff quæ in fraudem creditorum facta sunt, hæc nimirum:* Ait Prætor: Quæ fraudationis caussa gesta erunt cum eo qui fraudem non ignorauerit, de his curatori bonorum, uel ei cui de ea re actionem dare oportebit, intra annum quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo: idq; etiam aduersus ipsum qui fraudem fecit, seruabo. *Concordat aliud edictum l.10. in princip. ff. eod. tit. bis uerbis:* Ait Prætor: Quæ Lucius Titius fraudandi caussa sciente te in bonis, quibus de agitur, fecit: ea illis, si eo nomine quo de agitur, actionem ex edicto

cto meo competere esseria oportet: etsi ei non plus quàm annus est, cum de ea re, qua de agitur, experiundi potestas est: restituas Interdum causa cognita, etsi scientia non sit, in factum actionem permittam.

II. GENVS HVIVS Actionis.

*In factum actio est. Quae regula approbatur verbis d.l.10.ism propositis hisce:* In factum actionem permittam.

III. NOMEN.

*Paulians appellatur actio. Quae regula approbatur l.38.§.in Fauiana.ff.de usuris.cuius uerba uide s. lib.20.cap.9.quaest.1.reg.7.*

IIII. *Ratio huius actionis proponitur l.1.§.1.ff.Quae in fraudem creditorum, his uerbis:* Necessariò Praetor hoc edictú proposuit: quo edicto consuluit creditoribus, reuocando ea, quaecunque in fraudem eorum alienata sunt.

V. CAVSAE. EX QVIbus haec actio competit.

I. *Causa, caq; generalis, haec est: Si quid in fraudem creditorum gestum uel alienatum est, agitur hac actione ut restituatur. Quae causa approbatur uerbis d.§.1 ism propositis hisce:* Reuocando ea, &c. *Concordat d.l.1.in prin. & l.10.in prin.ff eod.tt.quarum legum uerba uide s.eod.cap.in prin. Concordat item d.§.in Fauiana.ff.de usuris.Item concordat l.1.C. de reuocandis is que per fraudem, his uerbis:* Haeres post aditam haereditatem ad eum cui res cessit, corpora haereditaria tráftulit: creditoribus permansit obligatus. Si igitur in fraudem tuam id fecerit: bonis eius excussis, usurariis actionibus (si tibi. &c. *Concordat item Inst. de actionibus. §. item si quis, hisce uerbis:* Si quis in fraudem creditorú rem suam alicui tradiderit: bonis eius à creditoribus possessis ex sententia Praesidis, permittitur ipsis creditoribus rescissa traditione, eam rem petere: id est, dicere eam rem traditam non esse, & ob id in bonis debitoris mansisse. *Exempla proponuntur d.l.1.§. fin.cum duab.legib.sequentib.his uerbis:* Ait Praetor, Quae fraudationis caussa gesta erunt. Haec uerba generalia sunt, & continent in se omnem omnino in fraudem factam uel alienationem, uel quemcunq; cótractum. Quodcúq; igitur fraudis causa factum est, uidetur his uerbis reuocari, qualecunq; fuerit. nam late ista uerba patent. Siue ergo rem alienauit, siue acceptilatione uel pacto aliquẽ liberauit: idem erit dicẽdum. Et si pignora liberet, uel quẽ aliú in fraudẽ creditorum praeponat, uel ei praebuit exceptionem, siue se obliganit fraudandorum creditorum causa. siue numerauit pecuniá, uel quodcunq; aliud fecit in fraudem creditorum: palàm est, edictum locú habere. Gesta fraudationis causa accipere debemus, non solùm ea quae contrahens gesserit aliquis: uerùm etiam si fortè data opera ad iudicium non adsit, uel litem mori patiatur, uel à debitore non petat ut tempore liberetur, aut usumfructum uel seruitutem amittit. Et qui aliquid facit, ut desinat habere quod habet: ad hoc edictú pertinet. *Ait Iurisconsultus:* Siue acceptilatione uel pacto aliquam liberauit, &c. *Haec cõcordat l.10.§. si cum mulier.ff. eod.tt.his uerbis:* Si cum mulier fraudádorum creditorum cõsilium iniisset, marito suo, eidemq; debitori in fraudem creditorum acceptum debitum fecerit dotis constituendae causa: locum habet haec actio, & per hanc omnis pecunia, quam maritus debuerat, exigitur: nec mulier de dote habet actionem. Neq; enim dos in fraudem creditorum constituenda est: & hoc certo certius est, & saepissime constitutum. Exitus autem actionis erit, ut stipulatio quae accepta facta fuerat, ex integro interponatur. *Ait insuper Iurisconsultus:* Et si pignora liberet. *Haec exemplo concordat l.18.ff.eod. tt. his uerbis:* Si pignus uir uxori, uel uxor uiro remiserit: uerior sententia est, nullam fieri donationem existimantium. Quod sine dubio, si in fraudem creditorum fiat, actione utili reuocabitur. Idemque, & si quis debitor in fraudem creditorum pignus omiserit. *Ait insuper Iurisconsultus.* Vel quem alium in fraudem creditorum praeponat. *aliud propositae caussae exemplum est. de quo uide plura J.exception gen.r.3. Aliud exemplum proponitur l.5.ff quae in fraudem cred. his uerbis:* In fraudem facere uideri etiam eum, intelligendum est, qui rem suam pro derelicto habuerit, ut quis eam suam faciat. *Sed & plura huiusmodi exempla uide in caussis sequentibus.*

II. *Causa: Si debitor in fraudem creditorum non facit quod facere debet, quo ius suum amittit. Haec causa approbatur & exemplo declaratur l.4.ff. quae in fraudem creditor his uerbis:* In fraudem facere uideri etiam eum, qui non faciat quod debet facere, intelligendum est: id est, si non utatur seruitutibus. *Concordat L.163.ff.de reg.iuris. cuius uerba uide J. libro prox. capite 5.in uerba Facere, reg.1. Ait Iurisconsultus:* Id est, si non utatur seruitutibus. *Primum exemplum propositae caussae. cui concordat l.3.§. penult. ff. eod.tt. cuius uerba uide s.causa prox. Alia exempla proponuntur d.l.1.§.gesta.cuius uerba uide d causa prox. Planè huius causae exceptio haec est: Nisi cum posset adquirere debitor, non adquisiuit. de qua exceptione cum aliis similibus paulo inferius dicetur.*

III. *Causa: Si debitor in testamento scripserit se debere, quod non debebat. Hæc causa approbatur l. 28. in prin. ff. ad S.C. Velleianum. cuius uerba uide s. lib. 4. 5. cap. 6. quæst. 3. causa 21.*

IIII. *Caussa: Si is qui soluendo non est, seruos suos manumiserit. Hæc causa approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur s. lib. 19. cap. 5. except. 6.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM causarum generales.

I. Exceptio: *Nisi cum debitor posset adquirere, non adquisiuit. Hæc exceptio approbatur, simul & exẽplis declaratur l. 6. in prin ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Quod cum possit quis quærere, non id agit ut adquirat: ad edictum non pertinet. pertinet enim hoc edictum ad deminuentes patrimonium suum, non ad eos qui id agunt, ne locupletentur. Vnde si quis ideo conditioni non pareat, ne committatur, stipulatio: in ea conditione est, ne faciat huic edicto locum. Proinde & qui repudiauit hæreditatem uel legitimam, uel testamentariam, non est in ea caussa, ut huic edicto locum faciat: noluit enim adquirere, non suum patrimonium deminuere. Simili modo dicendum est, etsi filium suum emancipauit, uti suo arbitrio adeat hæreditatem: cessare hoc edictum. Sed & illud probandum est, si legatum repudiauit, cessare hoc edictum. quod Iulianus quoque scribit. Si seruũ suum hæredẽ institutum alienauit, uti iussu emptoris adeat hæreditatem: siquidem in uenditione nulla fraus, sed in hæreditate sit: cessat edictum. quia licuit ei etiam repodiare hæreditatem. At si in ipsa serui alienatione fraus est, reuocabitur: quemadmodum si eum in fraudem manumisisset. *Concordat proposita exceptioni l. 176. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Non fraudantur creditores, cum quid non adquiritur à debitore: sed cum quid de bonis deminuitur. *Concordat item l. 28. §. qui occasione. ff. de uerb. significationib. cuius uerba uide J. libro proxim. capite 4. in uerbo Alienare. Concordant item ea quæ proponuntur s. cap. prox. quæst. 5. except. 5. in fine.*

II. Exceptio: *Nisi omissa ratione Falcidiæ uel Trebellianicæ, debitor legata uel fideicommissa in solidum soluit. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Patrem qui nõ expectata morte sua, fideicommissum hæreditatis maternæ filio soluto potestate restituit, omissa ratione Falcidiæ: plenam fidem & debitam pietatem secutus exhibitionis, Papinianus respondit creditores non fraudasse. *Concordat l. 20. ff. eodem titulo, his uerbis:* Debitorem qui ex senatusconsulto Trebelliano totam hæreditatem restituit, placet non uideri in fraudem creditorum alienasse portionem, quam retinere potuisset: sed magis fideliter facere.

III. Exceptio: *Nisi quibusdam ex creditoribus debitor soluit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. apud Labeonem. ff. d. tt. his uerbis:* Apud Labeonem scriptum est, eum qui suum recipiat, nullam uideri fraudem facere: hoc est, eum qui quod sibi debetur, recipiat. Eum enim quem Præses inuitum soluere cogat, impunè non soluere, iniquum esse. Totum enim hoc edictum ad contractus pertinere, in quibus se Prætor non interponat: utputa pignora uenditionesque. *Concordat d. l. 6. §. sciendum. cuius uerba uide J. replicatione proxim. Item concordat l. 25. §. in maritum. ff. eodem titulo. cuius uerba uide J. quæstione 10. reg. 1. Item concordat l. 171. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit. *Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi postquã creditores in bona debitoris missi sunt, unus ex iis suum receperit. Quæ replicatio approbatur d. §. sciendum, his uerbis:* Sciendum est, Iulianum scribere, eoque iure nos uti: ut qui debitam pecuniam recepit, antequam bona debitoris possideantur: quamuis sciens prudensque soluendo non esse recipiat, non timeat hoc edictum: sibi enim uigilauit. Qui uerò post bona possessa debitum suum fecerit: hunc in portionem uocandum, exæquandumque cæteris creditoribus. Neque enim debuit præcipere cæteris post bona possessa, cum iam par conditio omnium creditorum facta esset. *Concordat l. 10. §. si debitorem. ff. eodem tt. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Si debitorem meum & complurium creditorum consecutus essem fugientem, ac pecuniam secum ferentem, & abstulissem ei id quod mihi debebatur: placet Iuliani sententia, dicentis, multum interesse, antequam in possessionẽ bonorum mittantur eius creditores, hoc factum sit: an postea. si antè, cessare in factum actionem: si postea, huic locum fore. *Concordat item l. 2. ff. eodem titulo. cuius uerba uide s. causa 1. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ante diem debiti uenientem uni creditorum sit solutum. Hæc replicatio approbatur d. l. 10. §. si cum in diem, his uerbis:* Si cum in diem mihi deberetur, fraudator præsens soluerit: dicendũ erit, in eo quod sensi cõmodũ in repræsentatione, in factũ actioni locũ fore. nam prætor fraudẽ intelligit etiam in tempore fieri. *Concordat l. 17. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si uir uxori, cum creditores suos fraudare uellet, soluto matrimonio

monio presentem dotem reddidisset, quam statuto tempore reddere debuit: hac actione mulier tantum præstabit, quanti creditorum intererat dotem suo tempore reddi. Nam Pretor fraudem etiam in tempore fieri intelligit. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi post mortem suam restituere hæreditatem rogatus, eam ante mortem restituit. Quæ duplicatio approbatur l. 19. ff. d. tit. cuius uerba uide s. exceptione proxim. Tertia replicatio est: Nisi cum hæres debitoris quibusdam creditoribus per gratiam soluisset, postea aduersus aditionem hæreditatis in integrum sit restitutus. Hæc replicatio approbatur l. 24. ff. d. tit. his uerbis:* Pupillus patri hæres extitit, & uni creditorum soluit: mox abstinuit hæreditate paterna. bona patris uenierunt. an id quod accepit creditor, reuocandum sit: ne melioris conditionis sit, quàm cæteri creditores? Distinguimus, an per gratificationē acceperit creditor, uel nō: ut si p gratificationē tutorū, reuocetur ad eandem portionem, quam cæteri creditores fuerint laturi. Si uerò iustè exegerit, cæteri creditores neglexerint exactionem, & interea res deterior facta sit, uel mortalitate, uel subductis rebus mobilibus, uel rebus soli ad irritum perductis: id quod acceperit creditor, reuocari nullo pacto potest: quia alij creditores suæ negligentiæ expensum ferre debent. *Concordat l. 6. §. 1 ff. de rebus iud. author. possiden. cuius uerba uide s. libro 8. capite 6. quæstione 5 reg. 7. exceptione 5. Quarta replicatio est: Nisi creditor inuito debitori pecuniam extorserit. Hæc replicatio approbatur d. l. 24. in fine, his uerbis:* Quid ergo si cum in eo esset, ut bona debitoris mei uenirent, soluerit mihi pecuniam: an actione reuocari possit à me? & distinguendum est, is obtulerit mihi, an ego illi extorserim inuito: ut si extorserim inuito, reuocetur: si non extorserim, non reuocetur. Sed si uigilaui, meam conditionem meliorem feci: quia ius ciuile uigilantibus scriptum est. Ideoque non reuocatur id quod percepi. *Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi debitori cum pecunia aufugienti creditor pecuniam extorsit uel abstulit. Hæc duplicatio approbatur l. 10. §. si debitorem. ff. d. tit. quæ in fraudem. cuius uerba uide s. repl. 1.*

IIII. *Exceptio: Nisi debitor rem suam pignori obligauerit. Hæc exceptio approbatur l. 13. ff. d. tit. his uerbis:* Illud constat, eum qui pignus tenet, actione hac non teneri: suo enim iure, & ut pignus, non rei seruandæ caussa possidet. *Concordat l. 22. ff. eodem titulo, his uerbis:* Cum in uetus creditum unus creditor pignora accepisset: quæro, an in fraudem cæterorum creditorum factum nullius momenti esset? Scæuola respondit, creditorem non idcirco prohibendum à persecutione pignorum, quòd in uetus creditum, ut obligeretur, pactus esset: nisi id & in fraudem cæterorum creditorum factum sit, & sic caussæ iuris occurrat, qua creditorum fraudes rescindi solent. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi in cæterorum creditorū fraudē pignus obligatum sit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Nisi id & in fraudem cæterorum creditorum factum sit. *Cōcordat l. 10. §. si cui. ff. eodem titulo, his uerbis:* Si cui solutum quidem non fuit, sed in uetus creditum pignus accepit: hac actione tenebitur, ut est sæpissime constitutum. *Concordat item l. 6. §. apud Labeonem; in fine. ff. eodem tit. cuius uerba uide s. except. prox. in prin.*

V. *Exceptio: Nisi debitor rem uenditori redhibuit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 45. §. si quis cum. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. lib. 42. cap. 5. reg. 10.*

V I. *Exceptio: Nisi bona debitoris alienatis, libertatis conseruandæ caussa alicui sint addicta. Hæc exceptio approbatur l. 10. §. si ex constitut. ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Si ex constitutione diui Marci bona sint addicta alicui libertatum conseruandarum caussa: dicendū est, actionem cessare. ita enim succedunt, ut rata sint quæ paterfamiliâs gesserat.

V I I. *Exceptio: Nisi non fraudandi animo gestum sit. Hæc exceptio reprobatur l. 17. §. 1. ff. d. tit. his uerbis:* Lucius Titius, cum haberet creditores, libertis suis, ijsdemque filijs naturalibus uniuersas res suas tradidit. Iulianus respondit, quamuis non proponetur consilium fraudandi habuisse: tamen quia creditores habere se scit, & uniuersa bona sua alienauit: intelligendus est fraudandorum creditorum consilium habuisse. Ideoq; etsi filij eius ignorauerunt hanc mentem patris sui fuisse, hac actione tenentur. *Concordat l. 25. in fine. ff. eodem titulo. cuius uerba uide s. libro 8. capite 9. reg. 16. Planè admittitur exceptio proposita, primum quidem, si libertas seruis sit relicta: hic enim, quamuis dominus soluendo non sit, nisi tamen & fraudandi animū habuerit, ualet id quod gestum est. Quæ distinctio approbatur d. l. 21. in fine, de qua re plura uide s. libro 19. cap. 5. quæstione 9. exceptione 6. replicatione 1. Deinde admittitur exceptio proposita, si debitor pignus dederit: hoc enim casu non sufficit eum soluendo non esse, sed requiritur etiam fraudandi animus. Quæ distinctio approbatur per ea quæ proposita sunt s. exceptione 4. Tertiò admittitur exceptio proposita, si debitor ignorauit se debere. de qua re uide s. except. 18. Quartò admittitur in casu solutionis, de quo uide s except. 5 repl. 5.*

VIII. *Exceptio: Nisi alienata in fun? debitoris sint collata. Hæc exceptio reprobatur l. 16. §. planè ea. ff. q. et à quibus,*

*quib. his uerbis*: Ea quæ in fraudem fisci in funus debitoris collata sunt, reuocantur.

I X. Exceptio: *Nisi consentientibus creditoribus sit gestũ. Hec exceptio approbatur l.6.§.præterea illud. ff.quæ in fraudem cred. his uerbis:* Illud sciendũ est, eum qui consentienribus creditoribus aliquid à fraudatore uel emit, uel stipulatus est, uel quid aliud contraxir: non uideri in fraudem creditorum fecisse. Nemo enim uidetur fraudare eos qui sciunt, & ad hoc consentiunt.

X. Exceptio: *Nisi impubes debitor alienauit. Hæc exceptio reprobatur l.10.§.si impubes.ff.d.tt. his uerbis:* Si impubes hætes patri extiterit, eiusque mortui bona ueneant: separatione impetrata, utriusque fraus erit reuocanda, pupilli, uel etiam tutoris, item curatoris. *Ait Iurisconsultus:* Eiusq;, *scilicet patris, non filij: ne contradicat ijs quæ preponeatur* ∋.*except.15.*

X I. Exceptio: *Nisi impuberi alienatum sit. Hæc exceptio reprobater d.l. 6.§. si quid cum, his uerbis:* Si quid cum pupillo gestum sit in fraudem creditorum, Labeo sit, omnimodo teuocãdum, si fraudari sint creditores: quia pupilli ignorantia, quæ per ætatem contingit, nõ debet esse captiosa creditoribus, & ipsi lucrosa. eoq; iute utimur.

X I I. Exceptio: *Nisi ius aliquod personale à debitore sit alienatum, quod morte eius extinguitur. Hæc exceptio reprobatur d.l.10.§.per hanc, his uerbis:* Per hanc actionem etiam usus fructus, & eiusmodi stipulatio, In annos singulos dena dari spondes? exigi potest.

X I I I. Exceptio: *Nisi dos sit constituta ab ea quæ soluendo non est. Hæc exceptio reprobatur d.l.10. §.si cum mulier. cuius uerba uide* ∋.*ead.quæst.causa 1.*

X I I I I. Exceptio: *Nisi debitori cuius bona sunt alienata, hæres existat, isq; soluendo sit, uel defendatur. Hæc exceptio approbatur d.l.10.§. si ex constit. cuius uerba uide* ∋.*exceptione 6. Concordat l.1. C. de reuocandis his quæ. cuius uerba uide* ∋.*ead. quæstione in prin. Concordat item l.95.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Nemo dubitat, soluendo uideri eum qui defenditur. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi hæres postea aduersus aditionem hæreditatis in integrum sit restitutus. Hæc replicatio approbatur d.l.10.§.si quid in, his uerbis:* Si quid in fraudem creditorum fecit filius, qui se poterat abstinere, & in integrum sit restitutus, quòd se miscuerat: uel si quid fecit uoluntarius, & uel per ætatem, uel aliam caussam iustam in integrum restitutionem meruit: dicendum erit, utilem actionem competere. Idem & in seruo necessario. Sanè cum illa distinctione hoc admittendum esse Labeo scribit, ut si quidem protinus bona uendiderint creditores, uel paciscentibus creditoribus se necessarius miscuerit, utriusque fraus reuocetur, id est testatoris & ipsius. Si uerò passi sunt necessarium creditores, & quasi incteditum habuerunt nomen eius, uel dulcedine usurarum, uel quam aliam rationem secuti: dicẽdum est, nihil reuocari ex his quæ testator alienauit. *Concordat l.24.ff.eod tt. cuius uerba uide* ∋.*exc.5. repl.3. Huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi creditores nomen hæredis secuti sint: hoc enim casu à defuncto gestum non reuocatur, quamuis hæres postea in integrum sit restitutus. Quæ duplicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si uerò passi sunt necessarium creditores, &c.

X V. Exceptio: *Nisi non debitoris qui alienauit, sed hæredis eius bona ueneant. Hæc exceptio approbatur d.l.10.§.si fraudator, his uerbis:* Si fraudator hæredem habuit, & hæredis bona uenierint: non est in bonis, de quibus agitur, factum. Et ideo cessat hæc actio.

X VI. Exceptio: *Nisi crediteribus, in quorum fraudem gestum est, sit satisfactum. Hæc exceptio approbatur l.10.§.1.ff.quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Ita demum reuocatur, quod fraudandorũ creditorum causa factum est, si euentum fraus habuerit: scilicet si hi creditores, quorum fraudandorum caussa fecit, bona ipsius uendiderunt. Cæterùm si illos dimisit, quorum caussa fraudandorum fecit, & alios sortitus est: siquidem simpliciter dimissis prioribus, quos fraudare uoluit, alios postea sortitus est: cessat reuocatio. Si autem horum pecunia quos fraudare noluit, priores dimisit quos fraudare uoluit: Marcellus dicit, reuocationi locum fore. secundum hanc distinctionem & ab Imperatore Seuero & Antonino rescriptum est, eoq; iure utimur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi eorum creditorum pecunia, quos fraudare noluit, alijs quos fraudare uoluit, sit satisfactum. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propositis hisce:* Si autem horum pecunia, &c. *de qua uide* ∋.*except.prox.repl.1. Altera replicatio est: Nisi non omnib. creditorib. sit satisfactum. Hæc replicatio ap pbatur d.l.10.§.præterea sciẽdũ, his uerbis:* Sciendum est, posse quæri quod dicitur, in fraudem creditorum alienatum reuocari posse, si ijdem sint creditores: & si unus creditor sit ex illis qui fraudati sunt (siue solus tunc fuit, siue cùm cæteris satisfactum est, hic solus remansit) probandum esse, adhuc actioni locum fore. *Huius replicationis duplicatio est: Nisi eos quibus satisfactum non est, creditores ignorauit debitor. Hæc duplicatio approbatur d.l.10.§.illud certè, his uerbis:* Illud certè sufficit, etsi unum scit creditorem fraudari, cæteros ignorauit: fore locũ actioni. Quid ergo, si ei quem scit fraudari, satisfactũ est: nũquid deficiat actio? quia qui supsunt, nõ sunt fraudati? Et hoc puto pbãdũ.

Tertia

Tertia replicatio est: Nisi uerbis tantùm, non reipsa offerat quod debetur. Hæc replicatio approbatur d. §. illud certè. his uerbis: Non tamen, si dicat aliquia, Offero quod debetur ei quem scio creditorem: audiendus erit. ut actionem elidat.

XVII. Exceptio: Nisi postquam gestum est, creditores esse cœperint. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff. quæ in fraudem creditor. cuius uerba uide s. lib. 19. cap. 5. except. 6. repl. 11. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi prioribus creditoribus, in quorum fraudem gestum erat, posteriorum creditorum pecunia sit satisfactum. Quæ replicatio approbatur l. 16. ff. eod. tt. bis uerbis: Nisi priores pecunia posteriorũ dimissi probentur. Concordat l. 10. §. 1. ibi: si autē horum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. except. prox. in prin.

XVIII. Exceptio: Nisi ignorans se creditores habere, uel soluendo non esse, gessit debitor. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 15. hisce: Et sciret se soluando non esse. Cui concordat l. 17. §. 1. ibi: tamen quia creditores. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. except. 7. Huius exceptionis replicatio est: Nisi uel unum creditorē se habere sciuit: hoc enim casu, quamuis ceteros ignorauit, nihilominus actio proposita locum habet. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 10. §. illud certè. ff. quæ in fraudem creditor. cuius uerba uide s. except. 16. repl. 2. dupl. 1.

XIX. Exceptio: Nisi id quod in fraudem creditorum gestum uel alienatum est, debitori sit restitutum. Hæc exceptio reprobatur l. 25. §. si à socero. ibi: sed si priusquam. ff. d. tt. cuius uerba uide j. quæst. 10. reg. 1.

XX. Exceptio: Nisi actor non restituat impensas. Hæc exceptio approbatur l. 10. §. per hanc. ff. d. tt. cuius uerba uide j. quæst. 8. reg. 2. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi precium quo rem reus emit: hoc enim actor restituere non tenetur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur l. 7. cum lege sequente. ff. d. tt. his uerbis: Si debitor in fraudem creditorum minore precio fundū scienti emptori uendiderit, deinde hi quibus de reuocando eo actio datur, eum petant: quæsitum est, an precium restituere debeant? Proculus existimat, omnimodo restituendum esse fundum, etiamsi precium nō soluatur. Et rescriptum est secūdum Proculi sententiam Ex his, &c.

## VI. QVIBVS DATVR Actio proposita?

I. Regula: Regulariter omnibus creditoribus datur eius qui alienauit. Cuius exceptio hæc est: Nisi ijs in quorum fraudem non est gestum. Quæ exceptio approbatur l. 10. §. illud certè. ff. quæ in fraudē creditor. cuius uerba uide s. quæst. prox. except. 16. repl. 2. dupl. 1. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi eorum pecunia, in quorum fraudem gestum non est, alijs creditoribus, in quorum fraudem gestū est, sit satisfactū. Quæ replicatio approbatur per ea quæ proponūtur paulo superius except. 17. repl. 1.

II. Regula: Regulariter solis creditoribus, non alijs datur actio proposita: Cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi creditor mortuus sit: hoc enim casu eius quoq; hæredibus datur. Quæ exceptio approbatur d. l. 10. §. fin. his uerbis: Hæc actio hæredi cæterisq; successoribus competit: sed & in hæredes similesq; personas datur. Altera exceptio est: Nisi creditor pignus, in quo fraus admissa est, alienauerit: hoc enim casu etiam singulari successori actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 21. ff. quæ in fraudem, his uerbis: Debitor in fraudem creditoris cum uicino de finibus pignori dati fundi pactus est. quæsitum, an is qui à creditore emit, de finibus agere possit? Scæuola respondit, secundum ea quę proponerentur, non idcirco minus agere posse, quòd debitor ignorante creditore pactus esset. Tertia exceptio est: Nisi curatori bonorum. de quo uide uerba edicti s. eod. cap. in prin.

III. Regula, De ipso alienante debitore, eiusq; hæredibus. His non datur actio proposita. Quæ regula approbatur l. 4. C. de reuocandis ijs quæ per fraudem, his uerbis: Filios debitoris ei succedentes, ueluti in creditorum fraudem alienatorum facultatem reuocandi non habere, notissimi iuris est.

## VII. ADVERSVS QVOS competit actio proposita?

I. Regula, De eo cui in fraudem creditorum alienatum est. Hic regulariter proposita actione tenetur. Quæ regula approbatur uerbis edicti l. 1. in prin. & l. 10. in prin. ff. quæ in fraudem creditor. quæ uide s. eod. cap. in prin. Concordat l. 5. C. de reuocandis ijs quæ per fraudem, his uerbis: Ignoti iuris non est, aduersus eum qui sententia condemnatus, intra statutum tempus satis non fecit, nec defendatur, bonis possessis, itemq; distractis, per actionem in factum contra emptorem qui sciens fraudem comparauit, & eum qui ex lucratiuo titulo possidet, scientiæ mentione detracta, creditoribus suis esse consultum. Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is cui res alienata est, ignorauit in fraudem creditorum geri. Hæc exceptio elicitur ex uerbis edicti s. eod. cap. in prin. propositis. Concordat l. 6. §. hoc edictum. ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis: Hoc edictum eum coercet, qui sciens eum in fraudem creditorum hoc facere, suscepit quod in fraudem creditorum hic faciebat. Quare si quid in fraudem creditorum factum sit: si tamen is qui accepit, ignorauit: cessare uidentur uerba edicti. Concordat item l. 25. §. si à socero. ibi: in maritum. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. quæst. 10. reg. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi ignorante pupillo uel adulto, curator uel tutor eius sciuit. Hæc replicatio approbatur, simul et distinguitur l. 10. §. ait prætor. ff. eod. tt. his uerbis: Ait Prætor, sciente te: id est, eo qui conuenietur hac actione. Quid er-

go, si fortè tutot pupilli sit, ipse pupillus ignorauit? uideamus an actioni locus sit, ut scientie tutoris noceat: idem & in curatore furiosi & adolescentis? Et putem hactenos istis nocere scientiam tutorum siue curatorum, quatenos quid ad eos peruenit. *Altera replicatio est: Nisi ignoranti denunciatum sit à creditoribus, ne emeret. Hæc replicatio approbatur d.l.10.§.si quis particeps, his uerbis:* Si quis particeps quidem fraudis non fuit, uerun-tamen uendente debitore testatò conuentus est à creditoribos, ne emeret: an in factū actione teneatur, si comparauit? Et magis est, ot teneri debeat. non enim caret fraude qui conuentus testatò perseuerat. aliàs autem, qui scit aliquem creditores habere, si cum eo contrahat simpliciter sine fraudis conscientia: noo uidetur hac actione teneri. *Tertia replicatio uidetur: Nisi ignorans sciuit alienantem creditores habere. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propositis hisce:* Aliâs aotem, qui scit aliquem creditores habere, &c. *Concordat d.l.10.§.quod ait, his uerbis:* Sciente, sic accipiamus, te coosciō & fraudem participante. nō enim si simpliciter scio illum creditores habere, hoc sufficit ad conteodeodum, teneri eum in factum actiooe: sed si particeps fraudis est. *Quarta replicatio est: Nisi uel unum creditorem sciuit defraudari: hoc enim casu, quamuis ceteros ignorauit, nihilominus tenetur. Quæ replicatio approbatur, simul & distinguitur d.l.10.§.illud certè sufficit. cuius uerba uide ‡.except.16. repl.2. Quinta replicatio est: Nisi ex causa lucratiua res sit alienata. Hæc replicatio approbatur l.6. §.simili modo.ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Dicimus, & si cui donatum sit, non esse quærendom, an sciente eo cui donatum est, gestum sit: sed hoc tantùm, an fraudentur creditores: nec uidetur inioria affici is qi ignorauit, cum lucrum extorqueatur, nō damnum infligatur. In hos tamen, qui ignorantes ab eo qui soloendo nō sit, liberalitatem acceperunt: hactenus actio erit danda, qoatenus locupletiores facti sunt, ultrà oon. *Cōcordat l.5.in fine.C.de reuocandis ijs quæ per fraudem. cuius uerba uide ‡.ead.reg.in prin. Huius exemplum proponitur d.l.6.§.penult. his uerbis:* Si necessariue hæres legata præstiterit, deinde eius bona uenierint: Proculue ait, etiamsi ignoiauerint legatarij, tamen otilem actionem dandam. Quod nequaqoam dubium est. *Aliud exemplum proponitur l.17.§.1.in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide ‡.quæst.5.except.7. Planè huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi is qui ex lucratiua causa accēpit, non sit locupletior factus. Quæ duplicatio approbatur uerbis d.§.simili modo, ‡.propositis hisce:* In hos tamen, qoi ignorantes ab eo, &c. *Sexta replicatio est: Nisi cum fideiussori uel reo promittendi scienti acceptoferretur, alter rem ignorauerit: hic.n. nihilominus tenetur. Quæ replicatio approbatur l.25.in prin.ff. quæ in fraudem creditor. cuius uerba uide ‡.reg.8. Septima replicatio est: Nisi genero ignoranti à socero dos in fraudem creditorum data sit: hoc enim casu filia, pro qua dos data est, etiam ignorans tenetur. Quæ replicatio approbatur d. l.25.§.1. ibi: at si neuter. cuius uerba uide ‡. quæst.10.reg.1.*

II. Regula, *De domino & patre eius cui in fraudē alienatum est, proponitur l.6.§. simili modo.ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Quæritur, si seruus ab eo qoi soluendo non sit, ignoraote domino ipse sciens rem acceperit: an dominus teneatur? & ait Labeo, hactenus eom teneri, ut restituat qood ad se peruenoit: aot duntaxat de peculio damnetur, oel si quid in rem eius uersum est. Eadem in filiosfamiliâs probanda sunt. Sed si dominus scit: suo nomine conueoietur.

III. Regula, *De eo cuius iussu alius in fraudem creditorum accepit, propenitur l.15.§. si procurator. ff.d.tt. his uerbis:* Si procurator igoorante domino, cum sciret debitorem eius fraodandi cepisse consilium, iussit seruo ab eo accipere: hac actiooe ipse tenebitur, non dominus.

IIII. Regula, *De eo cui alienauit is qui rem à debitore in fraudem creditorum accepit. Hic non tenetur. Quæ regula approbatur l.9.ff.d.tt. his uerbis:* Qoi à debitore, cuios bona possessa sont, sciens rem emit, iterum alij boos fide ementi uendidit: quæsitum est, an secūdus emptor conueniri possit? Sed uerior est Sabini sententia, bona fide emptorem nō teneri: qoia dolus ei dontaxat nocere debeat, qui eum admisit: quemadmodum diximus non teneri eum, si ab ipso debitore ignorans emerit. Is autem qui dolo malo emit, bona fide autem ementi uendidit: in solidum pretiom rei quod accepit, tenebitur. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi fraudis conscius fuit. de quo ‡.reg.prox.*

V. Regula, *De quouis ad quem aliquid ex gesto in fraudem peruenit, proponitur l.10.§.penult.ff.d.tt. cuius uerba uide ‡.quæst.9.reg.1.except.2. Concordat l.14.ff.d.tt. his uerbis:* Hac io factum actione nō solùm dominia reuocentur, uerùm etiam actiones restaurantur. Eapropter competit hæc actio & aduersus eos quibus actio competit, ut actione cedaot. Proinde si interposuerit quis personam Titij, ut ei fraudator res tradat: actione mādati cedere debet. Ergo & si fraudator pro filia sua dotem dedisset scienti fraudari creditores: filia tenetur, ut cedat actione de dote aduersus maritum.

VI. Regula, *De muliere pro qua dos in fraudē creditorū data est, proponitur uerbis iam dictis hisce:* Ergo etsi fraudator pro filia, &c. *Cui concordat l.25. §.2.*

*§.1.ibi: quod si is.ff.d.tt.cuius uerba uide J.quæst.10. reg.1.Item concordat d.l.25.§.item si extraneus.cuius uerba uide J.reg.prox.Item concordat l.2.C.de reuocandis ijs quæ per fraudem.cuius uerba uide š.lib.36. cap.6.reg.4.except.9. repl.1.*

VII. Regula, *De patre filiæfamiliâs, pro qua dos data est, proponitur d.§.item si extraneus, his uerbis:* Si extraneus filiæfamiliâs nomine fraudandi causa dotem dederit: tenebitur maritus, si scierit, æquè mulier: nec minus & pater, si non ignorauerit: ita ut caueat, si ad se dos peruenerit, restitui eam.

VIII. Regula, *De reo promittendi, si fideiussori: & de fideiussore ac correo, si reo in fraudem sit acceptolatum: proponitur d.l.25.in prin.his uerbis:* Si fraudator fideiussori suo scienti acceptum tulerit: si reus non ignorauerit, uterq; tenebitur: si minus, is qui scierit. Si tamen ille cui acceptum factum est, soluendo nó sit: uidendum est, an in reum, etiamsi ignorauerit, actio danda sit: quia ex donatione capit? Contrà si reo scienti acceptum factú sit: fideiussor quoq;, si & ipse scierit, tenebitur. Si uerò ignorauerit: nunquid non æquè actio in eum dari debeat: quoniá magis detrimentum non patiatur, quàm lucrum faciat? In duobus autem reis par utriusq; causa est.

IX. Regula, *De ipso alienante in fraudem creditorum. Hic quoq; tenetur. Quæ regula approbatur uerbis edicti š.eod.cap. in prin. propositis hisce:* Idque etiam aduersus ipsum qui fraudem fecit, seruabo. *Concordat l.ult.§.fin.ff.quæ in fraudem creditor.his uerbis:* Hæc actio etiam in ipsum fraudatorem datur. Licet Mela non putabat in fraudatoré eam dandam: quia nulla actio in eum ex antè gesto post bonorum uenditionem daretur: & iniquum esset, actionem dari in eum cui bona ablata essent. Si uerò quædá deperdidisset sic: ut nulla ratione recuperari possent: nihilo minus actio in eú dabitur: & Prætor non tá emolumétum actionis intueri uidetur in eo qui exutus est bonis, quàm pœnam. *Concordat item l.ult.C.de reuocandis ijs quæ per fraudé, his uerbis:* Si actu solenni præcedenté obligationé peremisti: pspicis aduersus fraudatorem intra annum, in quantum facere potest, uel dolo malo fecit quo minus possit, edicto perpetuo tantùm actionem permitti.

X. Regula, *De patre alienantis in fraudem creditorum, proponitur l.12.ff.quæ in fraudem creditor.his uerbis:* Si pater filiofamiliâs liberam peculij administrationé dederit: non uidetur ei & hoc concessisse, ut in fraudem creditorum alienaret. talem enim alienationé non habet. At si hoc quoq; cócessit filio pater, ut uel in fraudé creditorú facere possit: uidebitur ipse fecisse, ut sufficiant aduersus eú cópetétes actiones. Etenim filij creditores etiá patris sunt creditores: & cum eo eiusdem generis uidelicet habebunt actioné, ut his de peculio præstari necesse sit.

XI. Regula, *De heredibus. Aduersus hos quoq; actio proposita competit. Quæ regula approbatur l.10.§.fin.ff.d.tt.cuius uerba uide š.quæst.prox.reg.2. exc.1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi nihil uel minus ad hæredem peruenit. Quæ exceptio approbatur l.11.ff.eod.tt.his uerbis:* Cassius actionem introduxit in id quod ad hæredé peruenit.

VIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: *Venit in hac actione, ut ipsa res in fraudé alienata restituatur. Quæ regula approbatur uerbis edicti š.eod.cap.in prin.propositis.Concordat d.l.10. §.præterea generaliter, his uerbis:* Generaliter sciendum est, ex hac actione restitutioné fieri oportere in pristinú statú, siue res fuerint, siue obligationes: ut perinde omnia reuocentur, ac si liberatio facta nó esset. Propter quod etiá medij téporis cómodú, quod quis cósequeretur liberatione nó facta, pstandú erit: dú usuræ nó pstétur, si in stipulatú deductæ nó fuerút: aut si talia cótractus fuerit, in quo usuræ deberi potuerút etiá nó deductæ. *Concordat item d.l.10.§. per hanc, cuius uerba uide J.reg.prox. Item concordat l.14.ff.eod.tt.cuius uerba uide š.quæst.prox. reg.5. Item concordat l.1.in fine.C.de reuocandis ijs quæ per fraudem. cuius uerba uide ā.quæst.5.in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is cui res alienata est, eam rursus uendidit. hoc enim casu ad precium dútaxat quod percepit, restituendum tenetur. Quæ exceptio approbatur l.9.in fine.ff.quæ in fraudem creditor.cuius uerba uide š.quæst.prox.reg.4. Altera exceptio est: Nisi uni creditorum in fraudem cæterorum ante diem sit solutum. hoc enim casu commodú tantùm repræsentationis reuocatur. Quæ exceptio approbatur d.l.10. §.si cum in dié.cuius uerba uide š.quæst.5 exc.3.repl. 2. Concordat l.17.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide d. repl.2. Tertia exceptio est: Nisi reus cóuétus fraudis particeps nó fuit, & actioné habeat: tunc enim solam actioné restituédo liberatur. Quæ exceptio approbatur l.14. ff.quæ in fraudé creditor.cuius uerba uide š. quæst.prox.reg.5. Quarta exceptio est: Nisi is qui alienauit, cóueniatur: hic enim in quátú facere potest, tenetur. Quæ exceptio approbatur l.ult.C.de reuocandis ijs quæ per fraudé.cuius uerba uide š.quæst.prox. reg.9. Quinta exceptio est: Nisi is cui ex causa lucratiua alienatú est, fraudis fuit ignarus: tunc enim nó nisi in id quo locupletior factus est, tenetur. Quæ exceptio approbatur l.6.§.simili modo.in fine.ff.quæ in fraudem creditor.cuius uerba uide š.quæst.prox.reg. 1.exc.1.repl.5. Sexta exceptio est: Nisi pater dominusue eius cui alienatio facta est, cóueniatur. hic enim de eo duntaxat quod ad se peruenit, uel de peculio, uel de in rem uerso tenetur. Quæ exceptio approbatur,*

*simul & distinguitur d.l.6.§.simili modo. cuius uerba uide s.quest.prox. reg.2.* *Septima exceptio est: Nisi hæres conueniatur : hic enim non nisi de eo quod ad se peruenit, tenetur.* Quæ *exceptio approbatur l.11 ff.eod.tt.cuius uerba uide s.quest.prox.reg.11.Octaua exceptio est: Nisi post annũ agatur : tunc enim non nisi in id quod ad reũ peruenit, uel dolo eius factũ est quo minus perueniret, datur actio.* Quæ *exceptio approbatur l.10.§.penult.ff.quæ in fraudem creditor.cuius uerba uide J.quest.9.reg.1.except.2.*

II.Regula, *De fructibus & omni causa, proponitur d.l.10.§.per hanc, his uerbis:* Per hanc actionẽ res restitui debet, cũ sua scilicet causa: & fructus nõ tantùm qui percepti sunt, uerùm hi quoq; q percipi à fraudatore potuerũt, ueniunt: sed cũ aliquo modo, scilicet ut sumptus facti deducantur. Nam arbitrio iudicis non prius cogendus est rem restituere, quàm si impẽsas necessarias consequatur. Idemque erit probandum, etsi quis alius sumptus ex uolunrate fideiussorum creditorumq; factus erit. *Concordat l.25.§.non solùm, his uerbis:* Non solùm ipsam rem alienatam restitui oportet, sed etiam fructus qui alienationis tempore terræ cohærent: quia in bonis fraudatoris fuerunt. item eos qui post inchoatum iudicium recepti sunt. Medio autem tempore receptos in restitutionem non uenire. *Concordat item d.l.25.§. fructus, his uerbis:* Fructus fundo cohæsisse, non satis se intelligere Labeo ait: utrum duntaxat qui maturi, an etiã qui immaturi fuerint, Prętor significet. Cæterùm etiamsi de his senserit, qui maturi fuerint: nihilo magis possessionem restitui oportere. nã cum fundus alienaretur (quod ad eũ fructusq; eius attineret) unam quandam rem fuisse, id est, fundum, cuius omnis generis alienationẽ fructus sequantur. nec eum qui tempore hyberno habuit fundum centũ, si sub tempore messis uindemiæ'ue fructus eius uẽdere possit decẽ: idcirco duas res, id est, fundum centum, & fructus decem eũ habere intelligendũ: sed unã rem haberẽ, id est, fundũ centum : sicut is quoq; unam rẽ haberet, qui separatim solũ ædium uendere possit. *Concordat item l.38.§.in Fauiana.ff.de usuris.cuius uerba uide s.lib.20.cap.9. quest.5. reg.7. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi fructus medio tẽpore post alienationẽ ante litem contestatam sint percepti.* Quæ *exceptio approbatur uerbis d.§. nõ solũ, paulo superius propositis hisce:* Medio autem tẽpore receptos in restitutionem nõ uenire. *Contradicit l.10.§. preterea.ff. quæ in fraudem creditor.cuius uerba uide s.reg prox.in prin.*

III.Regula, *De usuris, proponitur d.§.preterea, in fine.*

IIII.Regula, *De partu ancillæ alienatæ, proponitur d.l.10.§.partum quoq;, his uerbis:* Partũ quoq; in hanc actionem uenire, puto uerius esse. *Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi partus post alienationem conceptus, & antequã ageretur, editus sit. Hæc exceptio approbatur l.25.§.item partum, cum §. sequente.ff.eod.tt. his uerbis:* Partum ancillę per fraudem alienatę medio tempore editum, in restitutionem non uenire: quia in bonis non fuerit. Proculus ait, si mulier post alienationẽ conceperit, & antequã ageretur, pepererit: nullã esse dubitationẽ, quin partus restitui non debeat. Si uerò cũ alienaretur, prægnans fuit: posse dici, partum quoq; restitui oportere. *Huic exceptioni contradicit §. præterea. de quo s.reg.1.except.1.est dictum.*

V.Regula: *Si in fraudem creditorum quis obligatione aliqua liberatus sit: hæc quoq; in pristinum statum restituenda est.* Quæ *regula approbatur l.17.in prin.ff.quæ in fraudẽ creditor. his uerbis:* Omnes debitores, qui in fraudem creditorum liberantur, per hanc actionẽ reuocantur in pristinã obligationem. *Concordat l.10.§. si cum mulier, in fine.ff. eod.tt. cuius uerba uide s. quest.5. caussa 1. Item concordat d.l.10.§.preterea. cuius uerba uide s.reg.1.in prin. Itẽ cõcordat d.l.10.§.si conditionalis, hisce uerbis:* Si cõditionalis fuit obligatio, cũ sua cõditione : si in diem, cũ sua die restauranda est. Si tamen ea erit, cuius dies finitur: potest dici, restitutionẽ intra id tẽpus posse postulari, quod supererat obligationi, non utiq; intra annum.

## IX. QVAMDIV COMPEtat actio proposita?

I.Regula: *Annalis est actio.* Quæ *regula approbatur uerbis edicti s.eod.cap. in prin.propositis hisce:* Intra annum quo experiundi potestas fuerit, actionem dabo. *item l.10. in. prin.ff. quæ in fraudem creditor.item s.eod.cap.in prin. propositis uerbis hisce:* Etsi ei non plus quàm annus est, cũ de ea re qua de agitur, experiundi potestas est, &c. *Concordat item l.ult.C. de reuocandis hs quæ per fraudem.cuius uerba uide s.quest.7. reg.9. Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi experiundi potestas non fuerit.* Quæ *exceptio approbatur uerbis edicti s.eod.cap.in prin.propositis. Cui cõcordat l.6.§.fin.ff. quæ in fraudem creditor. his uerbis:* Huius actionis annum utilem cõputamus, quo experiundi potestas fuit, ex die factæ uenditionis. *Altera exceptio est: Nisi de eo quod ad reum peruenit, agatur: hoc enim casu etiam ultra annum datur.* Quæ *exceptio approbatur l.10.§. penult.ff.d.tt.his uerbis:* Actio hęc post annum de eo quod ad eum peruenit, aduersus quem actio mouetur, competit. Iniquũ enim Prętor putauit, in lucro eum morari, qui sensit lucrum ex fraude. Idcirco extorquendum ei lucrum putauit. Siue igitur fraudator sit ipse ad quem peruenit, siue alius quiuis: competit actio in id quod ad eum peruenit,

nit, dolo'ue malo eius factum est quo minus perueniret. *Tertia exceptio est: Nisi dies in fraudem remissæ obligationis uel actionis anno citius exeat: hoc enim casu non intra annum competit, sed intrà id tēpus quod ex remissa obligatione superest. Quæ exceptio approbatur d.l.10.§.si conditionalis. cuius uerba uide s̄.quæst prox.reg.1.*

*I I.Regula: Annus à die alienationis uel gesti negocij incipit currere. Quæ regulæ approbatur d.l.10.§.annus, his uerbis:* Annus huius in factum actionis computabitur ex die uenditionis bonorum. *Concordat l.6.§.fin.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄.reg.prox.except.2.*

## X. EVENTVS HVIVS actionis.

*I.Regula: Reus cui dos in fraudē creditorum per actionem propositam euicta est, exceptione defenditur aduersus dotis actionem. Quæ regula approbatur l.25.§.si à socero.ff.quæ in fraudem cred. his uerbis:* Si à socero fraudatore sciens gener acceperit dotem: tenebitur hac actione. & si restituerit eā, desinit dotem habere: nec quidquam emancipatæ diuortio facto restituturum, Labeo ait: quia hęc actio rei restituendæ gratia, nō pœnę nomine daretur. Ideoque absolui solet reus, si restituerit. Sed si priusquam creditores cum eo experirētur, reddiderit filiæ dotem iudicio nomine dotis cōuentus: nihilominus eum hac actione teneri Labeo ait, nec ullū regressum habiturum ad mulierem. Si uerò sine iudice: uidendum est, an ulla repetitio competat ei? Quòd si is ignorauerit, filia autem scierit: tenebitur filia. Si uerò uterque scierit: uterq; tenebitur. at si neuter scierit: quidam existimant, nihilominus in filiam dandam actionem: quia intelligitur quasi ex donatione aliquid ad eam peruenisse: aut certè cauere eam debere, quod consecuta fuerit, se restituturam. In maritū autem qui ignorauit, non dandam actionem, non magis quàm in creditorem qui à fraudatore, quod ei deberetur, accepit, cum is indotatam uxorem ductus nō fuerit. *Cōcordat propositæ regulæ l.10.§.si cum mulier. ibi: nec mulier ff.eod.tt.cuius uerba uide s̄. quæst.5.causa 2.*

*I I.Regula: Reus cui res proposita actione est euicta, regressum ad suum auctorem, uel eam cui is antea rem ex causa dotis restituerat, non habet. Quæ regula approbatur uerbis d.§.si à socero, iam propositis hisce:* Nec ullum regressum habiturū ad muliarem, &c. *Concordat l.9.ff.de priuilegijs creditor. cuius uerba uide s̄.lib.39.cap.2.quæst.1.except.11. Item concordat l.98.§.diuersum.ff.de solutionib. cuius uerba uide s̄.lib.prox.cap.10.except.35.repl.2.*

## XI. ADFINIA REMEdia.

*Ex causis s̄.propositis regulariter actio proposita Pauliana, non alia competit. cuius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi is cum quo in fraudem creditorū contractum est, eo nomine agat. hoc enim casu per exceptionem repellitur. Quæ exceptio approbatur d.l.9.ff. de priuilegijs creditor. Altera exceptio est: Nisi libertus in fraudem legitimæ, quæ patrono in bonis eius debetur, quædam alienauit: hoc enim casu patrono Fauiana cōpetit actio. de qua uide s̄.li.20.cap.9. Tertia exceptio est: Nisi pater filijfamiliâs, uel dominus serui nomine conueniatur. hoc enim casu de peculio actio est. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.6.§.simili modo.ff.quæ in fraudem creditor. cuius uerba uide s̄.quæ.7.reg.2. Cōcordat l.12. in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide d. quæst.7. reg.10.*

*Hactenus causæ seu modi, quibus iura amissa recuperantur, expositi sunt. quanquā eiusdem generis est actio Fauiana & Caluisiana: uerùm de ea dictum (ut ostendi) s̄.lib.20.cap.9. item eiusdem generis est interdictum recuperandæ possessionis Vnde ui: de quo dictum s̄.lib.23.cap.11. item huc pertinent etiam iura postliminij: siquidem per hoc quoq; iura per captiuitatem amissa recuperantur. uerùm de eo non minus commodè tractabitur j.lib.prox. Sed & modi liberationum non solùm iuris retinendi, sed etiam recuperandi uim habent: quia per eos iura per obligationes amissa recuperamus. uerùm de ijs dictum s̄.lib. prox.*

# DIGESTORVM LIBER QVINQVAGESIMVS.

## *DE CAPITIS DEMINVTIONE, CAptiuitate & Postliminio, necnon de uerborum significatione, & de regulis iuris.*

*Ad causas seu modos amittendi iuris pertinet etiam capitis deminutio, eiusq́; species captiuitas: quam sequitur causa recuperandi iuris postliminium. de quibus in hoc libro dicetur, adiunctis duobus titulis generalibus: uno de uerborum significatione. altero de regulis iuris.*

### *DE CAPITIS DEMInutione. Cap.I.*



Rimò: *Definitio capitis deminutionis proponitur l.1.ff.de capite minutis, hisce uerbis :* Capitis deminutio, est status mutatio. *Concordat ijsdem uerbis Inst. de capitis deminut. in prin.*

*I I.Diuisio capitis deminutionis proponitur Inst.d.tt.in prin. his uerbis :* Capitis deminutio tribus modis accidit. Nā aut maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidā mediam uocant) aut minima. Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul &

ciuitatem & libartatam emittit: quod accidit in his qui serui pœnæ efficiuntur atrocitare sententiæ, uel libartis ut ingraris arga patronos cõdemnaris, ual his qui se ad precium participandum uenũdari pasi sunt. Minor siue media capitis deminutio ast, cũ ciuitas quidam amittitur, libartas uerò retinatur: quod eccidit ei cui aqua & igni intardictum fuarit, usl ai qui in insulam daportatus est. Minima capiris daminutio est, cum ciuiras rerinatur & libartas, sad status hominis commutatur: quod eccidir in his qui cũ sui iuris fuerint, cœperũt aliano iuri subiacti essa, usl cõtrà. ualuti si filiusfamiliâs à patra emancipatus fuarit, est capita deminutus. Seruus sũt manumissus, capita nõ minuitur: quia nullũ caput habuit. *Cõcardat propositæ diuisioni l. ult. ff. de capite minutis, bisce aerbis:* Capitis deminutionie tria ganara sunt: maxima, madie, minima. tria auim sunt quę habemus: libertaté, ciuitaté, familiam. Igitur cũ hæc omnia amittimus, hoc est, libertaté, & ciuitaté, & familiá: maximá esse capitis deminutioná. Cũ uerò amittimus ciuitatam, & libertatem retinamus: mediam esse capitis daminutionem. Cum autem & libertas & ciuitas retinetur, familie tantùm mutarur: minimem essa capitis deminurlonam, constat.

III. CAVSAE EX QVIBVS quie capira daminuitur.

I. *Causa: Si quis seruus pœna efficiatur. Hæc causa approbatur uerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Quod accidit in bis qui sarui pœnæ efficiuntur atrocitare santantiæ. *Huius species uide ī. lib. 3. cap. 3. quæst. 4. De pœna qua libertas adimitur.*

II. *Causa: Si libertus ut ingratus in patronum condemnetur: bic enim seruus efficitur. Quæ causa approbatur uerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Vel libertis ur ingratis erga patronos cõdẽnetia. *Plura de bac causa uide ī. lib. 19. cap. 11. quæst. 1. causa 2.*

III. *Causa: Si quis ob preciũ participandum se uenundari passus sit. Hæc causa approbatar uerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Vel his qui se ad preciũ participãdum uenũdari pasi sunr. *Plura de bac causa uide ī. lib. 19. cap. 3. causa 3. exc. 1.*

IIII. *Causa: Si cui aqua & igni interdictum fuerit. Hæc causa approbatur uerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Quod eccidir ei cui aqua & igni interdictum fuerit. *Concordat l. 5. in prin. ff. de capite minutis, bisce uerbis:* Amisione ciuiratis fir capitis daminutio, ur in aquæ & ignis interdictione. *Planè in huius pœnæ locum bodie successit deportatio, l. 2. § constat. ff. de pœnis. cuius uerba uide ī. lib. 3. cap. 12. quæst. 1. exc. 1. de iure deportandi.*

V. *Causa: Si quis in insulam sit deportatus. Hæc causa approbatur aerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Vel ei qui in insulam deportatus ast. *Plura de bac causa uide ī. lib. 3. cap. 3. quæst. 4. De deportatione in insulam.*

VI. *Causa: Si quis uel cuius parens adoptetur, uel adrogetur. Hæc causa approbatur uerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Quod accidir in his qui cum sui iuris fuerint, cœparunt aliano iuri subiecti asse. *Concordat l. 3. in prin. ff. de capite minutis, bisce uerbis:* Liberos qui adrogatum parantam saquuntur, placet minui capita: cũ in aliena porestate sunt, & familiam mutauerunt. *Plura de bac causa uide ī. lib. 16 cap. 8.*

VII. *Causa: Si quis uel cuius parens emancipatus fuerit. Hæc causa approbatur uerbis Inst. ī. quæst. prox. propositis bisce:* Si filiusfamiliâs à parre emancipatus fuerir, ast capita diminutus. *Concordat d. l. 3. § emancipato. cum lege sequente, bis uerbis:* Emancipero filio, & cætaris personis capitis deminutio manifastè accidit: cum amanciperi nemo posit, nisi in imaginariã saruilam causam daductus. Aliter atq; cum seruus manumittitur: quia saruile caput nullum ius habat, idaoque nac minui potast. Eo dia anim incipit statum habere. *Plura de causa proposita uide ī. lib. 16. cap. 9.*

VIII. *Causa: Si seruus manumissus fuerit. Hæc causa reprobatur uerbis iam propositis bisce:* Aliter atq; cum seruus manumittitur, &c. *Concordat Inst. aerbis ī. quæst. prox. propositis bisce:* Saruus manumissus capite nõ minuitur: quia nullum caput habuit.

IX. *Causa: Si cuius dignitas mutetur, uel quis senatu moueatur. Hæc causa reprobatur Inst. de capitis deminutione, § quib. autem, bis uerbis:* Quibus dignitas magis quàm status permutatur, capite non minuuntur. Er ideo à senatu motos capita non minui constat. *Concordat l. 3. ff. de senatorib. bis uerbis:* Sanatorem remorum senatu capite non minui, sed Romæ morari, diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

X. *Causa: Si quis ad bostes defecerit. Hæc causa approbatur l. 5. § 1. ff. de capite minutis, bisce uerbis:* Qui daficiunt, capite minuuntur. Daficere autam dicuntur, qui ab his quorum sub imperio sunt, dasistunt, & in hostium se numerum conferunt.

XI. *Causa: Si quis à senatu bostis iudicatus sit. Hæc causa approbatur d. l. 5. § sed & ij. bis uerbis:* Et ij quos senatus bostas iudicauit lege lara, capita minuuntur utiqua, usque adaò ur ciuitatem amittanr.

XII. *Caussa: Si quis à senatu bostibus deditus sit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, uerùm eius exceptio hæc est: Nisi ab bostib. non sit receptus. Quæ exceptio approbatur l. ult. ff. de legationibus. cuius uerba uide ī. lib. 4. cap. 2. quæst. 1. in fine, except. gener. 2. Plura de bac re uide J. capitt 3. quæstione 5. except. 1.*

XIII.

X I I I. *Causa: Si quis ab hostibus capiatur. Hæc causa approbatur l.24. in fine. ff. de captiuis. de qua regule J. cap. prox.*

X I I I I. *Causa: Si quis furiosus fiat. Hæc causa reprobatur l. 20. ff. de statu hominum, his uerbis:* Qui furere cœpit: & statum, & dignitatem in qua fuit, & magistratum, & potestatem uidetur retinere: sicut & rei suę dominium retinet.

IIII. EVENTVS CAPITIS deminutionis.

I. Regula: *Capitis deminutione amittit quis iura quæ habuit. Quæ regula cùm ipso iure subsistat, recipit exceptionem hanc: Nisi minima sit capitis deminutio. Quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.5. §. fin. cum duab. legib. sequentibus. ff. de capite minutis, hisce uerbis:* Nunc respiciendum, quę capitis deminutione iura pereant? Et primò de ea capitis deminutione, quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura nō interuerti constat. Nam manere magistratum, uel senatorem, uel iudicem, certum est. Nam & cętera officia quę publica sunt, in eo non finiuntur. Capitis enim deminutio, priuati hominis & familiæ sua iura, non ciuitatis amittit. Tutelas etiam non amittit capitis deminutio: exceptis his quæ in iure alieno personis positis non deferuntur. Igitur testamento dati uel ex lege, uel ex senatusconsulto, erunt nihilominus tutores: licet legitimæ tutelæ ex X I I Tabulis interuertātur eadem ratione, qua & hæreditates exinde legitimæ, quæ adgnatis deferuntur: quia desinunt esse familia mutata. Ex nouis autem legibus & hæreditates & tutelę plerunq; sic deferuntur, ut personæ naturaliter designētur: ut ecce deferunt hæreditatē senatusconsulta matri & filio. *Ait Iurisconsultus:* Tutelas etiam non amittit capitis deminutio, &c. *De hac re uide ā. lib.17. cap.8. causa 9. except.1.*

I I. Regula: *Capitis deminutione actoris desinit illi competere actio. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, eiusq; exemplum proponitur ā. lib.32. ca.7. causa 30. Verùm eius exceptio prima hæc est: Nisi actio naturalem præstationem habeat. Hæc exceptio approbatur, simul & exemplo declaratur l.8. cum lege sequente. ff. de capite minutis, hisce uerbis:* Eas obligationes, quæ naturalem præstationē habere intelliguntur, palàm est capitis deminutione non perire: quia ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non potest. Itaque de dote actio (quia in bonum & æquum concepta est) nihilominus durat, etiam post capitis deminutionem: & quandoq; emancipata agat. *Altera exceptio est: Nisi dotis actio sit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam præpositis hisce:* Itaq; de dote actio, &c. *Tertia exceptio est: Nisi ex testamento actio sit. Quæ exceptio approbatur l.10. ff. eod. tit. cuius uerba uide ā. lib. 14. cap. 8. quæst. 4. except. 2.*

I I I. Regula: *Reus capite deminutus exceptione defenditur. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur ā. lib.48. cap.21. Hæc de capitis deminutione in genere.*

*DE CAPTIVITATE.*
*Cap. II.*

PRimò: *Iuris quoq; amittendi modus est captiuitas. Quæ regula approbatur l.24. in fine. ff. de captiuis, hisce uerbis:* Ab hostibus captus (utputa Germanis seu Parthis) & seruus est hostium, & postliminio statum recuperat pristinum. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi non ab hostibus, sed ab alijs sit captus. Hæc exceptio approbatur d. l.24. in prin. cuius uerba cum concordantibus uide ā. lib.19. cap.1. causa 2. except.2. Sed & concordat l.19. §. à piratis. ff. eod. tit. his uerbis:* A piratis aut latronibus capti, liberi permanent. *Concordat item l.7. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Non dubito quin fœderati & liberi nobis externi non sint, neq; inter nos atq; eos postliminium sit. Etenim quid inter nos atque eos postliminio opus est, cum etiam illi apud nos & libertatem suam, & dominium rerum suarum æquè atque apud se retineant: & eadem nobis apud eos contingant? *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi ab ea gente, cum qua neque amicitia, neque hospitium, neque fœdus est, sit captus. Hæc replicatio approbatur l.5. §. in pace. ff. eod. tit. his uerbis:* In pace quoque postliminium datum est. Nam si cum gente aliqua neque amicitiam, neque hospitium, neque fœdus amicitiæ causa factum habebimus: hi hostes quidem non sunt. Quod autē ex nostro ad eos peruenerit, illorū fit: & liber homo noster ab eis captus, fit seruus eorum. Idēq; est, etsi ab illis ad nos aliquid perueniat. hoc quoq; igitur casu postliminiū datū est. *Altera exceptio est: Nisi in bello ciuili captus sit. Hæc exceptio approbatur l.21. §. in ciuilibus. ff. de captiuis. cuius uerba uide ā. lib.19. cap.1. causa 2. except.2. Tertia exceptio est: Nisi ante bellum ad hostes postea factos peruenerit. Hæc exceptio reprobatur l.12. §.1. ff. d. tit. his uerbis:* In pace qui peruenerunt ad alteros, si bellum subitò exarsisset, eorū serui efficiuntur, apud quos iam hostes suo fato deprehenduntur: quibus ius postliminij est tā in bello, quàm in pace: nisi fœdere cautum fuerat, ne esset his ius postliminij. *Quarta exceptio est: Nisi tempore induciarū captus sit. Hæc exceptio approbatur l.19. §. induciæ. ff. d. tit. his uerbis:* Induciæ sunt, cum in breue & in præsens tempus conuenit, ne inuicē se lacesserent. quo tempore non est postliminium. *Quinta exceptio est: Nisi nondum in præsidia hostium fuerit deductus. Hæc exceptio ap-*

*probatur l.5.§.antequam.ff.d.tt. his uerbis:* Antequam in præsidia deducatur hostium, manet ciuis. *Sexta exceptio est: Nisi captus ad suos fuerit reuersus. Hec exceptio approbatur, simul & distinguitur J cap.prox.*

### II. QVAE IVRA PER captiuitatem amittantur.

I Regula: *Amittitur per captiuitatẽ libertas. Quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur ī.lib. 19.cap.3.causa 2.in prin.*

II. Regula: *Amittitur patria potestas. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.12.§.si quis capiatur.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Si quis capiatur ab hostibus: hi quos in potestate habuit, in incerto sunt, utrum sui iuris facti, an adhuc pro filijsfamilias computentur. Nam defuncto illo apud hostes, ex quo captus est, patresfamiliarum: reuerso, nunquam non in potestate eius fuisse credentur. Idẽ & de his quæ medio tempore adquirunt stipulatione, traditione, legato. Nam hæreditatem an possint, tractatum est, ubi non est reuersus. Si fortè alij uel in totum, his exhæredatis in testamento, uel in partem instituti sunt hæredes: utrum in hæreditate captiui, quæ lege Cornelia inducitur: an propria ipsorum sint? quod uerius est. Diuersumque in his quæ per seruum adquiruntur. meritò: quia hi bonorum fuerunt, & esse perseuerant: hi sui iuris exinde, sibique ideo adquisisse intelliguntur. *Concordat l.22. §. quod filius. ibi: nam status.ff. eod.tt. cuius uerba uide 3.lib.38.cap.7.reg.2.except.1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi captiuus postliminio fuerit reuersus. quæ exceptio approbatur uerbis iam propositis. Plura de hac regula uide ī.lib.26.ta.9.quæst. 4.reg.3.*

III. Regula: *Captiuo per filiumfamiliás non adquiritur. Quæ regula approbatur, simul & distingui tur uerbis d.§.si quis capiatur, iam propositis. Concordat d.§.quod filius. Item concordat l.9. in fine.ff. de castrensi peculio. cuius uerba uide ī. lib.29. cap.1. quæst.1.except.2. repl.2. Plura de regula proposita uide 3.lib.38.cap.7.reg.2.except.1.*

IIII. Regula: *Captiuo eiusq; hæredibus nihilominus per seruum adquiritur. Quæ regula approbatur l.22.§.porrò quæcũq;.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Quæcunque serui captiuorum stipulantur uel accipiunt, adquiri dominis intelliguntur, cùm postliminio redierint. Quare necesse est & ad eos pertinere, qui ex lege Cornelia hæreditatem adierint. Quòd si ex lege Cornelia nemo hæres extiterit: bona publica fiunt. Legata quoq; seruis eorum præsenti die, uel sub conditione, ad hæredes pertinebunt. Item si seruus ab extero hæres institutus fuerit, iussu hæredis captiui adire poterit. *Concordat d.l.22.§.quæ peculiari, his uerbis:* Quæ peculiari nomine serui captiuorum possident, in suspenso sunt. Nam si domini postliminio redierint, eorum facta intelliguntur: si ibi decesserint, per legem Corneliam ad hæredes eorum pertinebunt. *Concordat item l.1.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī.lib.36.cap.5.reg.2.except.5. Item concor dat l.12.§.si quis capiatur. ibi: diuersumq;.ff.eod.tt, cuius uerba uide 3.reg.2.*

V. Regula: *Captiuitate dissoluitur matrimonium. Quæ regula approbatur, simul et distinguitur per ea quæ proponuntur ē.lib.14.cap 8.causa 2.*

VI. Regula: *Captiuitate possessoris possessio amittitur, & interrumpitur usucapio. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur per ea quæ proponuntur 3.lib.22.cap.2.except.6.itẽ lib.23.cap.4.causa 16.*

### III. RELIQVA CAPTIVItatis iura.

I. Regula, *De curatore bonis captiui dando, proponitur l.3.C.de postliminio, his uerbis:* Cum cognatos tuos nõdum postliminio reuersos adfirmes, sed adhuc in rebus esse humanis, & eorum bona fraudibus diuersæ partis dissipari: interpellatus rector prouinciæ prouidebit eum sub obseruatione constituere, qui stipulante seruo publico satis idoneè dederit.

II. Regula, *De captiuis domum reuertentibus nõ retinendis, proponitur l.ult.C.eod.tt.his uerbis:* Diuersarum homines prouinciarum cuiuslibet sexus, conditionis, ætatis, quos Barbarica feritas captiuitatis necessitate transuexerat, inuitos nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quidquam in usum uestium uel alimoniæ impensum est: humanitati sit præstitum, nec maneat uictualis sumptus repetitio: exceptis ijs quos Barbaris uendentibus emptos esse docebitur, à quibus status sui precium propter utilitatem publicã emptoribus æquum est redhiberi. Ne quãdo enim damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat emptionem: decet redemptos aut datum pro se precium emptoribus restituere, aut laboris obsequio uel opere quinquennij uicem referre beneficij, habituros incolumem (si in rem nati sunt) libertatem. Reddantur igitur sedibus proprijs sub moderatione quam iussimus, quibus iure postliminij etiam ueterum responsis incolumia cuncta seruanda sunt. Si qs itaq; huic pcepto fuerit conatus resistere actor, conductor, pcuratorq;: dari se metallis cũ pœna deportatiõis, nõ ambiget. Sin uerò possessionis dñs: rẽ suã fisco nouerit uindicãdã, seq; deportandũ. Et ut facilis executio proueniat: Christianos pximorũ locorũ uolumus huius rei solicitudinẽ gerere. Curiales quoq; pximarũ ciuitatũ placuit admoneri, ut emergẽtib. talibus causis,

causis, sciant legis nostræ auxiliũ desferendũ: ita ut nouerint rectores uniuersi, decẽ libras auri à se, & tãtũdẽ à suis apparitiõib. exigendas, si præceptum nostrum neglexerint. *Concordat l.11.C.de episcopali audientia.cuius uerba uide 8.lib.10.cap.5.reg.8.*

III. *Regula: Captus ab hostibus, & in captiuitate mortuus, intelligitur ipso die captiuitatis decessisse. quæ regula approbatur l.18.ff.de captiuis, hisce uerbis:* In omnibus partibus iuris is qui reuersus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse uidetur, cum captus est.

## DE POSTLIMINIO.

### Cap. III.

PRimò: *Definitio postliminij proponitur l.19.in prin.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Postliminiũ est ius amissæ rei recipiendæ ab extraneo, & in statũ pristinũ restituendæ, inter nos & liberos populos regesq́; moribus, legib. constitutũ. Nam quod bello amisimus, aut etiã citra bellum: hoc si rursus recipiamus, dicimur postliminio recipere: idq́; naturali æquitate introductũ est, ut qui per iniuriã ab extraneis detinebatur, is ubi in fines suos redijsset, pristinũ ius suũ reciperet.

II. *Etymologia postliminij proponitur inst. quib. modis ius patriæ potestatis soluitur. §. dictũ est, his uerbis:* Dictũ est postliminium à limine, & post. Vnde eum qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit: postliminio reuersum rectè dicimus. Nam limine, sicut in domo finem quendam faciunt: sic & imperij finem esse limen, ueteres uoluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & terminus. ab eo postliminiũ dictum est: quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat.

III. GENVS HVIVS iuris.

*Postliminiũ iuris naturalis est. quæ regula approbatur uerbis d.l.19.in prin, 8. quæst.1. propositis hisce:* Idq́; naturali æquitate introductũ est, &c.

IIII. *Diuisio postliminij proponitur l.5.in prin.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Postliminij ius competit aut in pace, aut in bello. In bello, cum hi qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, & intra præsidia sua duxerunt. Nam si in eodem bello is reuersus fuerit, postliminium habet: id est, perinde omnia restituuntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset. In pace quoq; postliminium, &c. *Reliqua uerba uide 8. cap. prox. quæst.1. except.1. repl.1. Cõcordat l.12.in prin.ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæst. prox. exc.7. Alia diuisio proponitur l.14.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. quæst.6.reg.1.*

V. *Iura per captiuitatem amissa, postliminio reuersus recuperat. quæ regula approbatur uerbis d.l.5.in prin. iam propositis hisce:* Perinde omnia restituuntur ei iura, ac si captus ab hostib. non esset. *Concordat l.12. §. codicilli. ibi: cætera quæ in iure. ff.de captiuis. cuius uerba uide 8. lib.28. cap.15.quæst.4.except.2.repl.1. Item concordat l.16. ff.eod.tt.his uerbis:* Retrò creditur in ciuitate fuisse, qui ab hostibus aduenit. *Item concordat l.19.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide 8.quæst.1. Item concordat l.24. in fine. ff. eod.tt.cuius uerba uide 8. cap.prox.in prin. Concordat item l.19.C.de postliminio.cuius uerba uide J.quæst.prox.reg.11. Ratio huius regulæ proponitur l.19.in prin. ibi: idq́; naturali: ff.de captiuis.cuius uerba uide 8.eod.cap.in prin. Declaratur regula proposita definitione postliminio reuersi, d.l.19.in prin. Concordat l.4.in prin: ff.d.tt.his uerbis:* Eos qui ab hostib. capiuntur, uel ab hostib. deducuntur, iure postliminij reuerti, antiquitùs placuit. *Planè propositæ regulæ exceptio prima hæc est: Nisi nõ ab hostib. sed ab alijs captus, reuersus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur per eá quæ proponũtur J. cap.prox. quæst.1. exc.1. Altera exceptio est: Nisi ad hostes transfugit is qui reuersus est. Hæc exceptio approbatur l.19. §.trãsfugæ.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Trãsfugæ nullũ postliminiũ est. nã qui malo consilio & proditoris animo patriã relinquit, hostiũ numero habendus est. *Concordat l.14. ibi: nam trãsfugis. ff.ex quib. caußis maiores in integr. restit. cuius uerba uide 8.lib.prox.ca.5.quæst.3.caußa 11. in prin. Itẽ cõcordat l.51.ff.de adq.rer.dominio. his uerbis:* Transfugã iure belli recipimus: & quæ res hostiles apud nos sunt, nõ publicæ, sed occupantiũ fiunt. *Concordat itẽ l.19. in fine. C.de postliminio. cuius uerba uide J.quæst.prox reg 11. Declaratur exceptio proposita definitione trãsfugæ, d.l. 19. §.transfugæ.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Transfuga non is solus accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello trãsfugit: sed & qui per induciarũ tẽpus ad eos, cum quib. nulla amicitia est, fide suscepta transfugit. *Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi quoad ius quod alius in trãsfuga habuit. hoc enim nihilominus recuperatur in transfuga reuerso. quæ replicatio approbatur exẽplo serui trãsfugæ. d. §. trãsfugæ. ibi: sed in libero, his uerbis:* In libero trãsfuga id iuris est, siue fœmina, siue masculus sit. si uerò seruus trãsfugerit ad hostes: quoniã & cùm casu captus est, dominus in eo postliminiũ habet: rectissimè dicitur, etiã ei postliminiũ esse, scilicet ut dominus in eo pristinũ ius recipiat: ne contrariũ ius non tã ipsi iniuriosum sit, qui seruus semper permanet, quàm domino damnosum constituatur. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est: Nisi statuliber trãsfuga fuerit, & conditio libertatis, dũ apud hostes est, extiterit. quæ duplicatio approbatur d.l.19. §. si statuliber. ff de captiuis, hisce uerbis:* Si statuliber transfuga reuersus sit: existente cõditione postquã redijt, liber efficitur. diuersum est, si conditio extitisset, dum apud hostes est. in eo enim

casu neq; sibi reuerti potest, ut liber sit: neque hæredi in eo ins postliminij est: quia non potest queri, cum nullum damnũ pa-tiatur, libertate iam obtingeote, si oon impediret; quòd transfuga factus est. *Altera duplicatio est: Nisi filiusfamiliâs transfuga reuersus fuerit: in hoc enim parens patriam potestatem non recuperat. quæ duplicatio approbatur d.l.19.§.filius quoque, his uerbis:* Filius qooq; familiâs transfuga non potest postliminio reuerti, neq; uiuo pátco: quia pator sic illum amisit, quem admodom patriai & quia disciplina castrorum antiquior fuit patentibus Romanis, quàm charitas liberorum. *Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi uictus hostibus se dediderit. Hæc exceptio approbatur l.17.ff. de captiuis, bisce uerbis:* Postliminio carent, qui armis uicti hostibus se dedi derunt. *Quarta exceptio est: Nisi uolens, non coactus apud hostes manserit. Hæc exceptiò approbatur l.20.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Si captiuus, de quo in pace cautũ fuerat ut rediret, sua uolumtate apud hostes mansit: non ei postea esse postliminió, uerum est. *Concordat l.19. in fine.C.de postliminio. cuius uerba uide j.quæst.prox.reg.11. Quinta exceptio est: Nisi reuersus habeat reuertendi ad hostes animum. Hæc exceptio approbatur l.5.§.captiuus.ff. de captiuis, bisce uerbis:* Captiuus, si à nobis manumissus fuerit, & peruenerit ad soos: ita demõ postliminio reuarsus intelligitor, si maluit eos sequi, quàm in ciuitate nostra manere. Et ideo in Attilio Regulo, qoem Carthaginẽses Rómam miserunt, respoosum est, non esse eũm postliminioiò reuersum: quis iurauerat Carthaginem se reuersorum, & non habuit animum Romę remaneodi. Et ideo in qood am interprate Menandro, qui postoaquàm apud nos manomissus erat, missus est ad suos, non est uisa necessaria lox, quæ lata est de illo, ot maneret ciuis Romanus. Nam siue animus ei fuisset remanẽdi apud suos, desineret esse ciuis: siue animus ei fuisset reuertẽndi, maneret ciuis. Et ideo esset lex superuacua. *Concordat l.12. § . si quis seruum. ibi: quod in libris.ff.eod.tt. cuius uerba uide j.except.11.repl.1.dupl.1. Concordat item l.25. ibi: ita tamen.ff.eod.tt.cuius uerba uide j.except.9. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi quoad ius, quod aliud in reuerso habet. Hæc replicatio approbatur exemplo serui ab hostibus capti, reuersi, & à domino suo adprehensi, d.§ si quis seruum. ibi: certè apud hostes. cuius uerba uide d. except.9. Sexta exceptio est: Nisi reuersus apud hostes natus sit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur ĩ. lib.19. cap.1. caussa1. except.1. Septima exceptio est: Nisi pace cum hostib. facta conuenerit, ne reuerso postliminium esset. Hæc exceptio approbatur l.12.in prin.ff. de captiuis, bisce uerbis:* In bello postliminium est. In pace etiam his qui in bello capti erant, de quib. oihil in pactis erat cõprehensum. Quod ideo placuisse Seruius scribit, quia spẽ reuertẽdi ciuibus in uirtote bellica magis, quàm in pace Romani esse uoluerũt. *Cõcordat d.l.12.§.1.ibi: nisi fœdere. cuius uerba uide ĩ.cap.2.quæst.1.exc.3. Octaua exceptio est: Nisi hostibus deditus reuersus sit, nec à suis receptus. Hæc exceptio approbatur l.4.ff.d.tt.his uerbis:* An qui hostibus deditus reuersus, nec à nobis receptus est, ciuis Romanus sit, inter Brutũ & Scæuolã uariè tractatũ est. Et consequẽs est, ut ciuitatem non adipiscator. *Huius exceptionis replicatio est: Nisi deditus ab hostibus non sit receptus. quæ replicatio approbatur l.ult.ff. de legationib. cuius uerba uide ĩ.lib.4.cap.2.quæst.1.in fine, except. gener.2. Nona exceptio, sumpta ex modo quo captiuus euasit, reprobatur l.25.ff.de captiuis, bisce uerbis:* Nihil interest, quomodo captiuus reuersus est: utrum dimissus, an ui uel fallacia potestatem hostium euaserit: ita tamen, ut si ea mente uenerit, ut non illò reuerteretur. Nec enim satis est corpore demum quem redijsse, si mente alienus. *Decima exceptio uidetur: Nisi uictis hostibus captiuus sit ablatus atq; receptus. hoc enim casu uidetur iure belli occupanti concedi. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.25. in fine, his uerbis:* Sed & qoi uictis hostibus recuperantur, postliminio redijsse existimantur. *Concordat Inst.quib.mod.ius patriæ potest.soluitur.§.sed & qui captus, his uerbis:* Et qoi captus uictis hostibus recoperatur, postliminio redijsse existimatur. *Itẽ concordat l.12. C.de postliminio, his uerbis:* Ab hostib. capti, & non cõmercio redempti, sed uirture militum nostrorum liberati, illico statum quem captiuitatis caussa amiserant, recipiuot. Serui autem dominis suis restituantur. Receptos enim eos, nõ captos iudicare debemos: & milites nostros defensores eorũ decet esse, non dominos. *Vndecima exceptio est: Nisi captiuus ab hostibus precio redemptus sit. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.17.C.de postliminio, his uerbis:* Liber captus ab hostibus, & commercio redemptus, tũc demũ, cum preciũ soloitur, uel hoc ei qualicunq; remittitur iudicio, statum pristinum recipit. Quo genere matre filiũ redimente, cũ huiusmodi contractus non de mercede, sed de tristitia repudiandɑ cogitarut, ooti recipiendi filium cogitatio cum oprabili cõditione filiõ illico matri restituit: ita ut & ciuilium obsequio munerum propter casum præteritum filius non excusetur. Pro pietatis itaq; ratione ab hostibus redempto filio, facti te pœnitere, ac de precio quidqoam tractare non conuenit: dotem tameo ab eo debitam iure concesso reddi postulas. *Concordat l.ult.ibi: exceptis ijs.C. eod.tt. cuius uerba uide ĩ.cap.prox.quæst.3.reg.2. Item cõ-*

*cordat*

*cordat l.12.§.si quis seruum.ff.de captiuis.cuius uerba uide §.repl.prox. dupl 2. Item concordat d.l.12.§.si fideicōmissa.cuius uerba uide §.quæst. prox. reg.6. except.1.Planè propositæ exceptionis replicatio prima hæc est:Nisi precium quo redemptus est,redemptori restituatur. quæ replicatio approbatur uerbis d.l.17.iam propositis hisce:* Tunc demum,cum precium soluitur,&c. *Cōcordat d.§.si quis seruum.itē l.15.ff.cod.tt.cuius uerba uide §.lib.29. cap.1.quæst.1.except.1.repl.3.Concordat itē l.6.C.de postliminio,his uerbis:* Cum & postliminij ius,& communis utilitatis ratio exigat, ut si qui captos ab hostib. redemerint,accepto precio redemptos suæ ingenuitati restituant, proponasq; redemptorem noluisse oblatū precium à te uel ab alio recipere: præses prouinciæ efficaci instantia compellat eū legibus obtemperare, & recepto eo quod precij nomine dependitur,status securitatem non inquietare. *Huius replicationis duplicatio prima hæc est:Nisi non totum preciū quo redēptus est, restituatur. quæ duplicatio approbatur l.12.§.fin.in fine.ff.de captiuis. cuius uerba uide §.lib.32. cap.11.caussa 57.exc.1.repl.3.Huius duplicationis triplicatio hæc est: Nisi redemptor redemptū alij pluris uendiderit,quàm ipse eum ab hostib. redemerat. hoc enim casu non totum precium,quo posterior emptor emit, restituere tenetur. quæ triplicatio approbatur l.19.§.si is qui.ff.cod.tt.his uerbis:* Si is qui emerat ab hostibus, pluris alij ius pignoris, quod in redempto habet,cesserit:non eam quantitatem,sed priorem redemptus reddere debet:& emptor habet actionem aduersus eum qui uendidit,ex empto. *Altera propositæ replicationis duplicatio est:Nisi seruus redemptus sit usucaptus. Hæc duplicatio approbatur l.12.§.si quis seruum. ff. de captiuis, hisce uerbis:* Si quis seruum captū ab hostibus redemerit: protinus est redimentis, quamuis scientis alienum fuisse. Sed oblato ei precio quod dedit,postliminio redijsse,aut receptus esse seruus creditur. At si ignorās captiuū,existimans uēdentis esse,redemit:an quasi usucepisse uideatur, scilicet ne post legitimū tēpus offerendi preciū priori domino facultas sit,uideamus?nam occurrit,quòd cōstitutio quæ de redemptis lata est,eum redimentis seruū facit:& quod meū est,usucapere me intelligi non potest. Rursum cum cōstitutio non deteriorē caussam redimentiū,sed aliquo meliorē effecerit:perimi ius bonæ fidei emptoris, & iniquū & contra mentē constitutionis est. Ideoq; transacto tēpore,quanto (nisi constitutio eū propriū fecisset)usucapi potuisset: nihil ex constitutione domino superesse,rectè dicetur. *Tertia duplicatio est:Nisi seruus redēptus sit manumissus. Hæc duplicatio approbatur d.§.si quis seruū.ibi:manumittendo autē,his uerbis:* Manumittēdo,utrū domini tātùm esse desinit,& relictus ab eo seruus in ius prioris domini redit:an & liberū eū facit,ne præstatio libertatis dominij fiat translatio? Certè apud hostes manumissus liberatur. & tamē si eū nactus dominus ipsius uetus intra præsidia nostra fuisset, quāuis nō secutus res nostras, sed cū eo cōsilio uenisset,ut ad illos reuerteretur: seruū retineret iure postliminij.quod in liberis aliter erat:non enim postliminio reuertebatur,nisi qui hoc animo ad suos uenisset,ut eorū res sequeretur, illosq; relinqueret à qb.abijsset.qa (ut Sabinus scribit) de sua quaq; ciuitate cuiq; cōstituendi facultas libera est,nō de dominij iure.Verùm hoc nō multū onerat præsentē inspectionē: qa hostiū iure manumissio obesse ciui nostro,domino serui,nō potuit. At is de quo quęritur lege nostra,quē cōstitutio fecit ciuē Romanū,dominum habuit:& an ab eo possit libertatē adsequi, tractamus. Quid enim si nūquā ille preciū eius offerat?si nec cōueniendi eius sit facultas? liber erit seruus,q nullo merito suo poterit à domino libertatē cōsequi?quod est iniquū; & cōtra institutū à maiorib.libertatis fauorē.Certè & ueteri iure,si ab hoc qui sciēs alienū esse redemisset, alius bona fide emisset, usucapere, ad libertatēq; pducere potuit: & isto quoq; modo prior dominus,q ante captiuitatē fuerat,ius suū amittebat.Quare igitur iste nō habet ius manumittēdi? *Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione. Altera replicatio est,quòd redēptor in redēpto ius tantùm pignoris habeat:quoad alia iura, redēptus in pristinū statū restitutus uidetur. quæ replicatio approbatur l.20.§.fin. ff.de captiuis,hisce uerbis:* Redēptio facultatē redeūdi præbet,nō ius postliminij mutat. *Ait Iurisconsultus:* Redeundi. *Mallem legere Reluendi. Cōcordat l.2.in prin.C.de postliminio. cuius uerba uide §.lib.19.cap.3.caussa 1.exc.5.repl.2. Plures propositæ exceptionis replicationes uide §.exc.prox. Duodecima exceptio est:Nisi captiuo ab hostib.redēpto,preciū redemptionis nō restituatur redēptori. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt §. exc. prox.in prin. Cuius exceptionis replicatio prima hæc est: Nisi preciū uel ius pignoris sit remissum redēpto. quæ replicatio approbatur d.l.2.ibi: & ideo si numi. Cōcordat l.11.C.cod.tt.his uerbis:* Si liberū captūte ab hostib.cōmercio redemit Sabinus, & eū uinculū pignoris supstitē remisisse tibi pbetur:nō libertus effectus, sed ingenuitati quā omiseras restitutus, nullū filijs eius obsequiū debes. *Cōcordat itē l.17.in prin.C.cod. tt.cuius uerba uide §.exc.pxi.in prin. Altera replicatio est:Nisi mater filiū ab hostib.redemerit, hoc enim casu etiā nullo restituto precio pristinū statū recuperat.quæ replicatio approbatur d.l.17. Tertia replicatio est:Nisi redēptor eā quā redemit,in uxorē duxerit.*

rit. *Hæc replicatio approbatur l.2. C.de postliminio. cuius uerba (ut dixi) uide 5.lib.19.cap.3.caussa 1 except.5 repl.2.Concordat l.13.C.eod.tt.bis uerbis:* Si is qui te ab hostibus captam iogenuam redemit cōmercio, sibi matrimonio cōiunxit: dignirete nuptiarū, & uoto futuræ iustę sobolis, uinculo pignoris tibi remisso, reddi natales pristinos, rationis est. *Quarta replicatio est: Nisi redemptor redemptam prostituerit. Hæc replicatio approbatur l.7.C.d.tt.bis uerbis:* Fœdissimæ mulieris nequitie permouemur. Cum igitur filiē tuē ab hostib. captá, ec prostitutá sb ea quæ eam redemerat, ob retinēdæ pudicitiæ cultū, ec seruandē ueteliū honestaté ed te confugisse proponas: præses prouinciæ, si filiæ tuę supradictá iniuriá eb ea quæ scieber ingenuá esse, inflictá cognouerit: cùm huiusmodi persone indigne sit preciū recipere, propter odiū detestebilis quęstus: etiāsi procium compensatū nō est, ex necessitate miserabili, custodite ingenuitate netæ ruæ, aduersus flagitiosę mulieris turpitudinē, tutá eá defensamq; præstabit. *Quinta replicatio est: Nisi redemptus petat hereditatē, quo ex ea posit soluere preciū. Hæc replicatio approbatur l.15.C.eod.tt. bis uerbis:* Ie qui liber cōstitutus captus ab hostib. cōmercio redimitur: & antequá restituatur pro eo date pecunia, successionis iure sibi uindicare ingenuitatis fauore potest, ut ex ee posit pre- ciū pro se datū exoluere. *Sexta replicatio est: Nisi operas quinquennales pro precio præstiterit redemptus. Hæc replicatio approbatur l.20.ibi: aut laboris obsequio. C. d.tt. cuius uerba uide 5.cap. prox. quæst.3.reg.2. Septima replicatio est: Nisi redēptus mortuus sit. Hæc replicatio approbatur l.15. in fine. ff. de captiuis. cuius uerba uide 5.lib.29.cap.1.quæst.1. exc.1.repl.3. Octaua replicatio est: Nisi sine precio captiuus alicui ex suis traditus sit. quæ replicatio approbatur l 5.C.de postliminio, bis uerbis:* Cum nō redemptū eb hostib. filium tuū, sed sine ullo contracto traditū à barbaris pręfecto legionis dicas: postliminij ius locū habuit, & illico ingenuitati suæ reddi eū præses prouinciæ iubebit. *Cōcordant ea quæ proponūtur 5.exc. 10. Decimatertia exceptio uidetur: Nisi captiuus reuersus impensas uictus & amictus à suis præstiti non soluat. Sed hec exceptio reprobatur l.20.C.eod.tt.cuius uerba (ut dixi) uide 5.cap.prox.quæst.3.reg.2. Decimaquarta exceptio est: Nisi ab hostib. liberatus nondū fines Reipub. uel imperij sui sit ingressus. Hæc exceptio approbatur, simul & distinguitur l.19.§.postliminio.ff.de captiuis, bisce uerbis:* Postliminio redijsse uidetur, cum in fines nostros intreuerit: sicuti amittitur, ubi finea nostros excesserit. Sed etsi in ciuitaté sociam emicemúe, aut ad regē sociū uel amicū uenerit: stetim postliminio redijsse uidetur: quie ibi primùm nomine publico tutus esse incipiat. *Cōcordat l.5.§.1.ibi: tūc autē ff.eod.tt.bis uerbis:* Tūc reuersus intelligitur, si eut ad amicos nostros peruenit, aut intra pręsidia nostre esse cœpit. *Cōcordat itē l.ult.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. except prox. Decimaquinta exceptio est: Nisi seruus ab hostib. reuersus neq; in potestate domini sit, neq; ulli alij seruiat. Hæc exceptio approbatur d.l.ult.bis uerbis:* Si id quod nostrū hostes cepērūt, eiusdē generis est, ut postliminio redire posit: simulatq; ad nos redeūdi caussa profugit ab hostibus, & intra fines imperij nostri esse cœpit: postliminio redijsse existimandū est. Paulus. Imò cū seruus cuiusuis nostrûm ab hostib. captus inde aufugit, & in urbe Roma ite est, ut neq; in domini potestate sit, neq; ulli seruiat: oondū eū postliminio redijsse, existimendū est. *Decimasexta exceptio, sumpta ex sexu, conditione & qualitate reuersi, reprobatur l.19.§.fin.ff.de captiuis, bisce uerbis:* Postliminium est hominibus, cuiuscūq; sexus cōditionisúe sint: nec interest, liberi an serui sint. nec enim soli postliminio recipiuntur, qui pugnare possunt: sed omnes homines qui eius neturæ sunt, ut usui esse uel consilio uel alijs modis posint.

## VI. QVAE IVRA POSTLIMInio recuperentur, & quibus rebus postliminium fit.

I. Regula: *Tam commodū, quàm onus & incōmodum per captiuitatem amissum recuperatur. quæ regula approbatur l.14.in prin.ff.de captiuis, bisce uerbis:* Cum duæ species postliminij sint, ut aut nos reuertamur, eut aliquid recipiemus: cum filius reuertitur, duplicem in eo ceussem esse oportet postliminij: & quòd pater eum recipiet, & ipse ius suum.

### DE COMMODO QVOD REVERsus recuperet.

II. Regula, *De patria potestate, proponitur l.23. ff.de captiuis, bisce uerbis:* Si quis, pręgnāte uxore relicta, in hostiū potestetem peruenerit, mox natus filius eius uxore ducta filiū uel filiá procreauerit, ac tūc postliminio eius reuersus fuerit: omnia iure nepotis nomine perinde capiet, ac si is, cum filius nesceretur, in ciuitate fuisset. *Concordat l.8.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.reg.prox. Itē cōcordat l.12.§.medio. ibi: susceptus ergo.ff.eod.tt.cuius uerba uide 5.lib.14. cap.4.exc.1.repl.4. Itē cōcordat l.26.ff.eod.tt. cuius uerba uide 5.lib.19.cap.3.caussa 1.exc.8. Itē concordat Inst.quib.mod.ius patriæ potestatis soluitur. §. si ab hostib.cuius uerba uide 5.lib.16.ca.9.quæst.4.reg.3.*

III. Regula, *De matrimonij iure. hoc postliminio nō recuperatur, sed cōsensu. quæ regula approbatur d.l.8.bis uerbis:* Non ut à patre filius, ita uxor à marito iure postliminij recuperari potest: sed tūc cum uoluerit mulier, & adhuc alij post constitutum tempus nupta non est. Quòd si noluerit, nulla caussa probabili interueniente: pœnis dissidij tenebitur. *Concordat l.14.in fine.ff.eod.tt.bis uerbis:* Non ut

pater

parer filium, ita uxorem maritus iure postliminij recipit: sed consensu redintegrarut matrimonium.

IIII. *Regula: Filius reuersus ius quoq; filiationis recipit. quæ regula approbatur d.l.14. in prin. cuius uerba uide s.reg.1. Concordant ea quæ proponuntur s.reg.prox. Huius regulæ exceptio uidetur: Nisi apud hostes filius sic natus. Sed hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponũtur s.lib.19.c.2.3.caussa 1.exe.8.*

V. *Regula, De iure successionis. Hoc quoq; reuersus recuperat, quæ regula approbatur l.9.C.de postliminio, his uerbis:* Captum ab hostibus filium, patre mortuo, medio tempore lex Cornelia reuersum (si in potestate patris tempore quo capiebatur, fuit) suum facit hæredem. Vnde siue ex testamento ad te, siue intestatò successionem patris tui pertinere, apud Præsidem prouinciæ probaueris: restitui tibi res hæreditarias iubebit: si non tantum, postquam tu reuersus es, tempus effluxit, quantum intentionem tuam temporis prolixitate conquiescere facit. *Concordat l.14.C.eod.tt.his uerbis:* Ius postliminij filiam, rebus exempta matre, dum in seruitutis ipsa necessitate per captiuitatis caussam fuit, euẽtu purgato uigere, ad eius legitimã inuitat hæreditatem: nec tibi medij temporis fortuna, quo minus res maternas successione quæsitas persequi possis, iniuriam fieri patimur. *Concordat item l.15.C.eod.tt.cuius uerba uide s.quæst.prox.except.12.repl.9. Plura de hac re uide s.lib.29.cap.1.quæst.1.except.1.repl.2.dupl.1. item cap.2.except.8.repl.4.*

VI. *Regula: Si statuliber captus reuersus sit, suam caussam retinet. quæ regula approbatur l.12.§. si statuliber.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Si statuliber fuerit, antequam ab hostibus caperetur: redemptus pendente cõditione suã caussam retinebit. Quid ergo si ita libertatẽ acceperat, si decem dederit: quæsitũ est, unde dare debebit: quoniam etsi concessum est statu libero de peculio dare, hoc tamen quod apud hunc qui redemit, habet, nũquid uice illius sit, quod apud hostes quæsiuisset: utique si ex re illius, aut ex operis suis quæsitũ est. Ex alia autem caussa parato peculio, potest dari ita, ut conditioni benignè eũ paruisse credamus. *Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi redemptus precium redemptionis non soluerit. quæ exceptio approbatur d.l.12.§. si fideicommissar. his uerbis:* Si fideicommissaria libertas debita captiuo fuerit: redemptus nondũ eam petere poterit, nisi redemptori satisfecerit. *Altera exceptio est: Nisi statuliber ad hostes transfugerit. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l.19.§. si statuliber. ff. eod.tt. cuius uerba uide s. quæst.prox.except.2.repl.1.dupl.1.*

VII. *Regula: Ea quæ facti sunt, non recuperantur postliminio: ut est possessio. Quæ regula approbatur l.19 ff. ex quib. caussis maiores, &c. cuius uerba s.lib.prox.cap.5.quæst.3.caussa 11. exe. 5. Cõcordat l.12.§. si codicillis. ibi: cætera quæ. ff. de captiuis. cuius uerba uide s.lib.28.cap.25.quæst.4.except.2.repl.1. Cõcordant item ea quæ proponuntur s.lib.12.cap.2.exe.6.*

VIII. *Regula, De iis quæ filius uel seruus reuersi tempore captiuitatis eius adquisiuit, proponitur s. cap.prox.quæst.2.reg 3.& 4.*

IX. *Regula: Stipendia & donatiua, quæ medio tempore adquisiuisset, si captus non esset, reuersus nõ recuperat. Quæ regula approbatur l.1.C.de re militari. cuius uerba uide s.lib.12.cap.12. quæst.8.except.2.*

X. *Regula, De rebus medio tempore ab alio possessis & usucaptis, proponitur l.18.C.de postliminio, his uerbis:* Ab hostibus captis, & postliminio reuersis, pro huiusmodi casu amissa, quæ in eadẽ caussa quidẽ durant, omnimodo directa: quæ uerò per usucapionẽ uel liberationẽ ex bonis subtracta, uel nõ utendo finita esse uidentur: intra annum utilem expetentibus actione rescissoria restituuntur. *Plura de hac regula uide s.lib.prox.cap.5.*

XI. *Regula, De rebus à fisco possessis. Has quoq; postliminio reuersus recuperat. quæ regula approbatur l.19.C.d.tt.his uerbis:* Si quos fortè necessitas captiuitatis abduxit: sciant, si non transierint, sed hostilis irruptionis necessitate transducti sunt: ad proprias terras festinare debere, recepturos iure postliminij ea quæ in agris, uel mãcipijs, seu alijs reb. antè renuerũt, etsi à fisco nostro possideãtur. nec timeat quisquã alicuius cõtradictiõis morã: cũ hoc solum requirẽdũ sit, utrũ forsitã aliquis cũ Barbaris uolũtate fuerit, an coactus.

## DE ONERE ET INCOMMODO quod reuersus recuperat. & quibus rebus postliminium sit.

XII. *Regula: Reuersus recidit in patriam potestatẽ. quæ regula approbatur l.13.ff.de captiuis, hisce uerbis:* Si me tibi adrogandũ dedissem: emãcipato me, reuersum ab hostib. filiũ meũ loco nepotis tibi futurũ, cõstat. *Concordat l.14. in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide s.reg.1. Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi filius reuersus antea ad hostes transfugerat. quæ exceptio approbatur l.19.§ filius quoq;.ff.eod.tt. cuius uerba uide s. quæst. prox.except.2.repl.1.dupl.2.*

XIII. *Regula: Seruus reuersus in domini prioris potestatem recidit. quæ regula approbatur l.10.C.de postliminio, his uerbis:* Sicut liberis captis, ac postliminio reuersis, status pristinus restituitur: sic serui domino. Vnde si hæc cuius meministi, ancilla patris tui fuerit, nec cõmercio redempta est: reuersa dñm uel eius successorẽ sequitur, qui p captiuitatẽ hãc amiserat. *Cõcordat l.12.C.eod.tt. cuius uerba uide s. quæst.prox.exe.10. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Nisi uictis hostib. seruus ui sit ablatus. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.12. Altera exceptio uidetur:*

Nisi

*Nisi seruus ab hostibus sit manumissus. Sed & hec exceptio reprobatur l.12.§.si quis seruum. ibi: certè apud hostes.ff.de captiuis. cuius uerba uide §. quæst. prox.except 11.repl.1. dupl.3.* *Tertia exceptio est: Nisi eum seruus plurium captus esset & redemptus, quorundam, non omnium nomine redemptori precium sit numeratum.hoc enim casu in eorum tantùm potestatem recidit. quorum nomine precium est numeratum.quæ exceptio approbatur d.l. 12. §. si seruus,his uerbis:* Si seruus plurium fuerit, & omnium nomine ei qui redemit, restitutū precium erit:in communionem redibit.Si unius tantùm, uel quorundam, nec omnium: ad eum eosúe qui soluerunt, pertinebit:ita ut in portione sua pristinum ius obtineat,& in partes cæterorum ei qui redemit,succedet. *Reliquas exceptiones propositæ regulæ uide §.quæst.prox.*

X IIII. *Regula:Seruus pignori obligatus, & ab hostibus captus,atq; receptus,in pristinam obligationem recidit.quæ regula approbatur d.l.12.§. si pignori.cuius uerba uide §.lib.40.cap.5.caussa 13.*

X V.*Regula:Homo deportatus, uel alia pœna affectus, captus & reuersus in suam pœnam recidit. quæ regula approbatur d.l.12. §. si deportatum, his uerbis:* Si deportatum ab insula hostes ceperunt: redemptus quibus casibus redijt, in eam caussam ueniet, in qua futurus esset,si captus non fuisset. deportabitur igitur.Sed si in captiuo seruo talis præcesserat caussa,quæ eius uel ad tempus, uel in perpetuum libertatem impediret: nec redemptione ab hostibus mutabitur. Veluti si in legem Fauiam commisisse eum constiterit,uel ita uenierit,ne manumitteretur: habebit autem interim sine pœna sua eum qui redemit.Ergo de metallo captus redēptus in pœnam suam reuertetur:nec remē ut transfuga metalli puniendus erit,sed redemptor à fisco precium recipiet. Quod etiam cōstitutum est ab Imperatore nostro, & diuo Seuero. *Concordat l.6.ff.eod.tt.his uerbis:* Mulier in opus salinarium ob maleficium data,& deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercij uendita, ac redempta,in caussam suam recidit.Coccejo autem Firmo centurioni precium ex fisco reddendum est.

X V I. *Regula: Seruus qui ad libertatem perduci non potuit,captus atq; reuersus ad suam caussam redit.quæ regula approbatur uerbis d.§.si deportatum, iam propositis hisce:* Sed si in captiuo seruo talis præcesserat caussa,&c.

X V II. *Regula: Nauibus piscatorijs aut alijs actuarijs uoluptatis caussa paratis, item armis & uestibus ab hostibus captis atq; à nostris receptis. ius postliminij denegatur,l.2.cum lege sequente.ff. de captiuis.de qua re alibi Hæc de iure postliminij.*

## *DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. Cap. IIII.*

*VErborum significationes, & rerum definitiones, quæ quidem in iure ciuili continentur, si quis in unum colligere uellet, aliquot compleret libros: tantum abest, ut uno capite uel titulo comprehendi omnes possint. Quid enim aliud sunt pleræq; regulæ §.lib.31.cap.3. cum duobus capitibus sequentibus enumeratæ, quàm uerborum ac rerum significationes seu definitiones? item eod.lib.33.cap.1.quæst.3.reg.8.cum aliquot sequentibus? Verùm cum eæ suprà suis locis sint subiectæ, nō solùm prolixum nimis, sed & superuacuum foret, eas omnes definitiones hic repetere.Proinde quæ res antea specialiter sunt tractatæ,earum definitiones in superioribus capitibus,ubi res ex professo tractatæ sunt,quæri debēt:ut postliminij definitio §.cap.prox.in prin.Capitis deminutionis §.cap.2.in prin.Hæreditatis §.lib.28,cap.1. & sic de alijs.In hoc capite tantùm eorum uerborum significationes, earumq; rerum definitiones proponemus, quæ utpote nimium generales, specialiter antea tractatæ non sunt. Ordinem autem alphabeticum, quemadmodum hodie moris est, in ijs enumerandis sequemur.*

À

*Abesse quis dicatur, definitur l.173. in fine.ff. de uerb. significat. his uerbis:* Qui extra continentia urbis est, abest. Cæterùm usq; ad continentia,non abesse uidebitur. *Concordat l.199.ff.eod. tt. his uerbis:* Absentem accipere debemus eum qui non est in eo loco, in quo petitur.Nō enim trans mare absentem desideremus: sed si fortè extra continentia urbis sit,abest.Cæterùm usq; ad continentia,non abesse uidetur,si non lateret. Abesse nō uidetur, qui ab hostibus captus est: sed qui à latronibus detinetur. *Rem abesse quid sit, definitur l.13.§.1. ff. d.tt. his uerbis:* Res abesse uidentur (ut Sabinus ait,& Pedius probat)etiam hæ,quarum corpus manet,& forma mutata est. Et ideo si corruptæ redditæ sunt,uel transfiguratæ: uideri abesse. quoniam plerunq; plus est in manus precio,quàm in re. *Concordat l.14.ff.eod. tt.his uerbis:* Labeo & Sabinus existimant, si uestimentum scissum reddatur, uel res corrupta reddita sit: ueluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura: uideri rem abesse. Quoniam earum rerum preciū non in substantia, sed in arte sit positum. *Rem abesse quid sit,definitur etiam d.l.13.in fine,his uerbis:* Abest & ea res,quæ in rebus humanis non est. *Abesse desinere quid sit, definitur d.l.13.§. desinere, his uerbis:* Desinere abesse res tunc uidetur,cum sic redijt in potestatem, ne amittere eius possessioné possimus ob hoc,quòd furto pridem subtracta est. *Huius exceptio hæc est:Nisi dominus rem ignorans emerit. quæ exceptio*

*ptio approbatur d.l.14.§.item si dominus,his uerbis:* Si dominus rē quæ sibi furto aberat, ignorans emerit: rectè dicitur res abesse, etiamsi postea id ita esse scierit: quia uidetur res ei abesse, cui precium abest. *Sed de hac re dictum quoq; ē.lib.22.cap.3.except.21.repl.11.*

*Abrogari legi quid sit, definitur l.102.ff. de uerb. signif.his uerbis:* Derogatur legi, aut abrogatur. Derogatur legi, si pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

*Acciderit. Si quid filio meo acciderit, quid sit, definitur l.163.ff.d.tt. his uerbis:* Si quis ita in testamento scripserit, Si quid filio meo acciderit, Dama seruus meus liber esto: mortuo filio, Dama liber erit. Licet enim aliqua accidant & uiuis: sed tamen uulgi sermone etiam mors significatur.

*Accipere quid sit, definitur l.71.ff. de uerb. signif. his uerbis:* Aliud est capere, aliud accipere. Capere cum effectu accipitur: accipere, etiā si quis non sic accepit, ut habeat. Idcircoq; nō uidetur quis capere, quod est restituturus. Sic & peruenisse, propriè illud dicitur, quod est remansurum.

*Actum quid sit, definitur l.19.ff.d.tt. cuius uerba uide ].in uerbo Agere.*

*Adsignare libertum quid sit, definitur l.107.ff. d.tt.his uerbis:* Adsignare libertum, hoc est testificari, cuius ex liberis libertum eum esse uoluit.

*Aduena definitur l.239.§.aduena.ff.d.tt.his uerbis:* Aduena est, quem Græci ἐπήλυδα appellant.

*Adulter definitur l.225.ff.d.tt. cuius uerba uide ē. lib.19.cap.10.reg.1.except.1.*

*Adulterium definitur l.101.in prin.ff. de uerb. signif.his uerbis:* Inter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quòd adulterium in nuptam, stuprum in uiduam committitur. Sed lex Iulia de adulterijs hoc uerbo indifferenter utitur. *Concordant ea quæ proponuntur ē.lib.4.cap.7.quæst.2.caussa 1.*

*Ædes definiuntur l.211.ff.d.tt. cuius uerba uide ].in uerbo Fundus.*

*Æs definitur l.159.ff.d.tt.his uerbis:* Etiam aureos numos æs dicimus.

*Æs alienum & æs suum definitur l.213.§.penult. ff.d.tt.his uerbis:* Æs alienum est, quod nos alijs debemus: æs suum est, quod alij nobis debent.

*Æstas definitur l.1.§.æstatem.ff.de aqua quotidiana, his uerbis:* Æstatem incipere sic peritiores tradiderunt, ab æquinoctio uerno, & finiri æquinoctio autumnali: & ita senis mensibus æstas diuiditur, atque hyems.

*Ætas legitima uel perfecta quæ dicatur, definitur l.ult.C. de his qui ueniam ætatis impetrauerunt, his uerbis:* Si quis aliquid dari uel fieri uoluerit, & legitimæ ætatis fecerit mentionem: uel sic absolutè dixerit, Perfectæ ætatis: illam tantummodo ætatem intellectam esse uideri uolumus, &c.

*Ager definitur l.27.in prin.ff.de uerb. signif. his uerbis:* Ager est locus, qui sine uilla est. *Concordat l.211.ff.eod.tt.cuius uerba uide ].in uerbo Fundus. Alia definitio proponitur l.115.ibi: ager.ff. eod. tt.cuius uerba uide ].in uerbo Fundus.*

*Agere definitur l.19.ff.d.tt.his uerbis:* Labeo libro primo Prætoris urbani definit, quòd quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et actum quidem uerbum generale esse, siue uerbis, siue re quid agatur: ut in stipulatione, uel numeratione pecuniæ. Contractum autem ultrò citroq; obligationem esse, quam Græci συνάλλαγμα uocant: ueluti emptionem, uenditionē, locationē, conductionē, societatē. Gestū autem rem significare sine uerbis factam.

*Agi, ferri, & portari, quid differant, definitur l.235.ff.d.tt.cuius uerba uide ].in uerbo Ferri.*

*Agnitis natalibus quid sit, definitur l.2.in prin.ff.si libertus ingenuus esse dicatur, his uerbis:* Hoc sermone, Agnitis natalibus: de nullis alijs intelligendum est Senatū sensisse, quàm ingenuis. *Alienatio definitur l.28.ff. de uerb. signif.his uerbis:* Alienationis uerbum etiam usucapionem continet. uix est enim, ut non uideatur alienare, qui patitur usucapi. Is quoque alienare dicitur, qui non utēdo amisit seruitutē. Qui occasione adquirendi nō utitur, non intelligitur alienare: ueluti qui hæreditatem omittit, aut optionē intra certū tempus datā non amplectitur. *Ait iurisconsultus:* Is quoq; alienare dicitur, qui non utendo amisit seruitutem. *Huic concordant ea quæ proponuntur ē.lib.prox.cap.14.quæst.5.caussa 2. Ait insuper:* Qui occasione adquirendi non utitur, &c. *Huic concordant ea quæ proponuntur d. quæst.5.except.gener.1. Cuius exceptio hæc est: Nisi pupillus occasione adquirendi non utatur. quæ exceptio approbatur l.5.§.fundum autem.ff. de rebus minorū, cuius uerba uide ē.lib.18.cap.6.quæst.1. exc.31. Alia definitio alienationis proponitur l.67.in prin.ff. d.tt.his uerbis:* Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio uenditoris manet: uenditum tamen rectè dicitur. *Alia definitio proponitur l.1.in fine.C.de fundo dotali, his uerbis:* Alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur.

*Amicus quis sit, definitur l.223.ff. de uerb.signif. his uerbis:* Amicos appellare debemus non leui noticia coniunctos, sed quibus fuerūt iura cum patrefamiliâs, honestis familiaritatis quæsita rationibus.

*Amittere quid sit, definitur l.14.in fine.ff.d.tt.his uerbis:* Rem amisisse uidetur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.

*Amphoræ ulrariæ quæ sint, definitur l.206. in fine. ff. d.tt. cuius uerba uide J. in uerbo Dolia.*

*Amplius quid sit, definitur l.82. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Verbum Amplius ad eum quoq; pertinet, cui nihil debetur: sicuti ex contrario minus solutum uidetur, etiamsi nihil esset exactum. *Plura de hoc uocabulo Amplius uide S. lib.33. cap.5. reg.18.*

*Anniculus definitur l.132. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi id ita esse declarat. *Concordat l.134. ff. eod. tt. his uerbis:* Anniculus non statim ut natus est, sed tracentesimo sexagesimoquinto die dicitur: incipiente plane, non exacto die: qui annum ciuiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

*Ante diem decimum quid sit, definitur d.l. 132. his uerbis:* Ante diem decimum calendarum, post diem decimum calendarũ. nec utroq; sermone undecima dies significatur.

*Apud te quid sit, definitur l.63. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J. in uerbo Penes te. Alia definitio proponitur l.143. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. in uerbo Habere.*

*Arbitratu alicuius fieri quid sit, definitur l. 80. ff. d.tt. his uerbis:* Illa uerba, Arbitratu Lucij Titij fieri: ius significant, & in seruum non cadunt. *Alia definitio proponitur l.22. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Generaliter probandum est, ubicunq; in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini uel procuratoris eius conditio: pro boni uiri arbitrio hoc habendum esse. *Concordat l.7. in prin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide S. lib 41. cap. 4. except. 5. in prin. Item concordat l.10. in prin. ff. de operis libertorum. cuius uerba uide S. lib. 20. cap. 6 quest. 5. reg. 1.*

*Area definitur l.211. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J. in uerbo Fundus.*

*Arma definiuntur l.41. ff. d.tt. his uerbis:* Armorum appellatio non tantùm utiq; scuta & gladios & galeas significat: sed & fustes & lapides. *Concordat l.3. §. armis. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide S lib.23. cap.11. quest.4. except. gener. 1. repl. 1.*

*Armenta definiuntur l.89. in prin. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Boues magis armentorum, quàm iumentorum genere appellantur.

*Artemon definitur l.242. in prin ff. d.tt. his uerbis:* Malum nauis esse partem, artemonem aũt non esse, Labeo ait: & uerius est, quia plerę que naues sine malo inutiles essent: ideoq; pars nauis habetur. artemon autem magis additamentum, quàm pars nauis est.

*Attestari quid sit, definitur l.39. §. penult. ff. d.tt. his uerbis:* Attestari est, absenti denunciare.

*Aut particula quid significet, definitur l.124. ff de uerb. signif. his uerbis:* Hæc uerba, Ille aut ille: non solùm disiunctiua, sed etiam subdisiunctiua orationis sunt. Disiunctiuum est, ueluti cum dicimus: Aut dies, aut nox est. quorum posito altero, necesse est tolli alterum: itẽ sublato altero, poni alterũ. Ita simili figuratione uerbum Aut, potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiui autẽ genera sunt duo: unum, cum ex propositis finib. ita nõ potest utrunq; esse, ut possit neutrũ esse. ueluti cum dicimus: Aut sedet, aut ambulat. Nam ut nemo potest utrunq; simul facere, ita aliquis potest neutrum: ueluti is qui accumbit. Alterius generis est, cũ ex propositis finibus ita nõ potest neutrũ esse, ut possit esse utrũq;. ueluti cum dicimus: Omne animal aut facit, aut patitur. Nullũ enim animal est, quod nec faciat, nec patiatur. At potest simul & facere & pati. *Plura de hac particula Aut, uide J. in uerbo Coniunctio.*

B

*Beare quid sit, definitur l.49. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Beare est prodesse.

*Bis sexto calendas quid sit, definitur l.98. ff. d.tt. his uerbis:* Cum bis sexto calendas est: nihil refert, utrum priore, an posteriore die quis natus sit: & sic deinceps sexto calẽdas eius natalis dies est: Nã id biduum pro uno die habetur, & posterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatũ non est, sexto calẽdas natus: cum bis sexto calẽdas est, priorẽ diem natalem habet. Cato putat mẽsem intercalarẽ additiciũ esse, omnesq; dies eius pro momẽto temporis obseruat, extremoq; diei mensis Februarij attribuit Quintus Mutius. Mensis autẽ intercalaris constat ex diebus uiginti octo. *Concordat l.3. §. minore. ff. de minor. 25. annis. cuius uerba uide S. lib. prox. cap. 4. quest. 4. except. 23. in prin.*

*Bona quæ & unde dicantur, definitur l.49. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Bonorum appellatio aut ciuilis, aut naturalis est. Naturaliter bona ex eo dicũtur, quòd beant: hoc est, quòd beatos faciunt. Beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est, non solùm quæ dominij nostri sunt, sed etsi bona fide à nobis possideantur, uel si superficiaria sunt. Æquè bonis adnumerabitur, etiamsi quid est in actionibus, petitionibus, persecutionibus. Nam hæc omnia in bonis esse uidentur. *Hisce posterioribus concordat l.11. ff. eod. tt. cuius uerba uide S lib. 3. cap. 15. quest. 3. reg. 3. Alia bonorum definitio proponitur l.39. ff. eod. tt. his uerbis:* Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt. *Alia definitio proponitur l.83. ff. eod. tt. his uerbis:* Propriè bona dici non possunt, quæ plus incommodi quàm commodi habent. *Alia definitio proponitur l.208. ff. d. tt. his uerbis:* Bonorũ appellatio, sicut hæreditatis,

uniuersi-

uniuarſitarem quandá ac ius ſuccesſionis, & non ſingulas tes demonſtrar. *Alia definitio ſeu ſpecies proponitur l.8.in prin.ff.de reb.iudicis au thor.poßiden.bis uerbis:* In uenditione bonorum etiam uſusfructus nenit: quia appellatione domini feuctuarius quoq; continetue. *Plura de bonis uide J.in uerbo Meum.*

*Bonæ fidei poſſeſſor uel emptor quis ſit, uide S. lib.21.cap.11.queſt.5.except.5.uē lib.22.cap.2.exc.11. in prin.Sed et eius ſpecies proponitur l.179.ff.de reg. iuris, biſce uerbis:* Qui authore indice comparauit, bonæ fidai poſſeſſot eſt.

C

*Caligati milites qui dicantur, definitur Nouell.c. 74.ſ.quiſquis autem.ibi:ſed neq;.cuius uerba uide S. lib.14.cap.4.except.15.in fine.*

*Calumniator quis dicatur, definitur l.233. in prin. ff.de uerbor.ſignif.bis uerbis:* Si calumnietur, & moretur, & fcuſtretur. Inde & calumniatoras appellati ſunr, qui per feaudam & fruſtrationem alios uaxarent litibus. inde & cauillatio dicta eſt.

*Capere quid ſit, definitur l.71. ff. d.tt.cuius uerba uide S.in uerbo Accipere.Cui definitioni uidetur quodammodo contradicere l. 140. ff. eod.tt. bis uerbis:* Cepiſſe quis intelligitur, quamuis alijs adquiſiuit.

*Capitalis quid ſit, definitur l.103.ff.d.tt.bis uerbis:* Licar capitalis Latinè loquentibus omnis cauſſa exiſtimationis uidaatur: tamen appellatio capitalis, mortis ual amiſsionis ciuitatis inrelligenda eſt. *Concordant ea quæ proponuntur S.lib.3.cap.1.queſt.2.*

*Carbo quid ſit, definitur l.167.ff. de uerb.ſignif. cuius uerba uide J.in uerbo Ligna.Concordat l.53.ſ.ſi lignum. ff. de leg.3.cuius uerba uide S. lib.33. cap.5. reg 11.*

*Cauere & cautio quid ſit, definitur l.188.in fine.ff. de uerb.ſignif.bis uerbis:* Cautum intelligitur, ſiue perſonis ſiua rabus caurum ſit. *Cōcordat l.3.C.eod.tt.cuius uerba uide S.lib.6.cap.7.queſt.1.*

*Cauillatio quid ſit, definitur l.177.ff.de uerb.ſignif. bis uerbis:* Natura cauillationis, quam Greci *σώρειτα* appellauecunt, hæc eſt: ut ab euidenter neris per breuiſsimas murationes diſputatio ad ea quæ euidanter falſa ſunt, parducatur. *Concordat iiſdem uerbis l. 65. ff. de reg.iuris Nominis ratio proponitur l.233. in prin.ff. de uerb.ſignif. cuius uerba uide S. in uerbo Calumniator.*

*Cauſſa rei appellatione continetur. quæ regula approbatur l.23.ff.de uerb.ſignif. cuius uerba uide J. in uerbo Res.*

*Cedere diem quid ſit, definitur l. 213. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. libro 33. capite 8. in princip.*

*Cenſere & cenſor quid ſit, definitur l.111. ff. d.tt. bis uerbis:* Cenſere aſt conſtituere & præcipere. Vnde etiam dicere ſolemus, Cenſao ut hoc faciss: & ſenatum aliquid cenſuiſſe. Inde Cenſoris nomen uidetue eſſe tractum.

*Cæteri quid ſignificet, definitur l.160. ff. d.tt. bis uerbis:* Cætacorū & Raliquorū appellationa etiam omnes continantur: ut Marcellus ait circa aum cui optio ſarui legata aeat, cætaci Sampronio. Nam tentar, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

*Ciues Romani qui ſint, definitur l.17. ff. de ſtatu hominum, bis uerbis:* In orba Romano qui ſunt, ex conſtitutione Imperatoris Antonini ciues Romani affecti ſunt.

*Cognoſcere instrumenta quid ſit, definitur l.56.ff. de uerb.ſignif. bis uerbis:* Cognoſceca inſtrumenta, eſt relegere & recognoſcece.

*Collegæ qui dicantur, definitur l.173.ff. eod.tt. bis uerbis:* Collegaeum appellationa hi continantut, qui ſunt aiuſdem poteſtatis.

*Collegium quot faciant, definitur l.85.ff. eod.tt. bis uerbis.* Nerarius Priſcus tres facare axiſtimat collegium. Et hoc magis ſequendum aſt.

*Commendare quid ſit, definitur l. 186.ff. de uerb. ſignif.bis uerbis:* Cōmendare nihil aliud aſt, quàm deponara. *Concordat l.24.ibi: quid eſt enim. ff. depoſiti. cuius uerba uide S. lib. 59. cap.8. queſt.5.reg.3.*

*Conditionales creditores qui dicantur, definitur l. 54 ff. de uerb. ſignif. bis uerbis:* Conditionales ceeditores dicuntut hi quibus nondū cōpatit actio, eſt aurem competitura: uel qui ſpem habant, ut competat.

*Coniuncti tripliciter dicuntur. quæ regula proponitur l.142.ff.de uerb. ſignificat. cuius uerba uide S. lib.18.cap.24.reg.2.*

*Coniunctio nonnunquam pro diſiunctione accipitur. quæ regula approbatur l. 29. ff. d.tt.bis uerbis:* Coniunctionē nonnunquā pro diſiūctione accipi, Labeo ait: ut io illa ſtipularioue, Mihi hæradiq; meo ta hæradamq; tuum. *Concordat l.53.ff.eod.tt.bis uerbis:* Sæpa ita cōparatum eſt, ut coniuncta pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniunctis, interdū ſoluta pro ſepacatis. Nā cum dicirur apud uateras, Adgnatorū, gantiliumq;: Qua pro ſaparatione accipitur. At cum dicitur, Super pecuniæ, turelæue ſuę: tutot ſaparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cum dicimus, Quod dadi aut donaui: utraq; continemus. Cnm uarò dicimus, Quod aum date facera oportet: qnoduis eorum ſufficit probara. Com uacò dixit Prætor, Si donū, munus, operas rademerit: ſi omnia impoſita ſunt, certum aſt omnia redimeoda aſſe. Ex re eego peo coniunctis habentur: & ſi quædam impoſita ſunt, cæteca non deſideabuntur. Item dubitatum eſt, illa uerba,

Ope, consilio: quemadmodum accipienda sunt: utrũ ex sententia coniungentiũ, an separantium? Sed uerius est (quod & Labeo ait) separatim accipienda: quia aliud factũ est eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit. Sic enim alij condici potest, alij non potest. Et sanè post ueterum anthoritatem eò peruentum est, ut nemo ope uideatur fecisse, nisi & consilium malignum habuerit: nec cõsilium habuisse noceat, nisi & factum secutum fuerit. *Plura de disiunctis uide J. in uerbo Disiuncta.*

*Cõtinentes prouinciæ quæ dicãtur, definitur l. 99. §. 1. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Cõtinentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ coniunctæ sunt: utputa Galliã. Sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto Italia diuiditur.

*Continentia Romæ Roma sunt: de quo uide J. in uerbo Roma.*

*Cõtrahere quid sit, definitur l. 19. §. contractũ. ff. d. tt. cuius uerba uide ã. in uerbo Agere. Alia definitio proponitur l. 20. ff. eod. tt. his uerbis:* Verba Cõtraxerũt, Gesserũt, nõ pertinẽt ad ius testãdi.

*Contubernales unde dicti, definitur l. 184. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J. in uerbo Taberna.*

*Coram aliquo facere, quid sit, definitur l. 209. ff. d. tt. his uerbis:* Coram Titio aliquid facere iussus, non uidetur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaq; si furiosus aut infans sit, aut dormiat: non uidetur coram eo fecisse. Scire autem, nõ etiam uelle is debet: nam & inuito eo rectè fit quod iussum est.

*Credere & Creditum quid sit, definitur l. 1. ff. si certum petatur, his uerbis:* E re est, priusquam ad uerborum interpretationẽ perueniamus, pauca de significatione ipsius tituli referre. Quoniã igitur multa ad contractus uarios pertinentia iura sub hoc titulo Prætor inseruit: ideo rerum creditarum titulum præmisit. Omnes enim contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, complectitur. Nam (ut libro primo Quæstionum Celsus ait) credendi generalis appellatio est. Ideo sub hoc titulo Prætor & de commodato & de pignore edixit. Nam cuicunq; rei adsentimur, alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Rei quoq; uerbum, ut generale, Prætor elegit.

*Creditores qui dicantur, definitur l. 10. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Creditores accipiẽdos esse constat eos, quibus debetur ex quacunq; actione, uel persecutione, uel iure ciuili sine ulla exceptionis perpetuæ remotione, uel honorario, uel extraordinario, siue purè, siue in diẽ, uel sub cõditione. Quòd si natura debeatur: non sunt loco creditorũ. sed & si non sit mutua pecunia, sed cõtractus: creditores accipiuntur. *Cõcordat l. 11. ff. eod. tt. his uerbis:* Creditorũ appellatione nõ hi tãtùm accipiuntur, qui pecuniã crediderint: sed omnes quib. ex aliqua caussa debetur. *Concordat item l. 12. ff. eod. tt. his uerbis:* Si cui ex empto, uel ex locato, uel ex alio contractu debetur, sed etsi ex delicto debeatur: mihi uidetur posse creditoris loco accipi. Quòd si ex populari caussa: ante litis contestationẽ rectè dicetur, creditoris loco nõ esse potuisse. *Concordat itẽ l. 55. ff. eod. tt. his uerbis:* Creditor is est, qui exceptione perpetua submoueri nõ potest. Qui aũt temporalẽ exceptionẽ timet, similis est cõditionali creditori. *Cõcordat item l. 42. in fine. ff. de action. & oblig. his uerbis:* Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionẽ uel ciuilẽ habent (sic tamen, ne exceptione submoueantur) uel honorariam, uel in factum. *Cõcordat item Nouell. c. 4. §. creditorem. cuius uerba uide ĩ. lib. 48. cap. 9. except. 12. repl. 5. Ex his constat, creditorem dici, cui aliquid debeatur ex quacunq; caussa. cuius exceptio prima hæc est: Nisi actio per exceptionem elidi poßit. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 42. iam propositis hisce:* Sic tamen, ne exceptione submoueantur. *Concordat d. l. 10. uerbis paulo superius propositis hisce:* Sine ulla exceptionis perpetuæ remotione. *Item d. l. 55. uerbis paulo superius propositis. Huius exceptionis replicatio hæc est: Nisi dilatoria, non perpetua exceptio actioni obstet. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 55. paulo superius propositis hisce:* Qui aũt temporalẽ exceptionẽ timet, similis est cõditionali creditori. *Altera exceptio est: Nisi non purè, sed sub conditione debeatur. quæ exceptio approbatur, simul & distinguitur l. 42. in prin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Is cui sub conditione legatũ est, pendente cõditione nõ est creditor: sed tunc, cum extiterit cõditio: quãuis aũ qui stipulatus est sub cõditione, placuit etiã pendẽte cõditione creditorẽ esse. *Declaratur exceptio proposita l. 54. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide ĩ. in uerbo Conditionales. Tertia exceptio est: Nisi naturaliter tantùm debeatur. Hæc exceptio approbatur uerbis l. 10. ĩ. ead. reg. in prin. propositis hisce:* Quòd si natura debeatur: nõ sunt loco creditorũ. *Quarta exceptio est: Nisi popularis sit actio. Hæc exceptio ap. probatur, simul & distinguitur uerbis l. 12. ĩ. ead. reg. in prin. propositis hisce:* Quòd si ex populari caussa: ante litis contestationẽ rectè dicatur, creditoris loco nõ esse potuisse.

*Culpa magna uel lata quid sit, uide ĩ lib. 16. cap. 3. except. 1. repl. 1. dupl. 1. tripl. 5. item lib. 48. cap. 19. except. 2.*

*Cum commodũ erit, quid sit, definitur l. 125. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Nepos Proculo suo S. Ab eo qui ita dotem promisit, Cum commodum erit, dotis filiæ meæ erunt aurei centum:

tum: putas'ne protinus nuptijs factis doté peti posse? quid si ita promisisset: Cum poruero, doti etuot? quòd si aliquam uim habeat posterior obligatio, Posiir uerbum quomodo interpretaris? utrùm ęre alieno deducto, an extante? Proculus. Cum doté quis promisit, Cum potuero, doti tibi erũr centum: existimo ad id quod actum est, interpretationem redigendam esse. Nam qui ambiguè loquitur, id loquitur quod ex his quæ significantur, sensit. Propius est tamẽ, ut hoc eum sensisse existimem, Quod deducto ære alieno potero. Potest etiam illa accipi significatio, Cùm salua dignitate mea potero. quæ interpretatio magis accipienda est, si ita promissum est, Cum commodum erit: hoc est, cum sine incommodo meo potero.

*Cum potuero, quid significet, definitur uerbis d. l. 321. iam proposit.*

*Cum fari potuerit, quid sit, definitur l. 217. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Inter illam conditioné, Cum fari potuerit: &, Postquá fari potuerit: multum interest. Nam posteriorem scripturam uberiorem esse constat: Cum fari potuerit, arctiorem, & id tantummodo tẽpus significare, quo primùm fari posiit.

*Custodia quid sit, definitur l. 224. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide J. in uerbo Vincula.*

D

*Dare definitur l. 76. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Dedisse intelligendus est etiam is qui permutauit, uel compensauit.

*Debere & Debitor definitur l. 108. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Debitor intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia potest. *Alia definitio proponitur l. 178. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Hoc uerbũ Debuit, omnem omnino actionem cõprehendere intelligitur: siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria fuit persecutio.

*D..urio definitur l. 239. §. decuriones. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. lib. 12. cap. 2. in prin.*

*Derogari legi quid sit, definitur l. 102. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide S. in uerbo Abrogari.*

*Desinere abesse quid sit, definitur l. 13. §. desinere. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. in uerbo Abesse.*

*Detestatio definitur l. 40. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Detestatio est, denunciatio facta cum testatione. *Cõcordat l. 238. §. 1 ff. eod. tt. his uerbis:* Detestatum est, testatione denunciatum.

*Dies definitur l. 8. ff. de ferijs, hisce uerbis:* More Romano dies à media nocte incipit, & sequẽtis noctis media parte finitur. Ita qdqd in ijs uiginti quatuor horis, id est duab. dimidiatis noctib. & luce media, actũ est: perinde est, quasi qualibet hora lucis actũ esset.

*Dimissoriæ literæ quæ & unde dicantur, definiuur l. 106. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide S. lib. 8. cap 1. quæst. 9. reg. 4.*

*Disiuncta in oratione definiuntur l. 53 ff de uerb. signif. cuius uerba uide S. in uerbo Coniunctio. item l. 124. ff. eod. tt. cuius uerba uide S. in uerbo Aut.*

*Dispũgere quid sit, definiuur l. 56 ff. d. tt. his uerbis:* Dispungere est, conferre accepta & data.

*Diuortium & Repudium in quo differant, uide S. lib. 14. cap. 8. caussa 6.*

*Dolia uinaria quæ sint, definitur l. 206. ff. d. tt. his uerbis:* Vinaria uasa propriè uasa torcularia placet esse. Dolia autem & serias tamdiu in ea caussa esse, quamdiu uinum haberent: cum sine uino esse cœperint, desinere in eo numero esse: quoniam ad alium usum trãsferri possunt: ueluti si frumentum in his condatur. Eandem caussam amphorarum esse: ut cum uinum habeant, tum in uasia uinarijs: cum inanes sint, tunc extra numerum uinariorum sint: quia aliud in his condi posiit.

*Dolus malus definitur l. 7. §. dolo malo. ff. de pactis. cuius uerba uide S. lib. 37 cap. 3. exc. 14. in prin. Concordat l. 1. §. dolum malum. ff. de dolo malo. cuius uerba uide S. lib. prox. cap. 3. quæst. 4. caussa 1.*

*Dolum malum abesse quid sit, definitur l. 69 ff. de uerb. signif. his uerbis:* Hæc uerba, Cui rei dolus malus abfuerit: generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunq; in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.

*Domini appellatione fructuarius quoq; continetur. quæ regula approbatur l. 8. in prin. ff. de reb. iud. auth. possid. cuius uerba uide S. in uerbo Bona, in fine.*

*Domum ducere quid sit, definitur l. 203. ff. de uerb. significat. cuius uerba uide S. lib. 11. cap. 7. de commissis, quæst. 1 except. 11.*

*Donatio quid. definitur l. 67. ff. eod. tt. his uerbis:* Donationis uerbum simpliciter loquendo omnem donationem comprehendisse uidetur, siue mortis caussa, siue non mortis caussa fuerit. *Alia definitio proponitur l. 82. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Donari uidetur, quod nullo cogente iure conceditur.

*Donum & Munus in quo differant, definitur l. 194. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Inter donũ & munus hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam genus esse donum Labeo ait, à donando dictum: munus speciem: Nam munus esse donum cum caussa: utputa natalitium nuptiarum. *Concordat l. 214. ff. eod. tt. his uerbis:* Munus propriè est. quod necessariò subimus, lege, more, imperioue eius qui iubendi habet potestatem. Dona autem propriè sunt, quæ nulla necessitate, iure, officio, sed spontè præstantur: quæ si non præstentur, nulla reprehensio est: & si præstentur, plerunque laus inest. Sed in hoc uentum est, ut non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod

donum fuerit, id mutua rectè dicatur.

*Dum nupta erit, quid significet, definitur l. 89. §. 1. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Hoc sermone, Dum nupta erit: primæ nuptiæ significantur.

E

*Edere quid sit, definitur per ea quæ proponuntur 3. lib. 6. cap. 4. de edenda actione, quæst. 2.*

*Edere & Reddere rationem, in quo differant, definitur d. l. 89. §. inter. cuius uerba uide d. cap. 4. de rationibus edendis, quæst. 1. in fine.*

*Eremodicium est, quando reus cõtumaciter absens condemnatur, l. 13. in prin. ff. iudicatum solui. cuius uerba uide 3. lib. 6. cap. 10. quæst. 4. except. 8.*

*Erro quis dicatur, uide 3. lib. 19. cap. 22. reg. 2.*

*Est & Erit quid significent, definitur l. 123. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Verbum Erit interdum etiam præteritum, nec solum futurum tempus demonstrat. quod est nobis necessariũ scire. & cum codicilli ita confirmati testamento fuerunt, Quod in codicillis scriptum erit: utrum'ne futuri temporis demonstratio fiat, an etiam præteriti, si ante scriptos codicillos quis relinquat? quod quidem ex uoluntate scribentis interpretandum est. quemadmodum autem hoc uerbum Est non solùm præsens, sed & præteritum tempus significat: ita & hoc uerbum Erit non solùm futurum, sed interdũ etiam præteritum tempus demonstrat. Nam cum dicimus, Lucius Titius solutus est obligatione: & præteritum & præsens significamus: sicut hic, Lucius Titius obligatus est. Idem erit & cum ita loquimur: Troia capta est. non enim ad pręsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

*Exercitus definitur l. 2. §. exercitum autem. ff. de his qui notãtur infamia. cuius uerba uide 3. lib. 3. cap. 14. caussa 9. Ratio nominis proponitur l. 1. §. fin. in fine. ff. de militari test. his uerbis:* Exercitus nomẽ ab exercitatione traxit.

*Exhibere quid sit, uide 3. lib. 22. cap. 10. quæst. 3.*

*Exigere quid sit, definitur l. 187. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Verbum exactæ pecuniæ non solùm ad solutionem referendum est, uerùm etiam ad delegationem.

*Ex legibus quid sit, definitur l. 6. in fine. ff. eod. tit. his uerbis:* Verbum Ex legibus, sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quàm ex uerbis.

F

*Fabri tignarij definiuntur l. 235. in fine. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolant, sed omnes qui ædificant.

*Facere & factum quid, definitur l. 58. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Licet inter gesta & facta uidetur quædam esse subtilis differentia: attamen κατα χρηστικῶς nihil inter gestum & factum interest. *Alia definitio proponitur l. 175. ff. eod. tit. his uerbis:* Faciendi uerbo reddendi etiam caussa continetur. *Alia definitio proponitur l. 218. ff. eod. tit. his uerbis:* Verbũ Facere omnem omnino faciendi caussam cõplectitur: donandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

*Facere non oportere quid sit, definitur l. 189. ff. d. tit. his uerbis:* Facere non oportere & hanc significationem habet, ut abstineat quis ab eo facto, quod contra conuentionem fieret: & curare, ne fiat.

*Falsum quid sit, definitur l. 221. ff. d. tit. his uerbis:* Paulus respondit, Falsum tutorem eum uerè dici, qui tutor non est: siue habenti tutor datus sit, siue non: sicut falsum testamentũ, quod testamentum non est: & modius iniquus, qui modius non est.

*Familia definitur l. 40. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Familiæ appellatione liberi quoq; continẽtur. Vnicus seruus familiæ appellatione non continetur: nec duo quidem familiam faciunt. *Quod dictum de liberis, eius exceptio hæc est: Nisi de familia fœminæ quæratur. quæ exceptio approbatur l. 196. ff. eod. tit. his uerbis:* Fœminarum liberos in familia earum non esse, palàm est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur. *Alia definitio proponitur d. l. 196. in prin. his uerbis:* Familiæ appellatione & ipse princeps familiæ continetur. *Alia definitio proponitur l. 195. ff. eod. tit. his uerbis:* Familiæ appellatio qualiter accipiatur, uideamus? Et quidem uariè accepta est. Nam & in res & in personas deducitur. In res, utputa in lege XII. Tabul. his uerbis: Adgnatus proximus familiam habeto. Ad personas autem refertur familiæ significatio ita, cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ: In ea (inquit) familia. Et hic de singularibus personis legẽ loqui cõstat. Familię appellatio refertur & ad corporis cuiusdã significationẽ, quod aut iure proprio ipsorum, aut cõmuni uniuersæ cognationis cõtinetur. Iure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura aut iure subiectæ: utputa patremfamiliâs, matremfamiliâs, filiumfamiliâs, filiamfamiliâs: quiq; deinceps nicem eorum sequuntur, utputa nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autẽ familiâs appellatur, qui in domo dominium habet: recteq; hoc nomine appellatur, quamuis filiũ non habeat. Non enim solã personam eius, sed & ius demõstramus. deniq; & pupillũ patremfamiliâs appellamus: & cum paterfamiliâs moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere. singuli enim

enim petrumfamiliâs nomen subeunt. Idemq; euenict in eo qui emancipatus est. nam & hic sui iuris effectus, propriem familiam habet. Communi iure familiam di cimus omnium adgnatorum. nem etsi patrefemiliâs mortuo, singuli singulee familiae habent: temẽ omnse qui sub unius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellebuntur, qui ex eadem domo & gente proditi sunt. Seruitutum quoq; solemus appellare familiem: ut in edicto Prætorie osteodimus, sub titulo de furtis, ubi Prætor loquitur de familia publicanorũ. Sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum demonstratur, eius rei causa paratum, hoc est uectigalis causa. Alia autem parte edicti omnes serui continentur, ot de hominibus coactis, & Vi bonorum raptorum: item redhibitoriis, si deterior ree reddatur emptorie opera, aut familię eius. & interdicto Vnde ui familiæ appellatio omnes seruos comprehendit, sed & filij cõtinentur. Item appelletur familia plurium personarum, quæ ab eiusdem ultimi genitorie sanguine proficiscuntur: sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodã memoriæ. mulier autem familiæ suæ & caput & finis est. *Alia definitio familiæ proponitur l. ult. C. de uerb. signif. cuius uerba uide 5. lib. 34. cap. 15. quæst. 2. reg. 1.*

*Familia urbana et rustica quæ sit, definitur l. 166. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Vrbana familia & rustica non loco, sed genere distinguitur. Potest enim aliquis dispensator non esse urbanorum seruorum numero: ueluti is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, & non multum absit à uilli. co. Insularius autem urbanorum numero est. Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quẽq; habuerit: quod ex numero familiæ & uicarijs apparebit. *Vide item J. in uerbo Vrbana.*

*Ferri quid sit, definitur l. 235. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Ferri propriè dicimus, quæ quis suo corpore baiulat: portari ea, quæ quis in iumento secum ducit: agi ea, quæ animalia sunt.

*Filius quis sit, definitur l. 84. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Filij appellatione omnee liberos intelligimus. *Concordat l. 201. ff. eod. tit. his uerbis:* Iusta interpretatione recipiendum est, ut appellatione filij, sicuti filiamfamiliâs contineri sæpe respondimus, ita & nepos uideatur comprehendi, & patris nomine auus quoq; demonstrari intelligatur. *Concordat item l. 220. §. sed & Papyrius. ff. eod. tit. his uerbis:* Papyrius Fronto libro tertio Respõsorum ait: prædio cum uillico & contubernali eius, & filijs legato, nepotes quoq; ex filijs contineri: nisi uoluntas testatoris aliter se habeat. Filij enim appellatione sæpe & nepotes accipi, multifariam placere. Diuus quoq; Marcus rescripsit, non uideri sine liberis defunctum, qui nepotem suum hæredem reliquit. Præter hæc omnia natura quoq; nos docet, parentes pios, qui liberorũ procreandorũ animo & uoto uxores ducũt, filiorũ appellatione omnes qui ex nobis descẽdũt, cõtineri: nec. n. dulciore nomine possumus nepotes nostros, q̃ filij, appellare. Etenim idcirco filios filiasue cõcipimus atq; edimus, ut ex prole eorum earũue diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. *Planè propositæ regulæ exceptio hæc est: Nisi contraria sit uoluntas testatoris uel contrahentis. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 220. iam propositis his:* Nisi uoluntas testatoris aliter se habeat. *Concordat d. l. 220. in prin. ibi: totus enim. cuius uerba uide J. in uerbo Libri.*

*Filij appellatione filia quoq; continetur. Quæ regula approbatur l. 116. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Quisquis mihi alius filius, filiúe hæres sit: ait Labeo non uideri filiam contineri. Proculus contrà. Mihi Labeo uidetur uerborũ figuram sequi: Proculus mentem testantis. Iabolenus. Respondi: Non dubito, quin Labeonis sententia uera non sit. *Concordat l. 122. ff. eod. tit. cuius uerba uide 5. lib. 17. cap. 2. quæst. 3. reg. 2. item concordat l. 201. ff. eod. tit. cuius uerba uide 5. reg. prox. item concordat l. 46. in prin. ibi: nam si ita. ff. de leg. 2. cuius uerba uide 5. lib. 14. cap. 2. quæst. 3. reg. 9.*

*Filij filiæue appellatione posthumus & posthuma quoq; continetur. Quæ regula approbatur l. 164. in prin. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Nomen filiarum & in posthumam cedere, quæstionis non est: quamuis posthumæ nomen non bene cadere in eam quæ iam in rebus humanis est, certum sit. *Concordat l. qui filiabus. 7. in prin. ff. de leg. 2. cuius uerba uide d. quæst. 3. reg. 10.*

*Facta quæ dicantur, definitur l. 219. cum lege sequente. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J. in uerbo Transacta.*

*Fossa quid sit, definitur l. unica. §. fossa. ff. ut in flumine publico nauigare. cuius uerba uide 5. lib. 16. cap. 6. quæst. 5. reg. 5. in prin.*

*Fraus quid sit, definitur l. 131. in prin. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide 5. lib. 3. cap. 1. quæst. 2. Alia definitio proponitur l. 7. §. sed si fraudandi. in fine. ff. de pactis. cuius uerba uide 5. libro 17. capite 3. excerpt. 14. in prin.*

*Fruges definiuntur l. 77. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Frugem pro reditu appellari, non solùm pro frumentis aut leguminibus: uerùm & pro eo quod ex uino, uel ex syluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quib. homo uescatur, falsum esse. Non enim carnes aut,

aues ferasúe, aut poma fruges dici. Frumẽtum autem id esse, quod arista in se teneat, rectè Gallum definisse. Lupinum uerò & fabas fruges potius dici: quia non arista, sed siliqua continentur: quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

*Frumentum quid sit, definitur uerbis iam propositis hisce:* Frumentum autem id esse, quod arista in se teneat, &c.

*Fugitiuus quis sit, uide s. lib. 29. ca. 22. reg. 1. exc. 8.*

*Fundus definitur l. 60. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Locus est non fundus, sed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliquid est: & plerunq; locum sine uilla accipimus. Cæterùm adeò opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, ut & modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuerimus. Non enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio: & quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. nec non & fundus locus constitui potest: nam si eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellationèm non solùm ad rustica, uerùm ad urbana quoq; prædia pertinere, Labeo scribit. sed fundus quidem suos habet fines: locus uerò latêre potest, quatenus determinetur, & definiatur. *Alia definitio proponitur l. 211. ff. eod. tt. his uerbis:* Fundi appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur. Sed in usu urbana ædificia, ædes: rustica, uillæ dicuntur. Locus uerò sine ædificio, in urbe area: ruri autem, ager appellatur. Idemque ager cum ædificio fundus dicitur. *Alia definitio proponitur l. 115. ff eod. tt. his uerbis:* Quæstio est, fundus à possessione, uel agro, uel prædio quid distet. Fundus est omne, quidquid solo tenetur. Ager, species fundi qui ad usum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris ꝓprietate distat. quidquid enim adprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere: hoc possessionem appellamus. Possessio ergo usus est, Ager proprietas loci est. Prædium utriusq; suprascriptæ rei generale nomen est. Nam & ager & possessio huius appellationis species sunt.

*Fur quis dicatur, definitur l. 225. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. lib. 19. cap. 12. reg. 1. except. 8.*

*Furem non esse, & furto noxaq; solutum esse, in quo differant, definitur l. 174. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 4. quæst. 3. causa 3.*

G

*Gener quis dicatur, definitur l. 116. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Generi appellatione & neptis & proneptis, tam ex filis quàm ex filio editarum, cęterarumq; maritos contineri, manifestum est.

*Gerere et Gestũ quid sit, definitur l. 19. ff. d. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Agere. Alia definitio proponitur l. 20. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Contrahere. Alia definitio proponitur l. 58. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Facere.*

*Glans quid sit, definitur l. 236. in fine. ff. eod. tt. his uerbis* Glandis appellatione omnis fructus cõtinetur (ut Iabolenus ait) exẽplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.

*Glans caduca quid sit, definitur l. 30. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Glans caduca est, quæ ex arbore cecidit.

H

*Habere quid sit, definitur l. 164. §. fin. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Habere, sicut peruenire. cum effectu accipiendum est. *Alia definitio proponitur l. 143. ff. eod. tt. his uerbis:* Id apud se quis habere uidetur, de quo habet actionẽ. habetur enim quod peti potest. *Concordat l. 15. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere uidetur. *Concordat item l. 52. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide J. in uerbo Meum. Contradicit quodammodo l. 204. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Minus est actionem habere, quàm rem. *Huius exceptio hæc est: Nisi actio per exceptionem elidi posßit. Quæ exceptio approbatur l. 115. in fine. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide J. cap. prox in uerbo Capere, reg. 5. Alia definitio proponitur l. 188 ff. de uerb. signif. his uerbis:* Habere duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere sine interpellatione id quod quis emerit. *Concordat l. 38. §. habere. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide s. lib. 38. cap. 31. in stipulatione Habere licere, reg. 2.*

*Hæreditas definitur per ea quæ proponuntur s. lib. 28. cap. 1. in prin.*

*Hæreditarium æs alienum quid sit, definitur l. 7. ff. de reb. aud. author. posßid. his uerbis:* Hæreditarium ęs alienum intelligitur etiã id quoq;, de quo cum defuncto agi non potuit: ueluti quod is cum moreretur, daturum se promisisset: itẽ quod is qui pro defuncto fideiussit, post mortem eius soluit. *Aliud exemplum proponitur in legatorum actione l. 39. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide s. lib. 8. capite 10. quæst. 1. except. 10.*

*Hæres definitur per ea quæ proponuntur s. lib. 28. cap. 1. quæst. 1. reg. 3 & 4.*

*Hermaphroditus, utrũ mas an fœmina sit, definitur l. 10. ff. de statu hominum, his uerbis:* Quæritur, hermaphroditum cui comparamus? Et magis puto eius sexus existimandum, qui in eo præualet.

*Homo quis, definitur l. 152. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Hominis appellatione tam fœminam quàm masculum contineri, non dubitatur.

Hostis

*Hostis quis sit, definitur l.118. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Hostes hi sunt, qui nobis, aut quibus nos publicè bellum decreuimus. Cæteri latrones aut prædones sunt. *Concordat l.24. in prin. ff. de captiuis. cuius uerba uide s. lib.19. cap.8. causa 2. except.2. Alia definitio proponitur l.234. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Quos nos hostes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant, per eam adiectionem indicantes, cũ quibus bellum esset.

I

*Immissum & Proiectum in quo differant, definitur l.242. §. inter. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide J. in uerbo Protectum.*

*Impensæ necessariæ, utiles & uoluptariæ definiuntur l.79 ff. d. tt. his uerbis:* Impensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura aut deterior futura sit. Vtiles impensas esse Fulcinius ait, quę meliorem dotem faciãt, deteriorem esse non sinant, ex quib. reditus mulieri adquiratur: sicuti arbusti pastinationes ultrà quàm necesse fuerat. item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem uel inuitam non oportet: ne cogatur fundo aut mancipijs carere. In his impensis & pistrinum & horreum insulæ dotali adiectum plerunq; dicimus. Voluptarię sunt, quę speciem dũtaxat ornant, non etiam fructum augent: ut sunt uiridiaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ. *Concordant ea quæ proponuntur s. libro 15. capite 4. quæstione 1. except.1.*

*Incertus possessor definitur l.19. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Incertus possessor est, quem ignoramus.

*Incola definitur l.239. §. incola. ff. d. tt. cuius uerba uide s. lib.15. cap.2. quæst.5. reg.2. in prin.*

*Induciæ definiuntur l.19. §. induciæ. ff. de captiuis. cuius uerba uide s. cap.2. quæst.1. except.4.*

*Indicare quid sit, definitur l.197. ff. de uerb. signif. his uerbis:* Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse & conuicisse.

*In diebus quid sit, definitur l.217. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Ita datam conditionem, Illud facito in diebus: si nihil prætarea fuisset adiectum, in biduo cõditionem implari oportet.

*Ingenui qui dicantur, definitur Inst. de ingenuis, in prin. his uerbis:* Ingenuus est is, qui statim ut natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio editus est, siue ex libertinis duobus, siue ex altero libertino & altero ingenuo. Sed etsi quis ex matre, &c. *reliqua uerba uide s. lib.19. cap.3. causa 1. except.12. 5. 4 & 7. Concordat l.5. §. ingenui. ff. de statu hominum, his uerbis:* Ingenui sunt, qui ex matre libera nati sunt. sufficit autem liberã fuisse, &c. *reliqua uerba uide d. except.5. 4 & 7. Concordat item l.11. in prin. C. de operis libertorum. cuius uerba uide s. lib.20. cap.1. quæst.5. reg.1.*

*Iniquum modius quis dicatur, definitur l.221. in fin. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. in uerbo Falsum.*

*In itinere faciendo 20. millia passuum in dies singulos peragenda, definitur l.3. ff. eod. tt. his uerbis:* Itineri faciendo uiginti millia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda: ut si post hãc dinumerationẽ minus quàm uiginti milia supersint, integrum diem occupent: ueluti si uiginti unum milia passuum sunt, biduum eis attribuetur. quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conueniat.

*In stratum quid sit. definitur l.45. ff. de uerb. signif. his uerbis:* In strato omne uestimentũ contineri, quod inijciatur, Labeo ait: neq; enim dubium est, quin stragula uestis sit, quod Græci περίστρωμα uocant. In uictu ergo uestem accipiemus non stragulam, in stratum omnem stragulam uestem.

*Instructa taberna quid sit, definitur l.185. ff. d. tt. his uerbis:* Instructã tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negociationem paratis constat.

*Instrumẽta quæ dicantur, definitur l.99. §. instrumentorum ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. lib.6. cap.5. quæst.2. causa 4.*

*Integra terra quæ dicatur, definitur l.30. §. integra. ff. d. tt. his uerbis:* Integra terra est, in qua nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.

*Integro statu alienatum quid dicatur, definitur l. 2. C. de bonis uacantib. his uerbis:* Si quãdo adnotatiões nostræ cõtineant, possessionẽ siue domũ quam donauerimus, integro statu donatã: hoc uerbo ea uis continebitur, quã antè cõscribebamus, cũ adiacẽtibus, & mãcipijs, & pecoribus, & fructibus, & omni iure suo: ut ea quæ ad instructum possessionis uel domus pertinent, tradenda sint.

*Intercalaris mensis definitur l.98. § fin. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. in uerbo Bis sexto.*

*Intestatus quis dicatur, uide s. lib.29. cap.1. quæst. 1. causa 4.*

*Intra diem mortis quid sit, definitur l.133. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis sic dixerit, Vti intra diem mortis eius aliquid fiat; ipse quoque dies quo quis mortuus est, numeratur.

*In uinculis esse quid sit, definitur l. 216. ff. d. tt. cuius uerba uide J. in uerbo Vinctus.*

*Inuitus quis dicatur, definitur l.8. §. inuitus. ff. de procurat. cui⁹ uerba uide s. li.5. ca.6. quæ.4. exc.19.*

*Iterum quid sit, definitur l.7. §. fin. ff. de edendo. cuius uerba uide s. lib.6. cap.4. de rationib. edendis, quæst.3. except.5.*

*Iumẽtorũ appellatiõe boues nõ cõtinẽtur. Quæ reg. ap. pbatur l.89. in prin ff. de uerb. sig. cui⁹ uerba uide, s. in*

*š. in uerbo Armenta. Concordat l.38.§.iumentorum. ff.de ædilitio edicto. cuius uerba uide š.lib.42.cap.4. quæst.1.causa 6.in prin.*

*Iura prædiorum quid sint, definitur l. 86.ff. de uerb.signif.his uerbis:* Quid aliud sunt iura prædiorum, quàm prædia, qualiter se habentia: ut bonitas, salubritas, amplitudo?

L

*Lacus definitur l.1.§.lacus.ff.ut in flumine publico nauig. cuius uerba uide š. lib.26. cap.6. quæst.5. reg.5.in prin. Alia definitio proponitur l.112. in fine.ff. de uerb.signif.cuius uerba uide d.ca.6.quæst.3.reg.1.*

*Lata culpa quæ dicatur, uide š.lib.36. cap.3. exc. 8.repl.1.dupl.1.tripl.3.*

*Legatum quid sit, uide š.lib.32.cap.1.in prin.*

*Legatorum appellatione libertates quoq; relictæ cõtinentur. Quæ regula approbatur l.80.ff.de uerb. signif.his uerbis:* In generali repetitiõe legatorum etiam datæ libertates continentur ex mente legis XII. Tabularum. *Concordat l.75. ff.de leg.1. his uerbis:* Cum in substitutione legata repetũtur: libertates etiã cõtinẽtur.

*Liberi definiuntur l.56. in fin.ff.de uerb.signif.his uerbis:* Liberorum appellatione cõtinentur nõ tãtùm qui sunt in potestate, sed omnes qui sui iuris sunt, siue uirilis, siue fœminini sexus sunt, exue fœminis descẽdentes. *Concordat l.104.ff.eod.tt.his uerbis:* Τῶν τέκνων προσηγορία καὶ ἐπὶ τοὺς ἐγγόνους ἐκτείνεται. id est: Natorum appellatio & ad nepotes extenditur. *Cõcordat itẽ l.220.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq; qui ex his descẽdunt, continẽtur. hos enim omnes liberorum appellatione lex XII. Tabul. comprehendit. Toties enim leges necessarium ducunt cognationũ singulorum nominibus uti, ueluti filij, nepotis, pronepotis, cæterorumùe qui ex his descendunt: quoties nõ omnibus qui post eos sunt, præstitum noluerint, sed solis his succurrent, quos nominatim enumerant. At ubi non personis certis, non quibusdã gradibus præstatur, sed omnibus qui ex eodem genere orti sunt: liberorum appellatione comprehenduntur. *Concordat item l. ult.ff de pollicitationib.cuius uerba uide š.lib.12.cap. 8.quæst.3.*

*Liberorum appellatione monstrosi partus nõ cõtinentur. Quæ regula approbatur l.14.ff.de statu hominum.cuius uerba uide š lib 16.cap.4 quæst.2.reg. 2.exc.4. Contradicit l.135.ff.de uerb.signif.his uerbis:* Quæreret aliquis, si portentosum, uel monstrosum, uel debilẽ mulier ædiderit, uel qualem uisu, uel uagitu nouũ, nõ humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quàm hominis partũ: an quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, ut hæc quoq; parentibus prosint: nec enim est quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtẽperauerunt: neq; id quod fataliter accessit, matri damnum iniungere debet.

*Liber populus quis dicatur, definitur l.7.§.liber.ff. de captiuis, his uerbis:* Liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati subiectus est, siue qui fœderatus est. Item siue æquo fœdere in amicitiam uenit: siue fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi maiestatem communiter cõseruaret. hoc enim adijcitur, ut intelligãtur alterum populum superiorem esse: non ut intelligatur alterum non esse liberum. Et quemadmodum clientes nostros intelligimus liberos esse, etiamsi neq; authoritate, neq; dignitate, neq; uiribus nobis pares sunt: sic etiam eos qui maiestatẽ nostrã cõmuniter conseruare debent, liberos esse intelligendum est. At si fuerunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis: & in eos damnatos animaduertimus.

*Libertas definitur l.4.in prin.ff.de statu hominũ. cuius uerba uide š.lib.19.cap.1.in prin.*

*Liberti qui dicantur, uide š.lib.20.cap.1.in prin. Alia huiusmodi definitio proponitur l.172 ff.de uerb. signif.his uerbis:* Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit. *Alia definitio proponitur l.243.ff.eod.tt.his uerbis:* Scæuola respõdit, Semper acceptum esse, ut libertorũ appellatione etiã hi cõtineri intelligãtur, qui eodem testamento uel posteriore loco manumitterentur: nisi manifestè is à quo peteratur, contra defuncti uoluntatem doceret peti. *Alia definitio proponitur l.105.ff.eod.tt.cuius uerba uide š.lib.34. cap.9.quæst.2.except.6.*

*Ligni appellatione quæ contineantur, definitur l. 167.ff.de uerb.signif. his uerbis:* Carbonum appellatione ait Ofilius materiam non contineri: sed an lignorum? & fortassis quis dicet, nec lignorum: non enim lignorum gratia habuit. Sed & Titiones & alia ligna cocta ne fumum faciant, utrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus? Et magis est, ut proprium genus habeatur. Sulfurata quoq; de ligno æquè eandem habebunt definitionem. Ad faces quoq; parata non erunt lignorum appellatione comprehensa: nisi hæc fuerit uoluntas. Idem etiam de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, uel si qui alij nuclei sunt. de pino autẽ integri strobyli ligni appellatione continebuntur. *Similis definitio proponitur l.168.ff.eod.tt. his uerbis:* Pali & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur. *Plura de lignorum definitione uide š.lib.34.capite 5. reg.11.*

*Lis quid significet, definitur l.36 ff.d.tt.his uerbis:* Litis nomen omnem actionẽ significat, siue in rem, siue in personam sit.

Litus

*Litus quid sit, definitur l.96.ff.de uerb.signif. cuius uerba cum concordantibus uide ā.lib.26.cap.6. quæst.3.reg.1.*

*Locus quid sit, definitur l.60.ff.d.tt.cuius uerba ui de ā.in uerbo Fundus. Alia definitio proponitur l.211. ff.eod.tt.cuius uerba uide in d.uerbo Fundus.*

*Locuples quis dicatur, definitur l.234.§.locuples. ff.de uerb signif.his uerbis:* Locuples est, qui satis idoneè habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse petit. *Plura de locupletis definitione uide ȷ.cap. prox. in uerbo Locuples*

M

*Magistri & magistratus qui sint, definitur l.57. ff.de uerb signif.his uerbis:* Quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam & solicitudinem rebus quibus præsont, debent: hi magistri appellantur. quinetiã & ipsi magistratus per deriuationem à magistris cognominantur: unde etiam cuiuslibet disciplinæ præceptores magistros appellemus à monendo uel monstrando.

*Magna culpa & magna negligentia quid sit, definitur l.226.ff.d tt.cuius uerba uide ā.lib.36.cap.3.except.3.repl.1.dupl.1.tripl.3.*

*Maior pars diei quæ, definitur l.2.in fine.ff.d. tt. his uerbis:* Cuiusque diei maior pars est horarum septem primarum diei, non supremarum.

*Maior pars anni quæ sit, definitur l.156.ff.d.tt.his uerbis:* Maiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiamsi duobus mensibus possederit: si modò aduersarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis possederit.

*Malus nauis definitur l.242.in prin.ff. d.tt. cuius uerba uide ȷ.in uerbo Artemon.*

*Mangones qui, definitur l.207.ff.d.tt. cuius uerba uide ȷ.in uerbo Merx.*

*Matrefamiliâs quæ dicatur, definitur l.46.ff.d.tt. his uerbis:* Matrefamiliâs accipere debemus eã, quæ nõ inhonestè uixit. Matrẽ enim familiâs à cæteris fœminis mores discernũt atq; separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an uidua: ingenua sit, an libertina. nã neq; nuptię, neq; natales faciũt matresfamiliatũ, sed boni mores. *Cõcordat l.1.§.fin.ff. de liberis exhibẽdis, hisce uerbis:* Cum audis matremfamiliâs, accipe notę authoritatis fœminam.

*Materia quid sit, definitur l.167.cũ lege sequẽte.ff. de uerb.signif.quarum uerba uide ȷ. in uerbo Ligna.*

*Merx quid sit, definitur l.66.ff.eod.tt.his uerbis:* Mercis appellatio ad res mobiles tãtùm pertinet. *Alia definitio proponitur l.207.ff.eod.tt.his uerbis:* Mercis appellatione homines nõ cõtineri, Mela ait: & ob eam rem mangones non mercatores, sed uenaliciarios appellari ait. & rectè.

*Meum & Nostrum quid sit, definitur l.25.in prin. ff.de uerb.signif.cuius uerba cum concordantib. uide ā.lib 35.cap.4.de suis reb.relictis. Alia definitio proponitur l.49.in fine.ff.de rei uendicat.his uerbis:* Meum est, quod ex re mea superest, cuius uindicandi ius habeo. *Alia definitio proponitur l.42.ff.de adquir.rerum dominio, his uerbis:* Substitutio quæ nondum competit, extra bona nostra est. *Alia definitio proponitur l.52. ff eod.tt his uerbis:* Rem in bonis nostris intelligimur habere, quoties possidentes exceptionẽ, aut amittentes ad recuperandam eam actionẽ habemus. *Concordat l.49. §.in bonis.ff.de uerb. signif.cuius uerba uide ā.in uerbo Bona. Concordant item ea quæ proponũtur ā.in uerbo Habere. Alia definitio proponitur l.190.ff.de reg.iuris, hisce uerbis:* Quod euincitur, in bonis non est. *Alia definitio proponitur l.181.in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Nõ uidetur perfectè cuiusq; id esse, quod ex casu auferri potest. *Alia definitio proponitur l.58. in fine.ff.de uerb.signif.his uerbis:* Paternos libertos rectè uidemur dicere nostros libertos: libertorum uerò nostrorum libertos nõ rectè nostros libertos dicimus. *Similis definitio proponitur l.105.ff.eod.tt.cuius uerba uide ā. lib. 34.cap.9.quæst.2.except.6. Alia definitio proponitur l.96.in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Prædia dicimus aliquorum esse, non utiq; communiter habentium ea, sed uel alio aliud habente.

*Miles unde dicatur, definitur l.1.§.fin.ff.de militari testamẽto.cuius uerba uide ā.lib.12.ca.18. in prin.*

*Mille passus unde dinumerandi, definitur l.154.ff. de uerb.signif.his uerbis:* Mille passus non à muro urbis, sed à continentibus ædificijs numerandi sunt.

*Minus soluere quid sit, definitur l.12.§.fin.ff. eod. tt.his uerbis:* Minus soluit, qui tardius soluit, nam & tẽpore minus soluitur. *Alia definitio proponitur l.32.ff.eod.tt.his uerbis:* Minus solutũ intelligitur, etiamsi nihil est solutũ. *Concordat l.82.ff.d.tt.cuius uerba uide ā. in uerbo Amplius. Alia definitio proponitur l.217.ff.eod.tt. his uerbis:* Non potest uideri minus soluisse is, in quem amplioris summæ actio nõ cõpetit.

*Mobilia & mouentia idem. Quæ regula approbatur, simul & distinguitur l.93.ff.de uerb.signif. cuius uerba uide ȷ.in uerbo Mouentia.*

*Monumentum definitur l.2.§.monumentum.ff.de religiosis, hisce uerbis:* Monumẽtũ est, quod memoriæ seruãdę gratia existit. *Concordat l.42. ff.eod.tt.cuius uerba uide ā.lib.26.cap.2.de religiosis, quæst.1.reg.4.*

*Morbus quid sit, definitur l.101.§. uerũ.ff. de uerb. signif.his uerbis:* Verũ est, morbũ esse temporalẽ corporis imbecillitatẽ: uitiũ uerò perpetuũ corporis impedimẽtũ. Veluti si talũ excussit. ita luscus utiq; uitiosus est. *Alia definitio proponitur l.2.§.sed sciẽdũ.ff. de ædilitio edicto, cui⁹ uerba uide ā.li.42.ca.4.quæst.3.causa 1.in prin.*

Morbus

*Morbus sonticus definitur l.113.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Morbus sonticus est, qui cuiq; rei nocet. *Concordat l.65.§. quoties.ff. de aedilitio edicto. cuius uerba uide s.lib.42.cap.4.quaest.9.caussa 1.except.1.*

*Mouentia definiuntur l.93.ff. de uerb.signif.bis uerbis:* Mouentium, item mobilium appellatione idem significamus: si tamen apparet, defunctum animalia duntaxat quae se ipsa mouerent, mouentia uocasse. Quod uerum est.

*Mulcta & poena in quo differant, uide s.lib.3.cap.3.quaest.2.*

*Mulier definitur l.13.in prin.ff.de uerb.signif.bis uerbis :* Mulieris appellatione etiam uirgo uiripotens continetur.

*Municeps quis dicatur, definitur l.18.in fine.ff.d.tt.cuius uerba uide s lib. 13. cap.3.in prin. item definitur l.228. ff. d.tt. cuius uerba uide s.lib.13.cap.3.quaest.2.*

*Munimentum sepulchri definitur l.37.§.munimentum.ff.de religiosis.cuius uerba uide s.lib.26. cap.8. de religiosis.quaest.1.reg.7.*

*Munus definitur l.18.ff.de uerb.signif.cuius uerba uide s.lib.13.cap.1.in prin. Alia definitio proponitur l.194.& l.214.ff.eod.tt.quarum uerba uide s.in uerbe Donum.*

*Munus publicum definitur l.239.§.munus.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.cap.1.quaest.3.in prin.*

N

*Negationes duae quid significent, definitur l.237.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Duobus negantibus uerbis quasi pmittit lex magis, quàm prohibet: idque etiam Seruius animaduertit.

*Nomen quid significet, definitur l.4.ff. d.tt.bis uerbis:* Nominis appellatione rem significari, Proculus ait. *Alia definitio proponitur l.6.in prin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

*Nostrum quid dicatur, uide s.in uerbo Meum.*

*Notio definitur l.99.in prin.ff. de uerb.signif. bis uerbis:* Notionem accipere debemus, & cognitionem, & iurisdictionem. *Alia definitio proponitur l.5.in prin.ff.de re iudicata, bis uerbis:* Ait Praetor, Cuius de ea re iurisdictio est: melius scripsisset, Cuius de ea re notio est. Etenim notionis etiam ad eos pertinet, qui iurisdictionem non habent: sed habẽt de quauis alia causa notionem.

*Noualis terra quae dicatur, definitur l.30.§.noualis.ff.de uerb.signif.bis uerbis:* Noualis est terra proscissa, quae anno cessauit, quam Graeci νεατὴν uocant.

*Noxa definitur l.238.§.fin. ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Noxae appellatione omne delictũ continetur. *Concordant ea quae proponuntur s.lib.47.cap.2.quaest.2.except.15.in prin.*

*Noxa solutus quis dicatur, uide s.lib. 42.cap.4.quaest.1.causa 34.*

*Nurus definitur l.50.ff.de uerb. signif bis uerbis:* Nurus appellatio etiam ad pronurum & ultrà porrigenda est.

O

*Ope, consilio quomodo intelligendum, definitur l.53.§.fin.ff.de uerb.signif cuius uerba uide s.in uerbo Coniunctio.*

*Opere legato uel conducto, quid ueniat, definitur l.5.in fine.ff.eod.tt.bis uerbis:* Opere legato uel conducto: his uerbis significari Labeo ait id opus, quod Graeci ἀποτέλεσμα uocant, nõ ἔργον, id est, ex opere facto corpus aliquod perfectum.

*Oportebit uerbum quid significet, definitur l.8.in prin.ff.eod.tt. bis uerbis:* Verbum Oportebit tam praesens quàm futurum tempus significat. *Alia definitio proponitur l.37.ff.eod. tt.bis uerbis:* Verbum Oportere non ad facultatem iudicis pertinet, qui potest uel pluris uel minoris cõdemnare: sed ad ueritatem refertur.

*Oppidum unde dictum, definitur l.239.§.oppidũ.ff.d.tt.bis uerbis:* Oppidum ab ope dicitur, quòd eius rei causa moenia sint constituta.

*Opprobrium definitur l.42.ff.d.tt.cuius uerba uide s.in uerbe Probrum.*

*Optimus maximusq; quid sit, definitur l.90.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Qui uti optimae maximaeque sunt, aedes tradit: non hoc dicit, seruitutem illis deberi: sed illud solùm, ipsas aedes liberas esse, hoc est, nulli seruire. *Concordat l.126.ff.eod.tt.bis uerbis:* Si cum fundum tibi darẽ, legem ita dixi, Vti optimus maximusque est: & adieci, ius fundi deterius factũ nõ esse p dñm, pstabitur: amplius eo pstabitur nihil. Etsi prior pars, qua scriptũ est, Vti optimus, maximusq; est: liberũ esse significat, eoque si posterior pars adiecta non esset, liberum praestare deberet: tamen inferiore parte satis me liberatum puto (quod ad iura attinet) ne quid aliud praestare debeam, quàm ius fundi per dominũ deterius factum non esse. *Concordat l.169.ff.eod.tt.bis uerbis:* Non tantùm in traditionibus, sed & in emptionibus, & stipulationibus, & testamentis adiectio haec, Vti optimus maximusq; est: hoc significat, ut liberũ praestetur praedium, non ut etiam seruitutes ei debeantur. *Alia huius loci regula proponitur l.161.in prin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Illa uerba, Optimus maximusque est: uel in eum cadere possunt, qui solus est. Sic & circa edictum Praetoris supremae tabulae habentur etiam solae.

*Ornamentum quid comprehendat, definitur l.74.ff.de uerb.signif.bis uerbis:* Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.

*Ostentum definitur l. 38 ff. d. tt. bis uerbis:* Ostentum Labeo definit, omne contra naturam cuiusq; rei genitum factumq;. Duo autem genera sunt ostentorum: unum, quoties quid contra naturã nascitur: tribus manibus fortè, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ cõtraria est. alterum, cum quid prodigiosum uidetur, quomodo Græci *φάσματα* uocant.

P

*Palam quid sit, definitur l. 33. ff. de uerb. signif. bis uerbis,* Palam est, cotam pluribus.

*Palàm corpore quæstum facere, quid sit, definitur l. 43. in prin. usq; ad §. lenocinium. ff. de ritu nuptiarum. cuius uerba uide s. lib. 3. cap. 14. causa 33. ext. 1. cum quatuor exceptionib. sequentibus.*

*Pali definiuntur l. 168 ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. in uerbo Ligna.*

*Parens definitur l. 51. ff. eod. tt. bis uerbis:* Appellatione parentis non tantùm pater, sed etiã auus, & proauus, & deinceps omnes superiores continentur: sed & mater, & auia, & proauia.

*Parere definitur l. 132. §. fin. ff. d. tt. bis uerbis:* Falsum est eam peperisse, cui mortuus filius extractus est.

*Paries definitur l. 157. ff. eod. tt. bis uerbis:* Paries est, siue murus, siue maceria est.

*Pars quid significet, definitur l. 25. §. fin. ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Quintus Mutius ait, Partis appellatione rem pro indiuiso significari. nam pro diuiso quod nostrum sit, id non partem, sed totum esse. Seruius non ineleganter, partis appellatione utrunque significari.

*Partus definitur l. 26. ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Partum non esse partem rei furtiuæ, Scæuola lib. X I. Quæstionum scribit.

*Patris appellatione auus quoq; continetur. Quæ regula approbatur l. 201. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Filius.*

*Paterfamilias quis dicatur, definitur l. 195. §. pater autem. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. in uerbo Familia.*

*Patroni appellatione quid significetur, definitur l. 52. ff. d. tt. bis uerbis:* Patroni appellatione & patrona continetur.

*Peculium definitur l. 182. ff. eod. tt. bis uerbis:* Liber peculium habere non potest, quemadmodum nec seruus bona.

*Pecunia definitur l. 178. in prin. ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Pecuniæ uerbum non solùm numeratam pecuniam complectitur, uerùm omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora. Nam corpora quoq; pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ignoret. *Concordat l. 222 ff. eod. tt. bis uerbis:* Pecuniæ nomine non solùm numerata pecunia, sed etiam omnes res tam soli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur. *Alia definitio proponitur l. 88. ff. eod. tt. bis uerbis:* Propemodum tantum quis pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici potest. Sic dicimus centum aureorum habere, qui tantum in prædijs cæterisq; similibus rebus habent. Non idem est in fundo aliano legato, quanquam is fundus hæreditaria pecunia comparari potest: neq; quisquam eum qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari potest. *Alia definitio proponitur l. 117. ff. eod. tt. bis uerbis:* Cũ stipulamur, Quanta pecunia ex hæreditate Lucij Titij ad te peruenit, res ipsas quæ peruenerunt, non pretia earum spectare uidemur. *Alia definitio proponitur l. 5. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. in uerba Res.*

*Pecus definitur l. 38. §. iumentorum. ff. de ædilitio edicto. cuius uerba uide s. lib. 42. cap. 4. quæst. 3. causa 6. in prin.*

*Pellex definitur l. 144. ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Masurius scribit libro Memorialium, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cũ uxor non esset, cum aliquo tamẽ uiuebat: eamq; nunc uero nomine amicam, paulò honestiore concubinam appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papyriano scribit, pellicem nunc uulgò uocari, quæ cum eo cui uxor sit, corpus miscent: quosdam eam quæ uxoris loco sine nuptijs in domo sit, quam Græci *παλλακήν* uocant.

*Penes te quid sit, definitur l. 63. ff. d. tt. bis uerbis.* Penes te amplius est, quàm apud te. Nam apud te est, quod qualiter qualiter à te tenetur: penes te est, quod quodammodo à te possidetur.

*Perfectum definitur l. 2. ff. de origine iuris, hisce uerbis:* In omnibus reb. animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constat.

*Perficere quid sit, definitur l. 139. in fine. ff. eod. tt. bis uerbis:* Perfecisse ædificiũ is uidetur, qui ita consummauit, ut iam in usu esse possit.

*Perire quid sit, definitur l. 9. ff. d. tt. bis uerbis:* Marcellus apud Iulianum tractans notat, uerbo Perijsse & scissum & fractum contineri, & ui raptum.

*Pernoctare quid sit, definitur l. 166. in fine ff. d. tt. bis uerbis:* Pernoctare extra urbem intelligẽdus est, qui nulla parte noctis in urbe est. Per enim totam noctem significat.

*Persequi & Persecutio definitur l. 57. in fine. ff. d. tt. bis uerbis:* Perseq uidetur & q satis acceperit.

*Persecutio actio est. Quæ regula approbatur l. 34. ff. d. tt. cuius uerba uide s. lib. 30. ca. 4. quæst. 1. in fine.*

*Perticæ definiuntur l. 168. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerba Ligna.*

*Pertinere quid significet, definitur l. 181. ff. eod. tt. bis uerbis:* Verbum illud Pertinere latissimè

patet. Nam & eis rebus patēdis aptum est, quæ dominij nostri sint, & eis quas iure aliquo possideamus, quãuis non nostri dominij sint. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint. *Alia definitio proponitur l. 70. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis*: Verba hæc, Is ad quem ea res pertinet: sic intelliguntur, ut qui in uniuersum dominium uel iure ciuili, uel iure Prætorio succedit, contineatur. *Concordat l. 52. §. fin. ff. de action. & obligat. his uerbis*: Cum generaliter adijcimus, Eiúsue ad quem ea res pertinebit: & adrogati, & eorum qui iure nobis succedunt, personas comprehendimus.

*Peruenire quid sit, definitur l. 71. in prin. ff. de uerbo. signif. his uerbis*: Peruenire propriè illud dicitur, quod est remensurum. *Cõcordat l. 164. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Habere. Huius exceptio proponitur l. 172. ff. eod. tt. his uerbis*: Peruenisse rectè ad te dicitur, quod per te ad alium prouenerit: ut in hæreditate à liberto per patronum filiumfamiliãs patri eius adoptiuo adquisita responsum est. *Alia definitio proponitur l. 165. ff. eod. tt. his uerbis*: Peruenisse ad hæredem nihil intelligitur, nisi deducto ære alieno.

*Petitio definitur l. 178. §. actionis. ff. d. tt. cuius uerba uide s. lib. 16. cap. 4. quæst. 1. in prin.*

*Pignus unde dicatur, & differentia eius ab hypothecæ proponitur ĩ. lib. 40. cap. 1.*

*Plebs definitur l. 238. in prin. ff. de uerb. signif. his uerbis*: Plebs est, cæteri ciues sine senatorib.

*Plurisúe quid significet, definitur l. 192. ff. d. tt. his uerbis*: Hæc adiectio, Plurisúe: nõ infinitam pecuniam continet, sed modicam: ut taxatio hæc, Solidorum decem, plurisúe: ad minutulam summã referatur. *Alia definitio proponitur l. 232. ff. eod. tt. his uerbis*: Hæc enũciatio, Quæ sunt pluris aureorum triginta: simul & quantitatis & æstimationis significatiue est.

*Pœna quid sit, uide ĩ. lib. 1. cap. 3. quæst. 2.*

*Portari quid sit, definitur l. 235. ff. d. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Ferri.*

*Portio definitur l. 164. §. 1. ff. d. tt. his uerbis*: Portionis nomen non semper dimidiam significet, sed prout adiectum est. Potest enim liberè aliquis & maximam partiri: potest & uicesimam, & tertiã, & prout libuerit. Sed si non fuerit portio adiecta: dimidia pars debetur.

*Portus definitur l. 59. ff. de uerb. signif. his uerbis*: Portus appellatus est cõclusus locus, quo importantur merces, & inde exportentur: eaq; nihilominus statio est cõclusa atq; munita. Inde angiportum dictum est.

*Possessio definitur l. 115. §. possessio. ff. d. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Fundus. Alia significatio proponitur l. 78. ff. eod. tt. his uerbis*: Interdũ proprietatem quoq; uerbum possessionis significat: sicut in eo qui possessiones suas legasset, responsum est. *Plura de definitione possessionis uide ĩ. lib. 23. cap. 2.*

*Posthumus filiorum appellatione cõtinetur. Quæ regula approbatur l. 164. in prin. ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. in uerbo Filij.*

*Post diem decimũ calendarum, quid significet, definitur l. 132. §. ante. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Ante diem decimum.*

*Postliminium quid sit, uide s. cap. prox. in prin.*

*Postquam fari potuerit quid sit, definitur l. 217. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Cum fari potu erit.*

*Potestas definitur l. 215. ff. eod. tt. his uerbis*: Potestatis uerbo plura significẽtur. In psona magistratuũ, imperiũ: in persona liberorũ, patria potestas: in persona serui, dominiũ. At cũ agimus de noxæ deditione cum eo qui seruũ nõ defendit: præsentis corporis copiam facultatemq; significamus. Ex lege Atinia in potestatẽ domini rem furtiuam uenisse uideri, & si eius uindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt.

*Pratum definitur l. 31. ff. de uerb. signif. his uerbis*: Pratũ est, in quo ad fructũ percipiendũ falce duntaxat opus est: ex eo dictum, quòd paratum sit ad fructum capiendum.

*Prædium definitur l. 115. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. in uerbo Fundus.*

*Prædia urbana quæ sint, definitur l. 198. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. lib. 25. cap. 5. quæst. 1.*

*Præuaricatores definiuntur l. 212. ff. d. tt. his uerbis*: Præuaricatores eos appellamus, q causam aduersarijs suis donãt, & ex parte actoris in partẽ rei cedunt. à uaricando enim præuaricatores dicti sunt. *Concordant ea quæ proponuntur ĩ. lib. 5. cap. 10. quæst. 2. in prin.*

*Probrum definitur l. 42. ff. de uerb. signif. his uerbis*: Probrũ & obprobrium idem est. Probra quędã naturæ turpia sunt, quędã ciuiliter & quasi more ciuitatis: utputa furtũ, adulteriũ, naturæ turpe est. Enimuerò tutelę damnari hoc nõ naturæ ꝓbrũ est, sed more ciuitatis. Nec enim natura probrũ est, quod potest etiam in hominem idoneum incidere.

*Proiectum definitur l. 242. §. 1. ff. d. tt. his uerbis*: Inter proiectum & immissum hoc interesse ait Labeo, quòd proiectũ esset id quod ita proueheretur, ut & nusquam requiesceret: qualia mœniana & subgrundæ essent. Immissum autẽ, quod ita fieret, ut aliquo loco requiesceret: ueluti tigna, trabes, quæ immitterentur.

*Pronunciatum definitur l. 46. in prin. ff. d. tt. his uerbis*: Pronunciatum & statutum idem dici potest: promiscuè enim & pronunciasse & statuisse solemus eos dicere, qui ius habent cognoscendi.

Propriæ

*Proprietas interdum possessio dicitur, l.78.ff.d.tt. cuius uerba uide ǯ.in uerbo Possessio.*

*Prouinciales definiuntur l. 190.ff.d.tt. bis uerbis:* Prouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium habent: non eos qui ex prouincia oriundi sunt.

*Proximus quis sit, definitur l.92.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Proximus est, quem nemo antecedit. supremus est, quem nemo sequitur. *Concordat l.10.§.1.ibi: & proximus.ff.de reb.dubijs, bis uerbis:* Proximus adgnatus intelligitur etiam qui solus est, quemq; nemo antecedit. *Ait Iurisconsultus.* Et qui solus est. *Huic cōcordat l.155.ff. de uerb.signif. bis uerbis:* Proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est. *Concordat item l.213. in prin. ff.ead.tt. bis uerbis:* In uulgari substitutione, qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur: rectè substitutus & unico intelligitur exemplo XII Tabularum, ex quib. proximus adgnatus & solus habetur.

*Publica quæ sint, definitur l.15.ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Bona ciuitatis abusiuè publica, dicta sunt. Sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt. *Concordat l.16.ff.eod.tt. cuius uerba uide ǯ.in uerbo Publicanus. Alia definitio proponitur l.17.ff.eod.tt.bis uerbis:* Inter publica habemus non sacra, nec religiosa, nec quæ publicis usibus destinata sunt: sed si qua sunt uelut ciuitatum bona. Sed & peculia seruorum ciuitatum proculdubio publica habentur.

*Publica uectigalia quæ dicantur, definitur d.l.17. in fine. cuius uerba uide ǯ.lib.11.cap.7.in prin.*

*Publicanus definitur d.l.16.bis uerbis:* Eum qui uectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. Nam publica appellatio in cōpluribus causis ad populum Romanum respicit. Ciuitates enim priuatorum loco habentur.

*Puer definitur l. 161. §. pueri.ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Pueri appellatione etiam puella significatur. nam & fœminas puerperas appellāt recētes ex partu, & παῖδας Græcè cōmuniter appellātur. *Alia definitio proponitur l. 204.ff.d.tt.bis uerbis:* Pueri appellatio tres significationes habet: unā, cū omnes seruos pueros appellamus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus: tertiam, cum ætatem puerilem demonstramus.

*Pupillus definitur l.219.in prin.ff.de uerb. signif. cuius uerba uide ǯ.lib.36.cap.3.except.1.in prin. Alia definitio proponitur l.162.ff.eod.tt. bis uerbis:* Nō est pupillus, qui in utero est.

Q

*Quanti ea res est, quid sit, definitur ǯ.lib.36.cap. 8.reg.1.*

*Quis definitur l. 1.ff. de uerb. signif. bis uerbis:* Verbum hoc, Si quis, tam masculos quàm fœminas complectitur. *Concordat l.195. in prin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Pronunciatio sermonis in sexu masculino ad utrumq; sexum plerunq; porrigitur. *Concordat item l.60.ff.de leg.3. cuius uerba uide ǯ.lib.33. cap.4. de animantib. legatis, reg.1. item de seruis legatis, reg.1.*

R

*Rectè præstari quid sit, definitur l 71.in fine.ff. de uerb.signif.bis uerbis:* Hæc uerba, His rebus rectè præstari: hoc significatur, ne quod periculum uel damnum ex ea re stipulator sentiret.

*Rectè restitui quid significet, definitur l.73. ff.d. tt.bis uerbis:* Hæc uerba in stipulatione posita, Eam rem rectè restitui: fructus continent. Rectè enim uerbum pro uiri boni arbitrio est.

*Reddere quid sit, definitur l.94.ff.d.tt.bis uerbis:* Verbum reddendi, quāquam significatum habeat retrò dandi: recipit tamen & per se dandi significationem. *Concordat ijsdem uerbis l.21.in fine.ff.de leg.2.*

*Reddere rationes quid sit, definitur l.89.§. inter. ff.de uerb.signif.cuius uerba uide ǯ.lib.6.ca.4.de rationib.edendis, quæst.1. Concordāt ea quæ proponuntur ǯ. libro 34. capite 5. quæstione 3. exceptione 10. repl.6.*

*Regula definitur l.1. ff. de regulis iuris. de qua re uide ǯ.cap.prox.in prin.*

*Reliquerunt quid significet, definitur l.3.§.uerbo. ff.si libertus ingenuus esse dicatur. cuius uerba uide ǯ. lib.20.cap.3.quæst.6.reg.1.*

*Reliqui quid sit, definitur l.95.ff.de uerb.signif.bis uerbis:* Potest reliquorum appellatio & uniuersos significare. *Concordat l.166.ff.eod.tt. cuius uerba uide ǯ.in uerbo Cæteri.*

*Repudium quid sit, uide ǯ. libro 14. capite 8. causa 6.*

*Res definitur l.5.in prin.ff.de uerb.signif.bis uerbis:* Rei appellatio latior est, quàm pecuniæ: quia etiam ea quæ extra computationē patrimonij nostri sunt, continet: cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt. *Concordat l.1.in fine.ff.si certum petatur. cuius uerba uide ǯ.in uerbo Credere. Alia definitio proponitur l.6.in prin.ff.de uerb. signif. cuius uerba uide ǯ.in uerbo Nomen. Alia definitio proponitur l.23.ff.eod.tt.bis uerbis:* Rei appellatione & causæ & iura continentur. *Alia definitio proponitur l.72.ff.d.tt.bis uerbis:* Appellatione rei pars etiam continetur.

*Restituere quid sit, definitur l.35.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Restituere is intelligitur, qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tēpore res ei reddita fuisset: id est, usucapionis causam & fructuum. *Concordat l.75.ff. eod. tt. bis uerbis:* Restituere uidetur is, qui restituit

tuit quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset. *Concordat item l.81.ff. eod.tt.his uerbis*: Cum Praetor dicit,ut opus factum restituatur:etiam damnum datum actor consequi debet. Nam uerbo restitutio nis omnis utilitas actoris continetur. *Concordat item l.ult.§.fin ff.eod.tt.bis uerbis*: Restituit non tantùm qui solum corpus,sed etiā qui omnem rem conditionemq; reddita causa praestat. Et tota restitutio, iuris interpretatio est. *Concordat item l.22.ff. eod.tt.cuius uerba uide 5.lib.21.cap.10.quaest.3. Concordat item l.133.§.1.ff.de reg.iuris.cuius uerba uide 5.li.36. cap. 10.quaest.1.except.1.repl.15.Concordat item l.38.§.in Pauiana.ff.de usuris & fructib. cuius uerba uide 5.d. except.1.repl.8. Alia definitio proponitur l.2.§. penult.ff.ne quid in loco uel itinere publico.cuius uerba uide 5.lib.26.cap.10.interd.2.quaest.5.reg.1.*

*Roma definitur l.2.in prin.ff.de uerb. signif. bis uerbis*:Vrbis appellatio muris, Romae uerò continentibus aedificijs finitur, quod latius patet.*Concordat l.87.ff.eod.tt.bis uerbis*: Alfenus ait,urbem esse Romam, quā muro cingeretur.Romam etiam, quā in continenti aedificia essent.Nam Romā nō muro tenus existimari, ex consuetudine quotidiana posse intelligi:cum diceremus Romā nos ire,etiamsi extra urbem habitaremus. *Concordat item l.139.ff. eod.tt. bis uerbis*: Aedificia Romae fieri etiam ea uidentur, quae in continentibus Romae aedificijs fiant. *Concordat item l.147.ff.eod.tt.bis uerbis*:Qui in continentibus urbis nati sunt, Romae nati intelliguntur.*Item concordat l.154.ff.eod.tt. cuius uerba uide 5.in uerbo Mille passus.*

*Rustica familia definitur l.166.ff.d.tt. cuius uerba uide 5.in uerbo Familia.*

*Ruta caesa quae dicantur,uide 5.li.42. ca.2.reg.31.*

S

*Satisacceptio definitur l.1.§. satisacceptio.ff.de uerb.obligation.bis uerbis*: Satisaceptio est,stipulatio, quae ita obligat promissorem, ut adpromissores quoq; ab eo accipiantur,id est,qui idem promittant.Satis autem accipere dictum est eodem modo,quo satisfacere. Nam quia id quo quis cōtentus erat, ei praestabatur,satisfieri dictum est: & similiter quia tales,quibus cōtentus quis futurus esset,ita dabantur, ut uerbis obligarentur,satis accipi dictum est.

*Satisdatio quid sit,uide 5.lib.6.cap.7. quaest.1.*

*Satisfactio definitur uerbis d.§.satisacceptio,iam propositis hisce*:Nam quia id quo quis contentus erat, ei praestabatur, satisfieri dictum est,&c.*Concordant ea quae proponuntur 5.lib.40. cap.4.causa 4.in prin.*

*Scena definitur l.2.§.ait Praetor.ff.de his qui notantur inf. cuius uerba uide 5. lib.3. cap.14. quaest.3. causa 11.*

*Sepulchrum definitur l.2.§.sepulchrum.ff. de religiosis.cuius uerba uide 5.lib.26.cap.2.de loco religioso.quaest.1.in prin. Concordat l.3.§.sepulchri.ff. de sepulchro uiolato.cuius uerba uide 5.lib.26.cap.5. quaest.2.causa 1.*

*Sequester definitur l.109.ff. de uerb. signif. cuius uerba uide 5.lib.5.cap.9.de re litigiosa sequestranda, in prin.*

*Seruum quid significet, definitur l.40. §.1.ff.d.tt. bis uerbis*: Serui appellatio etiam ad ancillā refertur.*Concordat l.101.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide 5.lib.33.cap.4.de seruis legatis,reg.1.*

*Vnde dicantur serui,definitur l.239.§.1.ff.d.tt.bis uerbis*:Seruorū appellatio ex eo fluxit,quòd Imperatores captiuos uendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent. *Concordant ea quae proponuntur 5.lib.19.cap.1.quaest.2.*

*Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.Quae regula approbatur l.74.ff.de uerb. signif.cuius uerba uide 5.in uerbo Ornamentum.*

*Sylua caedua definitur l.30.in prin.ff.d.tt. bis uerbis*:Sylua caedua est (ut quidam putāt) quę in hoc habetur,ut caederetur. Seruius eam esse,quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur.

*Sylua pascua definitur d.l.30.§.fin.bis uerbis*:Pascua sylua est, quae pascuis pecudum destinata est.

*Singularis numerus interdum sumitur pro numero plurali. Quae regula approbatur l.158.ff.de uerb. signif.bis uerbis*: In usu iuris frequēter uti nos Cascellius ait singulari appellatione, cum plura generis eiusdē significare uellemus. nam & multum hominem uenisse Romā, & piscem uilem esse dicimus. Item in stipulando satis habemus de haerede cauere, Si ea res secundum me haeredemue meum iudicata erit:& rursus, Quod ob eam rem re haeredemue tuum:nempe ęquè,etsi plures haeredes sint,continentur stipulatione.

*Socer & Socrus definitur l.146.ff.d.tt.bis uerbis*: Soceri & socrus adpellatione auum quoq; & auiam uxoris uel mariti contineri, respondetur.

*Sodales definiuntur l.4. in prin.ff. de collegijs & corporibus. cuius uerba uide 5.lib.12.cap.6. quaest.3. reg.2.*

*Solarium definitur l.2.§.si quis nemine.ibi:sic enim uectigal.ff.ne quid in loco uel itinere publico fiat.cuius uerba uide 5.lib.26.cap.10.quaest.4.except. gener.9.*

*Soluendo esse quis dicatur,definitur l.114.ff.d.tt. bis uerbis*: Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere. *Alia definitio proponitur l.95.ff.de reg.iuris,bisce uerbis*: Nemo dubitat,soluēdo uideri eū qui defenditur.

*Solutio definitur 5.lib.48.cap.5.quaest.1.*

*Solutū matrimonium definitur l.240.ff.de uerb. signif.cuius uerba uide 5.lib.15.ca.6.except.3. repl.3.*

Solutus

*Solutus qs dicatur, definitur l.48.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Solutum non intelligimus eum, qui licet uinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur. ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine uinculis seruatur.

*Sonticus morbus definitur l.113.ff.d.tt.de quo s̄.in uerbo Morbus.*

*Spado definitur l.128.ff.d.tt.bis uerbis:* Spadonũ generalis appellatio est. quo nomine tam hi qui natura spadones sunt, item thlibiæ, thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continentur.

*Speciosæ personæ quæ dicantur, definitur l.100. ff.de uerb.signif.bis uerbis:* Speciosas personas accipere debemus clarissimas psonas utriusq; sexus: item eorum qui ornamentis senatorijs utuntur.

*Sponsio definitur l.7.ff.d.tt.bis uerbis:* Sponsio appellatur non solùm quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioq;.

*Stagnum definitur l.1.§.stagnum.ff. ut in flumine publico nauigare liceat.cuius uerba uide s̄.lib.26. capite 6.quæst.5. reg.5.in prin.*

*Statio definitur l.1.§.stationem.ff. de fluminib.ne quid in flumine. cuius uerba uide s̄.lib.26.capite 7. quæst.2.in prin.*

*Statutum definitur l. 46.in prin.ff.de uerb.signif. cuius uerba uide s̄.in uerbo Pronunciatum.*

*Stipendium definitur l.27.ff.d.tt.bis uerbis:* Stipendium à stipe appellatum est, quòd per stipes.id est modica æra colligatur. Idem hoc etiam tributũ appellari, Pomponius ait. Et sanè appellatur à contributione tributũ, uel ex eo quòd militibus tribuatur.

*Stipula illecta definitur l.30.§.1.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Stipula illecta sunt spicæ in messem deiectæ, necdum lectę: quas rustici, cũ uacauerint, colligunt.

*Stuprum definitur l.101.in prin.ff.d.tt.cuius uerba uide s̄.in uerbo Adulterium.*

*Subdisiunctiua definiuntur l.124.§.subdisiunctiui.ff.d.tt. cuius uerba uide s̄.in uerbo Aut.*

*Subsignatum definitur l.39.in prin.ff.d.tt.bis uerbis:* Subsignatũ dicitur, quod ab aliquo subscriptum est. Nam ueteres Subsignationis uerbo pro subscriptione uti solebant.

*Suburbanum prædium definitur l.16. in prin. C. de prædijs minor.cuius uerba uide s̄. lib.18.capite 6. quæst.2.except.40.*

*Superstes definitur l.231.ff.de uerb.signif. bis uerbis:* Quod dicimus, eum qui nasci speratur, pro superstite esse: tunc uerum est, cum de ipsius iure quæritur: alijs autem non prodest, nisi natus sit.

*Supremus definitur l.92.ff.d.tt. cuius uerba cum concordantibus uide s̄.in uerbo Proximus.*

*Suum definitur l.219. §. fin. ff. de uerb. signif.bis uerbis:* Verbum Suum, ambiguum est, utrũ de toto, an de parte significet. Et ideo qui iurat suum non esse, adijcere debet, neq; sibi commune esse.

T

*Taberna definitur l.183. cum lege sequente.ff.de uerb.signif.bis uerbis:* Tabernæ appellatio declarat omne utile ad habitandum ędificiũ, nempe ex eo quod tabulis clauditur. Vnde tabernacula & cõtubernales dicti sunt.

*Taberna instructa definitur l. 185.ff eod.tt. cuius uerba uide s̄.in uerbo Instructa.*

*Tabernacula unde dicantur, patet ex uerbis iam propositis.*

*Telum definitur s̄.lib.4.cap.4.quæst.1.causa 2.*

*Ter enixa quæ dicatur, definitur l.137.ff de uerb. signif.bis uerbis:* Ter enixa uidetur etiam quæ tergeminos peperit.

*Terra noualis & integra quæ dicatur, definitur l. 30.§. noualis, & §. integra.ff.d. tt.cuius uerba uide s̄.in uerbis Noualis & Integra.*

*Territorium definitur l.219.§. penult.ff. d.tt.bis uerbis:* Territorium est, uniuersitas agrorũ intra fines cuiusq; ciuitatis: quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est submouendi ius habent.

*Tignarij fabri qui dicantur, definitur l.235.in fine. ff.d tt.cuius uerba uide s̄.in uerbo Fabri tignarij.*

*Tignum definitur l.62.ff.d.tt.cuius uerba cum concordantibus uide s̄.lib.47.cap.11.quæst.2.*

*Toga unde dicta sit, definitur l.180.ff.de uerb.signif.cuius uerba uide s̄.in uerbo Tugurium.*

*Totum definitur l.25.ff.d.tt. cuius uerba uide s̄.in uerbo Pars: & lib.33.cap.4.de suis reb.relictis, reg.1. except.2.*

*Transacta definiuntur l.229.cum lege sequente.ff. de uerb.signif.bis uerbis:* Transacta finitaúe intelligere debemus non solùm de quibus controuersia fuit, sed etiam quæ sine cõtrouersia sunt possessa: ut sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris tẽporis silentio finita.

*Transfuga definitur l.19.§.transfuga.ff.de captiuis.cuius uerba uide s̄.cap.prox.quæst.5.except.2.in prin.*

*Tributum unde dicatur, definitur l.27.ff.de uerb. signif.cuius uerba uide s̄.in uerbo Stipendium.*

*Tugurium definitur l.180.ff. eod.tt. bis uerbis:* Tugurij appellatione omne ædificium, quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quàm quod urbanis ædibus, significatur. Olilius ait, tugurium à tecto, tanquã tegularum, esse dictum: ut toga, quòd ea tegamur.

*Tuorum appellatione actiones quoq; cõtinentur. Quæ regula approbatur l.91.ff.de uerb.signif. cuius uerba uide s̄.libro 33.capite 4.de suis reb.relictis, regula ult.except.3.*

V

*Vasa uinaria definiuntur l.206.ff. de uerb.signif. cuius uerba uide s. in uerbo* Dolia.

*Venenum definitur l.236.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.lib.4.cap.4.quæst.1.causa 3.*

*Venire diem quid sit, definitur l.211.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.lib.11.cap 8.in prin.*

*Vestis definitur l.127.ff.d.tt. his uerbis:* Vestis appellatione tam uirilis quàm muliebris, & scenica, etiamsi tragica aut citharœdica sit, continetur. *Alia definitio proponitur l.45.ff. eod.tt.cuius uerba uide s.in uerbo Instratum.*

*Via definitur s.lib.25.cap.7.in prin.*

*Vitium definitur l.101.§.uerū.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.in uerbo Morbus.*

*Victus definitur l.41. cum lege sequente.ff.eod.tt. his uerbis:* Verbo uictus continentur, quæ esui, potui, cultuiq; corporis, quæq; ad uiuendū homini necessaria sunt. Veste quoq; uictus habere uicem, Labeo ait. Et cætera quoq;, quibus tuendi curandiue corporis nostri gratia utimur, ea appellatione significantur. *Ait Iurisconsultus:* Vestem quoq; uictus habere uicem. *Huic concordat l.45.ibi: in uictu.ff.eod.tt.cuius uerba uide s. in uerbo Instratum. Item concordat l.234. in fine.ff. eod.tt. cuius uerba uide s.in uerbo Viuere.*

*Vidua definitur l.242.§.uidua.ff. eod.tt. his uerbis:* Viduam non solùm eam quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoq; mulierem quę uirum non habuisset, appellari ait Labeo: quia uidua sic dicta est, quasi uecors, uesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter uiduā esse dictam, sine duitate.

*Villa definitur l.211.ff.eod.tt.cuius uerba uide s.in uerbo Fundus.*

*Vinctus definitur l.216.ff.eod.tt.his uerbis:* Verum est, eum qui in carcerem clausus est, non uideri neq; uinctum, neq; in uinculis esse: nisi corpori eius uincula sint adhibita.

*Vincula quæ sint, definitur l.224.ff d.tt.his uerbis:* Vinculorum appellatione uel priuata uel publica uincula significātur: Custodiæ uerò tantùm publica custodia. *Alia definitio proponitur uerbis d.l.216.iam propositis.*

*Virilis definitio proponitur l.145.ff.de uerb.signif.cuius uerba uide s.lib.28.cap.23.reg.1. except.1.*

*Viuere quid sit, definitur l.234.in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Verbum uiuere quidam putant ad cibum pertinere. Sed Ofilius ad Atticum ait, his uerbis & uestimenta & stramenta contineri: sine his enim neminē uiuere posse. *Concordāt ea que proposita sunt s.in uerbo Victus.*

*Vota pro principe quando suscipiantur, definitur l.211.§.1.ff.d.tt.his uerbis:* Post calendas Ianuarias die tertio pro salute principis uota suscipiuntur.

*Vrbs definitur l.2.in prin.ff.d.tt. cuius uerba uide s.in uerbo Roma. Concordat l.87.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide in d.uerbo Roma. Vnde dicatur, definitur l.239.§.urbs ff.eod.tt.his uerbis:* Vrbs ab uruo appellata est. Vruare est, aratro definire. & Varus ait, uruū appellari curuaturā aratri, quod in urbe condenda adhiberi solet.

*Vrbana familia quæ dicatur, definitur l.166.ff.d.tt.cuius uerba uide s.in uerbo Familia urbana. Exemplum huius proponitur l.210.ff.eod.tt his uerbis:* Is qui natus est ex mancipijs urbanis, & missus est in uillam nutriendus, in urbanis seruis constituetur.

*Vrbana prædia quæ dicantur, definitur l.198.ff.d.tt.cuius uerba uide s.lib.25.cap.5.quæst.1. Alia definitio proponitur l.211. ff.eod.tt. cuius uerba uide s.in uerbo Fundus.*

*Vruare quid sit, definitur l.239.§.urbs.ff.d.tt.cuius uerba uide s.in uerbo Vrbs.*

*Vruum definitur d.§.urbs.*

*Vsura fructus nō est. Quæ regula definitur l.121.ff.de uerb. signif. cuius uerba uide s. lib.36. cap.9. quæst.3.reg.1.*

*Vsusfructus definitur s.lib.24.cap.1.in prin.*

*Vsu suo quid sit, definitur l.203.ff.d.tt.cuius uerba uide s.lib.11.cap.7.de commißis, quæst.1.except.11.*

*Vtiles dies qui sint, definitur l.11.§.quidam.ff.ad l. Iul.de adulterijs.cuius uerba uide s.lib.4.ca.7.quæst.3.reg 1.except.12.repl.4.*

*Vua definitur l.205.ff.d.tt.his uerbis:* Qui fundum uendidit, pomum recepit, nuces & ficus & uuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eiusdem generis essent, quas non uini causa haberemus, quas Græci *τρωξίμους* appellant, receptas uideri.

*Vulgò quæsitus quis dicatur, definitur l.23. ff. de statu hominum, his uerbis:* Vulgò concepti dicūtur, qui patrem demonstrare non possunt: uel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet: qui & Spurij appellantur *παρὰ τὴν σποράν. Hactenus de uerborum significationibus. Sed & plures huiusmodi definitiones uide paßim in suis locis, ut s. eodem capite in prin. ostendi.*

## *DE REGVLIS IVRIS. Cap. V.*

*ANtequam regulas iuris ordine proponamus, sciendum est, quid hoc loco regulæ appellatione contineatur. Definitur autem regula l.1.ff.de regulis iuris, hisce uerbis:* Regula est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat: non ut ex regula ius sumatur, sed ut ex iure quod est, regula fiat, Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causæ coniectio: quæ simul cum in aliquo uiciata est, perdit officium suum. *Hisce uerbis quid regula sit, definitur: quæ definitio satis obscūra est, et ab ipso Accursio parū intellecta. Sanè omnis lex regula rectè dici potest, l.2.§.sed & phi-*

philosophus,ff.de legib. Nā ita dicitur,legē oportere iustorum & iniustorū regulā esse. sunt .n. leges nihil aliud quā regulæ actionū humanarū.Sed hoc loco regula aliter sumitur: quia ex legibus ius sumitur, hoc est actio,exceptio & replicatio.Siquidem actio nihil aliud est quam ius, hoc est facultas à lege concessa persequendi quod sibi debetur:exceptio ius defendendi reum,& excludendi actionem:quemadmodum & replicatio ius est elidendi exceptionem.quæ omnia iura sumuntur ex legibus.At in definitione proposita dicitur,non ex regula ius sumi,sed ex iure quod est, regulam fieri.Ex quibus apparet,Edicta Pretorum,Senatusconsulta,& alias huiusmodi leges proposita definitione non contineri.Regulæ itaq; appellatione hic significantur prima iuris principia , seu generalissimæ quædam sententiæ , quales in sua arte Dialectici Maximas uocant.Ideoq; positum in definitione uocabulum Breuiter pro Generaliter interpretandum est. Siquidem qui genus dicit,plures & uarias species sub eo comprehensas breuiter complectitur.Ex hisce generalissimis sententijs ius agendi non sumitur, quamuis ex iure agendi istæ colligi possint. Sit exempli gratia regula hæc: Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri,l.74.ff.de reg.iuris.Iam si quis iudicij mutandi caussa rem alienauerit , quo actori potentiorem aduersarium substitueret;facit eius conditionem duriorem. ideoq; in regulam propositam committit.At ex regula ista non datur actori actio ad id quod in fraudem suam gestum est,reuocandum:sed ex edicto Prætoris, quod ratione istius regulæ siue maximæ de caussa proposita specialiter factum est. de quo l.1.cum legibus sequentibus.ff.de alienatione iudicij mutandi caussa facta.Si enim ex ista regula quæ ex naturali iure descendit,actio daretur,edictum Prætoris superuacuum esset : quod dictu est absurdum, l.16.in prin.ff.de minor 25.annis. Et alibi ostendi , ex mero iure naturali,nisi iure ciuili adiuuetur,non dari actionem. Sic & l.61. §. quod uerò. ff.de furtis, dicitur , Nemini suum officium debere esse damnosum. quæ regula, etsi naturali iure subsistit: tamen ex ea non sumitur ius agendi negociorum gestorum, sed ex edicto Prætoris,l.1.ff. negociorum gestorum. Idem de alijs actionibus dicendum , quæ licet iustissimis rationibus nitantur , non tamen ex ijs competunt , sed ex legibus quibus specialiter sunt introductæ. Similis ratio est exceptionum. Nam exceptio Senatusconsulti Macedoniani, licet optima ratione sit introducta : tamen ante Senatusconsultum illud, quamuis eadem ratio esset , non dabatur. Idem de exceptione Senatusconsulti Velleiani & alijs dicendum est. Sed & de replicationibus, quæ & ipsæ nihil aliud sunt, quàm exceptionum exceptiones,nec non de duplicationibus & triplicationibus idem dicendum. Nec enim hæ ex rationibus generalibus seu regulis uel maximis sumendæ sunt , sed ex legibus de ijs specialiter latis, uel ex responsis prudentum , quæ & ipsa uim legis obtinent. Hinc Cicero lib 1. de Oratore scribit,in iure ciuili decere nos non infinitis contentionum [illegible] disputationibus,sed auctoritate nutuq; legum. Alioquin si deficientibus legibus [illegible] libet,ex generalibus rationibus seu regulis (quemadmodum hodie fieri solet ) exceptiones, replicationes, duplicationes & si. de. [illegible] sumamus,& ubi lex nō distinguit,nos distinguamus: nihil habebimus certum in toto iure ciuili. Nihil est enim,quod, si ingenij neruos intendas,aliqua ratione non possit uel confirmari uel labefactari: rationesq; rationibus cōuelli possunt. Quod igitur in definitione proposita dicitur, Non ut ex regula ius sumatur: ita accipiendum est, Ex istis generalibus rationibus siue regulis , non dari actionem , exceptionem uel replicationem : nisi aliqua speciali lege adiuuentur. Sic Paulus l.6. ff. de pactis: Interdum (inquit) ex pacto actio nascitur uel tollitur , quoties lege uel senatusconsulto adiuuatur. Ecce , quamuis nihil tam congruum sit fidei humanæ , quàm ea seruare quæ inter eos placuerunt,l.1.in prin.ff.eod.ti. tamen non aliter Paulus ex pacto actionem concedit, nisi speciali aliqua lege adiuuetur.Quod de alijs omnibus regulis siue maximis est dicendum . Solent enim regulæ legum rationes esse : quo casu ex regula ius sumitur, lege scilicet interueniente. Porrò quod in definitione proposita dicitur , Sed ut ex iure quod est, regula fiat: perinde est , ac si diceret Iurisconsultus : Omnis quidem lex regula est, sed non omnis regula lex est . Quamuis autem ius actionis , exceptionis uel replicationis ex regulis generalissimis sumendum non sit: tamen in cæteris quæstionibus, quarum ius magis ex arbitrio iudicis, quàm ex legum authoritate pendet ( de quibus in libello meo de Iudicandi ratione , cap.9 dixi) potest iudex, in decernendo & definiendo iure caussæ regulas istas sequi: quemadmodum etiam in facti quæstionibus, quas & ipsas ex iudicis arbitrio pendere, in d.cap.9. demonstraui:cum scilicet dubitatur, an & à quo aliquid factum sit? qua mente? quid præsumendum sit, &c. quibus casibus nullæ certæ leges speciales præscribi possunt , quibus ueritas indagari queat. Ideoq; ex istis generalibus regulis licet iudici argumentari,ut quamuis ex ijs ius sumi non possit , possit tamen præsumptio aliqua ex ijs depromi. Hoc est quod in definitione proposita dicitur his uerbis: Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur,& (ut ait Sabinus) quasi caussæ coniectio. (Quamuis quidam legant Coniunctio, sed malè.) Vult enim Iurisconsultus innuere, quemadmodum aliâs in facti quæstionibus , cum testes & instrumenta deficiunt , licet ex alijs quibuscunq; indicijs coniecturam facere: ita quoq; cum in dictis caussis leges certæ speciales deficiant, licere iudici ex regulis generalibus , quasi ex quibusdam indicijs , ius caussæ conijcere, uel aliquid præsumere. Postremò in definitione proposita Iurisconsultus ait: Quæ simul cum in aliquo uiciata est, perdit officium suum. Hoc commune est tam regulis generalibus , quàm legibus specialibus , ut per exceptiones oppositas elidantur: quod hic dicit. Perdit officium suum . Quod idem est ac id quod aliâs dici

solet, Generi per speciem derogari: l. 80. ff. de reg. iuris. & quod Vlpianus: Omnis definitio (inquit) in iure ciuili periculosa est. rarum est enim, ut non subuerti posit. Ex his patet, regulæ appellatione in hoc capite contineri sententias iuris generalißimas, non certarum actionum uel exceptionum leges speciales: & quemadmodum leges sunt petitionum, exceptionum & sententiarum in caußis latarum rationes: ita legum rationes esse regulas. patent item harum regularum tria propria: primum quidem, quòd ex ijs ius non sumatur: alterum, quòd sint quasi causarum coniectiones, per quas ius uel factum in causis dubium conijcimus: tertium, quòd per exceptiones oppositas eliduntur: quorum hoc posterius illis cum cæteris quoq; legibus est commune. Hisce præmißis, regulas iuris, quæ quidem speciales in iure locos non habent, secundum locos communes ordine alphabetico dispositos enumerabimus: quæ autem suos in iure locos habent (ut de obligationibus & actionibus, de hereditatibus tam ex testamento quàm ab intestato, de legatis & fideicommißis, de donationibus, de tutelis, de usuris & fructibus, &c.) eas iam antea suis locis subiectas, ut ex indice legum constabit, hic omittemus.

## A

### Accesſiò.

I. Regula proponitur Inst. de fideiussoribus. §. fideiussores, his uerbis: Non plus in accesſione potest esse, quàm in re principali. Huius regulæ exemplum proponitur d. §. fideiussores. cuius uerba uide 5. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 30. repl. 2. Aliud exemplum proponitur 5. lib. 41. cap. 3. except. 25.

II. Regula proponitur l. 138. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Cum principalis caussa non consistat: plerunq; nec ea quidem quæ sequuntur, locum habent. Concordat ijsdem uerbis l. 171. in fine. ff. eod. tit. Huius exemplum proponitur 5. lib. 45. cap. 1. quæst. 2. except. 24. Aliud exemplum proponitur lib. eod. 45. cap. 5. quæst. 2. exception. 19. Aliud exemplum proponitur 5. lib. 40. cap. 2. exc. 15.

### Accipere, uide J. in uerbo Capere.

### Actor & reus.

Fauorabiliores sunt partes rei conuenti, quàm actoris. de qua regula cum alijs similibus uide 5. lib. 5. cap. 9. in prin.

### Æquitas.

I. Regula: In iure æquitas præferenda rigori. quæ regula approbatur l. 90. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide 5. lib. 1. cap. 7. except. 5.

II. Regula: Etsi nihil facilè mutandum est ex solennibus: tamen ubi æquitas euidens poscit, subueniendum est. quæ regula approbatur l. 145. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide 5. lib. 1. cap. 6. reg. 2. except. 2.

III. Regula: Aequitas utrum ad merum ius gentium, an uerò cum præceptis ciuilibus sit æstimanda, differitur l. 31. ff. depositi. cuius uerba uide 5. lib. 59. cap. 7. quæst. 3. except. 3. 4 & 9. item cap. 8. quæst. 3. reg 8.

### Alienatio.

I. Regula proponitur l. 26. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Qui potest inuitis aliquibus alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest.

II. Regula proponitur l. 225. ff. eod. tit. his uerbis: Cum quis posſit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probandum erit, nec si donationis caussa consenserit, ratam eius uoluntatem habendam.

III. Regula proponitur l. 123. ff. d. tit. his uerbis: Cui ius est donandi, eidem & uendendi & concedendi ius est.

IIII. Regula proponitur l. 12. ff. d. tit. his uerbis: Id quod nostrum est, sine facto nostro ad aliũ transferri non potest.

### Amisſio.

I. Regula proponitur l. 83. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Non uidetur rem amittere, cuius propria non fuit.

II. Regula: Quibus modis adquirimus, ijsdem in contrarium actis amittimus. quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur 5. lib. 21. cap. 4. in prin. item lib. 48. cap. 5. quæst. 3. in prin.

## B

### Bona fides.

I. Regula: Bona fides in contractibus consideranda. quæ regula approbatur l. 4. C. de obligat. & action. cuius uerba uide 5. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 7. proprio 2.

II. Regula: Bona fides æquitatem summam desiderat. quæ regula approbatur l. 31. in prin. ff. depositi. cuius uerba uide 5. lib. 39. cap. 8. quæst. 5. reg. 8.

III. Regula: Bona fides exigit, ut quod conuenit fiat. quæ regula approbatur l. 21. ff. locati et conducti. cuius uerba uide 5. lib. 41. cap. 1. quæst. 5. exc. 1. repl. 1. dupl. 2. Concordat l. 1. in prin. ff. de pactis. cuius uerba uide 5. lib. 37. cap. 5. in prin.

IIII. Regula: Bonæ fidei contraria est fraudi & dolo. quæ regula approbatur l. 3. §. fin. ff. pro socio. cuius uerba uide 5. lib. 45. cap. 10. quæst. 3. except. 4. Cõcordat l. 25. ibi: excepto eo. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide 5. lib. 38. cap. 3. except. 8. repl. 1.

V. Regula: Graue est fidem fallere. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. de constituta pecunia. cuius uerba uide 5. lib. 45. cap. 3. quæst. 1.

VI. Regula proponitur l. 57. ff. de reg. iuris, hisce uerbis: Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

VII. Regula proponitur l. 178. ff. eod. tit. his uerbis: Bona fides tantundem posſidenti præstat, quantum ueritas, quoties lex impedimento non est.

VIII. Regula: Bonæ fidei non congruit, de apicibus iuris disputare. quæ regula approbatur l. 29. §. quedam. ff. mandati. cuius uerba uide 5. lib. 45. cap. 4. quæst. 1. except. 7. repl. 2.

## Bonæ fidei iudicia.

*Horum regulas & propria uide s. lib. 36. cap. 4. quæst. 2. diuis. 7.*

## C

## Capere.

*I. Regula: De differentia inter uerbum Capere & Accipere uide s. cap. prox. in uerbo Accipere.*

*II. Regula: Non uidetur quisquam id capere, quod ei restituere necesse habet. quæ regula approbatur l. 51. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide s. lib. 38. cap. 5. except. 36. repl. 2.*

*III. Regula: Non uidetur perfectè cuiusq; id esse, quod ex casu auferri potest. quæ regula approbatur ijsdem uerbis l. 181. in fine. ff. d. tt.*

*IIII. Regula: Si quis obligatione liberatus sit, potest uideri accepisse. quæ regula approbatur ijsdem uerbis l. 115. in prin. ff. de reg. iuris. cuius exẽpla uide s. lib. 36. cap. 13. quæst. 6. reg. 1. itẽ lib. 48. cap. 8. repl. 8.*

*V. Regula proponitur d. l. 115. in fin. his uerbis:* Nõ potest uideri accepisse, qui stipulatus potest exceptione submoueri. *Concordant ea quæ proposita sunt s. lib. 48. cap. 1. quæst. 12. reg. 1. itẽ cap. 14. quæst. 4. except. 6.*

## Casus fortuitus.

*Fortuitos casus nullũ humanũ consiliũ prouidere potest. quæ regula approbatur l. 2. §. si eo tẽpore. ff. de administr. rerũ ad ciuitates pertinent. cuius uerba uide s. lib. 13. cap. 7. quæst. 1. caussa 2. Cõcordãt ea quæ proponuntur s. lib. 36 cap. 8. except. 2. repl. 2. dupl. 3.*

## Cauillatio.

*Proprium cauillationis proponitur l. 65. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide s. cap. prox. in uerbo Cauillatio.*

## Caussæ cognitio.

*I. Regula proponitur l. 105. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Vbicunq; caussæ cognitio est, ibi Prætor desideratur. *Concordant ea quæ proponuntur s. lib. 2. cap. 4. quæst. 1. §. porrò quæ imperij. item cap. 11. quæst. 3. reg. 1.*

*II. Regula proponitur l. 72. ff. d. tt. his uerbis:* Omnia quæcũq; caussæ cognitionẽ desiderãt, p libellũ expediri nõ possũt. *Cõcordat l. 9. §. 1. ff. de officio pcõsulis. cuius uerba uide d. ca. 4. in fine.*

## Cautio.

*Huius loci regula proponitur l. 25. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Plus cautionis in rem est, quàm in personam.

## Ciues Romani.

*De his regula proponitur l. 17. ff. de statu hominũ. cuius uerba uide s. cap. prox. in uerbo Ciues Romani.*

## Ciuitas.

*Ciuitates priuatorum loco habentur. quæ regula approbatur l. 16. in fine ff. de uerb. signif. cuius uerba uide s. cap. prox. in uerbo Publicanus.*

## Commoda.

*I. Regula proponitur l. 10. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Secundũ naturã est, cõmoda cuiusq; rei consequi eũ quem sequuntur incõmoda. *Concordat Inst. de contrah. empt. §. sed & si post emptio. cuius uerba uide s. lib. 41. cap. 2. in prin.*

*II. Regula: Onus ad eum pertinet, qui commodũ percepit. quæ regula approbatur l. 55. in fine. ff. pro socio. cuius uerba uide s. lib. 43. cap. 11. quæst. 2. caussa 3. except. 5. repl. 2. Concordat l. unica. §. pro secundo, in fine. C. de caducis toll. cuius uerba uide s. lib. 32. cap 8. caussa 42. except. 2. in prin.*

*III. Regula: Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. De qua regula uide s. lib. 36. cap. 6. reg. 4. except. 9.*

## Communio.

*I. Regula: Communio discordiæ mater est. quæ regula approbatur l. 79. §. dulcissimis, in fine. ff. de leg. 2. cuius uerba uide s. lib. 33. cap. 4. de eo quod superest legato, reg. 4.*

*II. Regula: Nemo inuitus compellitur ad communionem. quæ regula approbatur l. 26. §. si centum ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 6. quæst. 5. reg. 2. except. 2.*

## Confessio.

*I. Regula proponitur l. 184. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Qui tacet, nõ utiq; fatetur: sed tamẽ uerum est, eum non negare. *De hac regula uide plura in libello meo de Litis contestatione.*

*II. Regula: Nullæ partes iudicis in confitentes sunt. quæ regula approbatur l. 25 §. fin. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide s. lib. 7. cap. 5. de confessis, quæstion. 7. regul. 1.*

## Consensus & dissensus.

*I. Regula: Nihil consensui tam contrariũ, quàm uis atq; metus. quæ regula approbatur l. 116. in prin. ff. de reg iuris. cuius uerba uide s. lib. 37. cap. 3. except. 16.*

*II. Regula: Non uidentur consentire, qui errant. quæ regula approbatur d. l. 116. §. fin. cuius uerba uide s. lib. 36. cap. 3. except. 14. repl. 1.*

*III. Regula: Qui tacet, consentire uidetur. quæ regula approbatur l. 13. §. fin. ff. locati & conducti. cuius uerba uide s. lib. 40. cap. 4. caussa 12. except. 1.*

*IIII. Regula proponitur l. 110. in prin. ff. de reg. iuris, hisce uerbis:* Aliud est uendere, aliud est uendenti consentire.

*V. Regula: Naturalis est hominum ad dissentiendum facilitas. quæ regula approbatur l. 17. §. principaliter. ff. de receptis arbitris. cuius uerba uide s. lib. 9. cap. 2. except. 14.*

## Consuetudo.

*Tolerabilia sunt, quæ uetus consuetudo comprobat. quæ regula approbatur l. 13. in fine. ff. de pollicitationibus. cuius uerba uide s. lib. 11. cap. 8. quæst. 4. regul. 2.*

## Culpa.

*I. Regula proponitur l. 36 ff. de reg iuris, hisce uerbis:* Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

*II. Regula proponitur l. 50. ff. eod. tt. his uerbis:* Culpa caret qui scit, sed prohibere non potest. *Concordat l. 109. ff. eod. tt. his uerbis:* Nullum crimen patitur is qui non prohibet, cũ prohibere non possit.

III. Regula

*III.Regula proponitur l.131.ff.eod.tt. his uerbis:* Eius nulla culpa est, cui parêre necesse sit.

IIII.Regula: *Lata culpa dolus est. quæ regula approbatur l.29. in prin. ibi: dissoluta enim. ff. mandati. cuius uerba uide ĩ. lib. 45. cap. 4. quæst. 1. except 7. in prin* Concordat *l. antepenult. ff. depositi. cuius uerba cum alijs concordantibus, simul & huius regulæ declaratione uide ĩ. lib. 16. cap. 3. except. 8. repl. 1. dupl. 1. tripl. 3.* Plures *huiusmodi regulas & culpæ species uide d. repl. 2. dupl. 5. tripl. 2. cum sequentibus. item lib. 39. cap. 5. quæst. 1. except. 3.*

D

Damnare & absoluere.

I.Regula *proponitur l.17. ff. de reg. iuris, bisce uerbis:* Nemo qui condemnare non potest, absoluere potest. *Concordant ea quæ proponuntur ĩ. lib. 8. cap. 3. except. 11. repl. 1.*

II. Regula: *Inaudita caussa quenquam damnari, æquitatis ratio non patitur. quæ regula approbatur ijsdem uerbis l.1. in prin. ff. de requirẽdis reis. cuius reliqua uerba uide ĩ. lib. 1. cap. 6. actu 1. in prin.*

III.Regula *proponitur l.5. in prin. ff. de pœnis, bisce uerbis:* Satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem dãnari.

Dare & datum.

*Huius proponitur regula l.127. in prin. ff. de reg. iuris, bisce uerbis:* Non uidentur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiũt. *Cõcordant ea quæ proponũtur ĩ. lib. 18. cap. 8. reg. 11.*

Defendere.

I. Regula: *Inuitus nemo rem cogitur defendere. quæ regula approbatur l.198. in prin ff. de reg. iuris. cuius uerba cum concordantibus uide ĩ. lib. 47. cap. 2. quæst. 2. except. 16.*

II. Regula: *Aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. quæ regula approbatur l.4. in prin. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ĩ. lib. 4. cap. 4. quæst. 1. except. 3.*

III.Regula: *Vim ui repellere licet. quæ regula approbatur l.45. §. qui cum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. lib. 46. cap. 10. quæst. 5. caussa 2. except. 2.*

IIII.Regula: *Defendi uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum est. quæ regula approbatur Inst. de iniurijs. §. patitur. ibi: contra autem. cuius uerba cum concordantibus uide ĩ. lib. 46. cap. 15. reg. 9.*

V. Regula: *Nemo alienæ rei defensor idoneus uidetur sine satisdatione. quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur ĩ. lib. 5. cap. 6. quæst. 4. except. 1. in fine, dupl. 3. item lib. 6. cap. 10. quæst. 2. reg. 2. item lib. e. cap. 6. quæst. 3. except. 4. repl. 2.*

Desinere.

*Huius loci regula proponitur l.208. ff. de reg. iuris, bisce uerbis:* Non potest uideri desijsse habere, qui nunquam habuit. *Concordat l.94. in prin. ff. de condit. & demonstrat. his uerbis:* Desijsse non uidetur, quod nec incœpit. *Exemplum huius proponitur d.l.94. in prin. cuius uerba uide ĩ. lib. 34. cap. 5. quæst. 3. except. 14.*

Dignitas.

*Ex conuersatione æquali contemptus dignitatis nascitur. quæ regula approbatur l.19. in prin. ff. de officio præsidis. cuius uerba uide ĩ. lib. 2. cap. 16. quæst. 5. reg. 2.*

Diligentia.

*Inter insolentiam iniuriosam, & diligentiam non ambitiosam multũ interest. quæ regula approbatur l. 53. ff. de usuris. cuius uerba uide ĩ. lib. 12. cap. 15. reg. 3.*

Dolus & decipere.

I.Regula *proponitur l.116. §. penult. ff. de reg. iuris, bisce uerbis:* Non capitur, qui ius publicum sequitur. *Concordat l.5. C. de in integr. restit. minor. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 4. quæst. 4. except. 18.*

II. Regula: *Nemo uidetur fraudare eos qui sciunt & consentiunt. Quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur ĩ. lib. 16. cap. 5. except. 14.*

LIB.X. *DE re ecclesiastica & religionis tractatur lib. 10. Digestorum meorum: primùm quidem de personis ecclesiasticis, hinc de rebus, tertiò de actibus ecclesiasticis & hæreticis, postremò de quibusdam ecclesiæ speciebus. Personæ ecclesiasticæ sunt: Clerici & monachi, de quibus in genere quidem tractatur cap.1.cum duobus capitibus sequentibus: in specie uerò cap.4.cum tribus capitibus sequentibus. In generali tractatu agitur primùm de ordinatione clericorum & monachorum, capite 1. hinc de officijs clericorũ & monachorũ, quibus nõ præstitis dignitatem suam amittunt, cap.2. postremò de priuilegijs & rebus clericorum ac monachorum priuatis, cap.3. In speciali tractatu agitur primùm de episcopis, & quidem de ordinatione illorum, cap. 4. de officijs illorum, cap.5. de priuilegijs deniq; illorum, cap.6. hinc de presbyteris, diaconis, lectoribus, abbate, parabolanis et alijs quibusdam personis ecclesiasticis, cap.7. De rebus ecclesiæ tractatur in genere quidem cap.8. in specie uerò: utputa de monasterijs, de templis. de templorum ornamentis, de reliquijs & sepulchris apostolorum & martyrum, de crucibus & signo crucis, cap.9. de priuilegijs ecclesiarum. cap.10. Tertiò proponuntur actus ecclesiastici & religionis, cap.11. Sunt autem huiusmodi actus, fides, sacrificia, missa, sacra mysteria, supplicationes. orationes, baptisma, sacrorũ librorum lectio. & sepultura mortuorum. His subijcitur tractatus de hæreticis. primùm quidem generalis, cap.12. deinde uerò specialis, cap.13. Postremò agitur de quibusdã ecclesiæ speciebus: utputa de orphanotrophijs, xenodochijs & similibus collegijs, cap.14.*

## DE IVRE IMPERATORIS & fisci, nec non de re militari. Cap.VI.

LIB.XI. *POst iura ecclesiastica sequuntur iura Imperatoris & fisci, nec non rei militaris, libro XI. Digestorum meorum. Et quidem in iure Imperatoris & fisci explicando primùm agitur de personis seu ministris Imperatoris & fisci, cap.1. hinc de rebus eorum, cap.2. cum octo capitibus sequentibus. Nam primùm agitur de istis rebus adquirendis sex capitibus. adquiruntur autem res fisco per nunciationem ac delationẽ, de qua cap.2. per actiones, de quib. cap. 3. per censuum ac tributorum indictionẽ, cap.4. eorundem exactionem ac susceptionem, cap.5. atq; transmissionem & transuectionẽ. cap.6. per uectigalium deniq; occasionem & commissa, cap.7. postea agitur de dictis rebus administrandis, locandis & alienandis, cap.8 & 9. postremò de priuilegijs fisci & uectitu Cæsaris, cap.10. In re militari itidem personæ & res considerãdæ sunt. Inter personas militares primũ obtinent locũ magistratus militares: ut sunt magistri militũ, magistri officiorum, duces, &c. de quibus cum suis apparitoribus agitur lib. eod. XI. cap.11. hinc de militibus, cap.12 & 13. De rebus militaribus: utpote de annona militari, de ueste militari, de hospitijs militum & armis, tractatur cap.14.*

## DE IVRE CIVITATVM. Cap.VII.

LIB.XII. *SVperest ultima pars iuris publici, quod complectitur iura ciuitatum, & cõtinetur libro XII. et XIII. Digestorũ meorũ. Diuiditur autẽ & hæc pars in personas, res & actus ciuiles. In personis ciuitatum primũ obtinet locum magistratus municipalis: de quo in genere quidẽ agitur d. lib. XII. cap.1. in prin. Eius aliæ species sunt, prima quidẽ defensores ciuitatum, de quibus d.cap.1. membro 2. Altera species sunt duumuiri, de quib. d.cap.1. in fine. Tertia decuriones & curiales, de quibus agitur cap.2 & 3. Quarta legati ciuitatum, de quibus cum legationis officio tractatur cap.4. Quinta species sunt actores uniuersitatum, de quibus cap.5. hisce accedunt curatores rerumpub. de quibus agitur d.cap.5. in fine. Hinc subijcitur tractatus eorum qui sunt in collegijs & corporibus, primùm quidem generalis, cap.6. deinde specialis: ut de magistris artium liberalium, doctoribus & professoribus, philosophis, medicis, de iuris studiosis, argentarijs, mercatoribus, artificibus, mercenarijs & mendicantibus, cap.7. De rebus itidem partim generaliter tractatur, de ijs scilicet adquirendis, cap.8. itẽ alienandis & locandis, cap.9. ubi etiam de actionib. aduersus ciuitates competentibus disseritur, partim specialiter: ut de operibus publicis, basilica, pretorijs, muris & portis ciuitatũ, de statuis & imaginibus, de aquæductib. & fontib. publicis, cap.10. itẽ de operib. et ædificijs priuatis, cap.11. de re frumentaria ciuitatũ siue annona, cap.12. de agris ciuitatũ, numismate & pecunia publica, de uestitu et ornatu ciuiũ, de armis, de priuilegijs deniq; ciuitatum, seu rebus incorporalibus, cap.13. Actus ciuiles sunt, cõsultatio de publica utilitate, nundinæ, ludi & spectacula, uenationes, conuentus & publicæ ciuium lætitiæ, item feriæ. de quibus omnibus tractatur cap.14.*

LIB.XIII. *Sed & inter actus ciuiles numerari possunt munera & honores, de quibus peculariter tractatur libro XIII. Digestorum meorum. primùm quidem in genere usq; ad cap.8. deinde in specie duobus capitibus postremis. In generali tractatu cõtinentur definitiones, diuisiones & species munerum & honorum, capite nimirũ primo. de muneribus & honorib. iniungendis, deq; nominatione faciẽda, cap.2. de municipibus, cap.3. excusationes à muneribus & immunitates continẽtur cap.4. cum duobus capitibus sequentibus. de actione, quæ ex mala muneris administratione competit, tractatur cap.7. In speciali munerum tractatu agitur primùm quidem de cursu publico, cap.8. hinc de munere nauiculario, cap 9.*

## DE IVRE PRIVATO.
### Cap. VIII.

HActenus partes ac membra iuris publici enumerauimus: nunc eadem ratione de iure priuato dicendum est. Ius autem priuatum, ut diximus, continet leges priuatorum utilitatem principaliter tractantes: quanquam interdum etiam publicæ personæ huiusmodi iure & legibus utantur, & quidem in rebus publicis: utputa cum imperator uel princeps aut ciuitas aliqua emit aliquid, aut uendit: item cum res fisci uel ciuitatis uenditur: ut sunt uectigalia quæ fisco penduntur, item peculia seruorum ciuitatis. Quo casu tam res quàm personæ, quamuis publicæ sint, priuatorum loco habentur: l. 15. cum lege sequente. ff. de uerb. significat. Porrò ius priuatum duplex est: Generale nimirum, & Speciale. Speciale est, quod species iuris tractat: Generale, quod causas iuris generales continet. Species & causas iuris cum dico, appellatione iuris intelligo non artem illam boni & æqui, seu legum collectionem, sed facultatem seu potestatem aliquam in persona uel re nobis à lege concessam. hanc enim potestatem & facultatem ius appellari, exemplo iuris patronatus, patriæ potestatis, tutelæ, itineris, actus, uiæ, usufructus & similium ostenditur. Hæc autem potestas seu facultas aut in personis nobis contingit, aut in rebus. Vnde ius speciale rursus diuiditur in personale & PARS II. reale. Personale ius est, matrimonium, patria potestas, tutela & cura, dominica potestas, & ius patronatus. Quæ iuris species Secunda Digestorum meorum parte tractantur. Reale ius est, dominium, possessio, usufructus, usus, seruitutes, & similia rerum iura: de quibus infrà dicetur post personalis iuris membra exposita.

## DE MATRIMONIO.
### Cap. IX.

LIB. XIIII. MAtrimonij iura, præterquam dotis & antenuptialis donationis, secundum ordinem quatuor temporum distinxi, matrimonij scilicet contrahendi, contracti, dissoluendi & dissoluti. de quibus agitur lib. XIIII. Digestorum meorum. Tempus autem contrahendi matrimonij est, quo uel sponsalia uel nuptiæ fiunt. De sponsalibus agitur cap. 1. de nuptijs cap. 2. cum quatuor capitibus sequentibus. nam d. cap. 2. proponitur nuptiarum definitio, proprium: item iniustarum nuptiarum euentus & pœnæ. Species autem iniustarum nuptiarum, seu aduersus nuptias exceptiones, quæ quidem ex personis contrahentium sumuntur, enumerantur cap. 3. quæ uerò ex alijs circumstantijs desumptæ sunt, enumerantur cap. 4. Et hæc quidem de nuptijs contrahendis in genere. Cum autem nuptiarum aliæ primæ, aliæ secundæ dicantur: de secundis nuptijs specialiter agitur cap. 5. & 6. Hæc de tempore contrahendi matrimonij. Nuptijs uerò ritè & secundum leges contractis, quid uxor uiro, uel contrà uir uxori constante matrimonio debeat, expositum est cap. 7. Causæ autem dissoluendi matrimonij enumerantur cap. 8. quæst. 1. Dissoluti uerò matrimonij iura exposita sunt d. cap. 8. quæst. 2. Hisce accedit species matrimonij cognata, Concubinatus nimirum: de quo tractatur cap. 9.

Præter hæc, matrimonij accidentia sunt dos & antenuptialis donatio: de quibus agitur lib. X V. Digestor. meorum. Nam dotium quidem iura exposita sunt decem capitibus prioribus: antenuptialis uerò donationis iura cap. ultimo. In dotium autem iure exponendo præmisi de pactis dotalibus caput generale primum. hinc de actionibus quæ marito eiusq; LIB. XV. hæredibus dotis occasione competunt, tractaui: de petitione quidem dotis, cap. 2. de actione uerò dote euicta, cap. 3. & de actione exceptioneq; impensarum in dotem factarum, cap. 4. Tertiò actum est de actionibus, quæ uxori eiusúe hæredibus, alijsúe ad quos ea res pertinet, dotis nomine competunt: ut de repetitione dotis, quod scilicet sit eius genus? quod simile? aduersus quos competat? quando & quamdiu detur? quæ sint eius adiuncta, euentus & adfinia remedia? cap. 5. Quæ sint eius causæ, causarumq; exceptiones, enumeraui cap. 6. Quibus ea competat, ostendi cap. 7. Postremò quid ueniat in repetitione, definitum cap. 8. Hinc de actione quæ oritur ex eo, si maritus dolo uel culpa in re dotali sit uersatus, deq; fundi dotalis alienatione dictum cap. 9. Postremò reliqua dotium iura exposita sunt cap. 10. Hæc de matrimonio, primo personarum iure, eiusq; accidentibus sunt acta.

## DE PATRIA POTESTATE, & alio inter parentes & liberos iure. Cap. X.

ALterum ius personarum, patriam uocant potestatem: de quo, & si quid præterea inter parentes & liberos iuris est, tractatum libro LIB. XVI. XVI. Digestor. meorum. primùm quidem quo iure patria potestas introducta sit, quibusq; & in quos competat? cap. 1. deinde quæ sint patriæ potestatis, aliaue inter parentes & liberos iura, d. cap. 1. quæst. 5. cum duobus capitibus sequentibus. Inter hæc autem iura enumeratur, quòd parentib. per liberos, quos habent in potestate, adquiratur: de quo cap. 2. differitur. Ex hoc autem adquisitionis iure excipitur castrense & quasi castrense peculium, de quo subijcitur cap. 3. Sed & uniuersa ferè patriæ potestatis iura distinctionem recipiunt in liberis naturalibus siue illegitimis: ideoq; de ijs sequitur cap. 4. Postremò causæ patriæ potestatis exponuntur tum efficientes, tum corrumpentes. Efficientes quidem cum actionibus, alijsq; iuris remedijs, quibus quis filius alicuius dicitur uel negatur, cap. 5. cum tribus capitibus sequentibus. Corrumpentes uerò, seu illæ quibus patria potestas soluitur, cap. 9.

## DE TVTELA ET CVRA.
### Cap. XI.

DE tertio personarum iure, hoc est tutela, item de quarto, hoc est de cura, coniunctim tractatur lib. XVII. & XVIII. Digestorum meorũ. Primùm autem descriptio quædam generalis tutelæ LIB. XVII. & curæ continetur d. lib. 17. cap. 1. hinc causæ tu-

telæ & curæ efficientes seu species enumerantur ac describuntur cap. 2. cum tribus capitibus sequentibus. nam d. cap. 2. agitur de tutela testamentaria: hinc de legitima, cap. 3. Post hanc de ea quæ à magistratu constituitur, & datiua uocatur, cap. 4. Quibus subijcitur cap 5. de tutore & curatore petendo. Hæc de causis tutelæ & curæ efficientibus. Tertio loco enumerantur causæ corrumpentes, seu modi quibus tutela & cura finitur. Inter quas primum obtinet locum excusatio tutorum & curatorum, de qua cap. 6. alterum, postulatio ac remotio suspecti, de qua cap. 7. hisce subijciuntur reliqui finiendæ tutelæ & curæ modi, cap. 8. Posthæc specialis tractatus additur cap. 9. de curatore bonorum.

LIB. XVIII. Postremò de officijs tutorum, nec non de actionibus ex tutela competentibus agitur peculiari libro XVIII. primùm quidem de officijs tutorum, cap. 1. cum septem capitibus sequentibus. Nam tutorum officia triplicia sunt: alia ante susceptam tutelam: ut satisdatio rem pupilli saluam fore, cap. 1. & inuentarij confectio, cap. 2. Alia post susceptam tutelam, de quibus cap. 3. agitur. Ad huius generis officia pertinet etiam pupilli alendi & educandi cura, de qua cap. 4. itē officiū in propria causa contra pupillum uel contutorem, de quo cap. 5. item officium in rebus minorum alienandis, de quo cap. 6. itē in authoritate ei quod gerit pupillus accommodanda, de quo cap. 7. Alia deniq; sunt tutorū officia post finitam tutelam, quæ continentur cap. 8. Post officia tutorum exposita sequitur altera eius libri pars, de actionibus occasione tutelæ competentibus: quarum aliæ ei cuius tutela gesta est, competunt aduersus tutorem: aliæ contrà tutori aduersus eum cuius tutela est gesta. Prioris generis est tutelæ actio directa, cuius causæ causarumq; exceptiones enumerantur cap. 9. Reliqua eius actionis iura proponuntur cap. 10. Item prioris generis actio est de rationibus distrahendis, de qua cap. 11. item ex stipulatu rem pupilli saluam fore, de qua cap. 12. quarum omnium adfine remedium est actio subsidiaria aduersus magistratum, de qua cap. 13. Posterioris generis est actio tutelæ cōtraria, de qua tractatur cap. 14.

DE DOMINICA POTESTATE, & iure seruorum. Cap. XII.

Quintum ius personarum diximus esse potestatem dominicam, qua quis dominio alicuius contra naturam subijcitur, & appellatur
LIB. XIX. aliâs Seruitus: cuius iura proposita sunt lib. XIX. Digestor. meorum. In quo primùm quidem agitur de seruis in genere, undecim capitibus prioribus: hinc in specie, tribus capitibus posterioribus. Generalis tractatus continet primùm quidem propria dominicæ potestatis iura, cum definitione seruitutis, cap. 1. ad hæc iura pertinet etiam peculium seruorum, de quo cap. 2. Deinde continet etiam causas seu modos, quibus dominica potestas adquiritur, & seruitus constituitur, cap. 3. Tertiò causas seu modos, quibus dominica potestas amittitur, & libertas seruo adquiritur, cap. 4. quibus annumeratur etiam manumißio: de qua tractatur cap. 5. cum duobus capitibus sequentib. Nam cum uariæ sint aduersus manumißionem exceptiones, desumptæ partim ex ijs quæ manumißioni insunt, partim ex ijs quæ manumißionem sequuntur: & prioris generis exceptiones sumantur partim ex persona manumissoris, partim ex persona manumißi uel manumittendi, partim deniq; ex alijs manumißionis circumstantijs: exceptiones ex persona manumissoris desumptæ proponuntur d. cap. 5. ex persona manumißi uel manumittendi desumptæ proponuntur cap. 6. reliquæ deniq; desumptæ ex ijs quæ manumißioni insunt, cap. 7. Posterioris uerò generis exceptiones, desumptæ ex ijs quæ manumißionem sequuntur, enumerantur cap. 8. Sed huius posterioris generis exceptiones etiam sunt desumptæ ex defectu conditionis, sub qua libertas est relicta: de quibus cap. 9. Hæc quidem de causis seu modis, quibus dominica potestas amittitur, & libertas seruo contingit. Quartò continentur in generali tractatu actiones, quibus quis seruus alicuius dicitur uel negatur, cap. 10. cum sequente. In speciali tractatu primùm agitur de seruis fugitiuis, cap. 12. hinc de statuliberis, cap. 13. Postremò de agricolis & colonis, cap. 14.

DE IVRE PATRONATUS, & libertinitatis. Cap. XIII.

Sextum ius personarum, quod patronatus & LIB.
libertinitatis appellant, describitur lib. XX. Di- XX.
gestor. meorum: primùm quidem in genere, tribus capitibus prioribus: hinc in specie, reliqua libri parte. Generalis tractatus continet definitionem & diuisiones libertorum, item causas ex quibus ius patronatus adquiritur, item personas eorum quibus & in quos idem ius competat, cap. 1. hinc causas ex quibus ius patronatus amittitur, & libertus fit ingenuus, cap. 2. Tertiò actionem præiudicialem, qua quæritur utrum quis libertus sit, an ingenuus. cap. 3. Specialis tractatus continet propria iuris patronatus, seu species, cap. 4. Sed huius generis est ius accusandi libertum ut ingratum, de quo cap. 5. item actio operarum, cap. 6. item succeßio patroni in bona liberti defuncti, cap. 7. cuius species est contra tabulas bonorum poßeßio Vnde patroni: de qua cap. 8. Sed & occasione succeßionis Fauiana & Caluisiana patrono competit actio: de qua tractatur cap. 9. Hactenus de iure personarum.

DE RERVM DOMINIO. Cap. XIIII.

In rebus (ut s. dixi) habemus dominium, posses- PARS III.
sionem, usumfructum, usum, seruitutes prædiorum, & similia iura, quæ in Tertia Digestorum meorum parte continentur. Et dominij quidem iura LIB.
exposita sunt lib. XXI. Vbi primùm de ipso domi- XXI.
nio agitur tum adquirendo, tum amittendo: hinc de actionibus, quæ pro dominio & quasi dominio uindicando competunt. De adquirendo dominio primùm enumerantur ac describūtur causæ seu modi tā naturales quàm ciuiles, quib. illud adqritur, cap. 1. deinde

inde personæ, per quas adquiratur, cap. 2. Tertiò personæ, quibus adquiratur: & quartò quid, quale & quantum adquiratur, cap. 3. De amittendo dominio agitur cap. 4. Inter actiones, quibus rem occasione dominij persequimur, primum obtinet locum rei uendicatio: cuius causæ, causarumq; exceptiones enumerantur cap. 5. Personæ quibus & aduersus quas, item ubi & apud quem iudicem competat, proponuntur cap. 6. Res quæ in eam ueniant, definiuntur cap. 7. Antecedentia eius, adiuncta & consequentia enumerantur cap. 8. & adfinia eius remedia cap. 9. Hæc quidem de rei uendicatione, quam sequitur ad exhibendum actio, cap. 10. Postremò, quæ ex quasi dominio competit, LIB. XXII. Publiciana, cap. 11. Sed & inter causas adquirendi dominij numeratur usucapio, de qua peculiariter tractatur lib. XXII. primùm quidem in genere, quinq; capitibus prioribus: deinde in specie, cap. 6. Primum autem proponuntur usucapionis definitio, ratio & effectus, item quid quantumq; usucapione adquiratur? cap. 1. Hinc quatuor capitibus exceptiones aduersus eam generaliores enumerantur, desumptæ partim ex persona possessoris, partim ex persona eius à quo, item eius per quem possidetur, de quibus cap. 2. partim ex re possessa, de quibus cap. 3. partim ex causa possessionis, de quibus cap. 4. partim denique ex alijs possessionis circumstantijs, cum accessionum & interruptionum tractatu, cap. 5. hinc (ut dixi) speciales exceptiones, specialisq; usucapionis tractatus subijcitur cap. 6. Hæc de dominio.

DE POSSESSIONE.
Cap. XV.

LIB. XXIII. De possessione, altero uidelicet rerum iure, agitur lib. XXIII. Digestorum meorum, primùm quidem de ipsa possessione: hinc de interdictis & actionibus, quæ pro persequenda & defendenda possessione competunt. De ipsa possessione primùm quidem definitiones ac diuisiones eius proponuntur cap. 1. hinc de adquirenda possessione, causæ ex quibus adquiratur, cum suis exceptionibus, cap. 2. item quibus & per quos adquiratur possessio, nec non quid & quantum adquiratur, cap. 3. De amittenda deniq; possessione agitur cap. 4. De interdictis & actionibus, quæ pro persequenda & defendenda possessione competunt, tractatur primùm quidem in genere, cap. 5. hinc in specie, & primùm de ijs quæ pro adipiscenda possessione competunt: ut est interdictum Quorum legatorum, de quo cap. 6. interdictum Quorum bonorum, de quo lib. 32. cap. 11. item interdictum, Ne uis fiat ei qui in possessionem missus erit: de quo lib. 23. cap. 7. Hinc de ijs quæ pro retinenda possessione competunt: ut est interdictum Vti possidetis, de quo d. lib. 23. cap. 8. Interdictum de superficiebus, de quo cap. 9. & interdictum Vtrubi, de quo cap. 10. Postremò de ijs quæ pro recuperanda possessione competunt: ut est interdictum Vnde ui, de quo cap. 11. interdictum Quod ui aut clam, de quo cap. 12. & interdictum de precario, de quo cap. 13. Hæc de possessione, altero rerum iure.

DE VSVFRVCTV, VSV, HAbitatione, & operis seruorum.
Cap. XVI.

Tertium ius quod in rebus habemus, usufructus est, de quo libro XXIIII. Digestor. meorum tractatur, primùm quidem de constituendo & adquirendo usufructu, cap. 1. hinc de eo amittendo, cap. 2. Tertiò de usufructu adcrescendo & consolidando. cap. 3. Quartò de actione quæ pro usufructu persequendo datur, tam personali quàm in rem confessoria, cap. 4. Quintò de iure usufructuarij, cap. 5. & de cautiõe ab usufructuario præstãda, cap. 6. Postremò de iure & actionibus proprietarij, & de actione in rem negatoria, cap. 7. Hæc de usufructu. LIB. XXIIII.

Quartum ius, quod in rebus habemus, sunt usus et habitatio, quibus non absimiles sunt operæ seruorum: de quibus omnibus tractatur d. libro 24. capite 8.

DE SERVITVTIBVS PRAEdiorum. Cap. XVII.

Quintum ius quod in rebus habemus, sunt seruitutes prædiorum, de quibus lib. XXV. Digestor. meorum agitur, primùm quidem generaliter in quatuor capitibus prioribus: postea uerò specialiter, in reliquis capitibus. Generalis tractatus continet primùm quidem distinctionem significatorum, nominis rationem & propria seruitutis prædiorum, cap. 1. Hinc tractat de constituenda & adquirenda seruitute, cap. 2. Tertiò de seruitute amittenda, cap. 3. Quartò de actione seruitutum in rem tam confessoria quàm negatoria, cap. 4. In speciali tractatu agitur primùm de seruitutibus urbanorum prædiorum, cap. 5. Hinc de seruitutibus prædiorum rusticorum, cuiusmodi species enumerantur cap. 6. Inter quas sunt etiam iter, actus & uia, de quibus peculiariter agitur cap. 7. deq; interdictis earum, cap. 8 & 9. Item inter eas etiam numeratur aquæductus, de quo cap. 10. deq; eius interdictis. cap. 11. item numeratur aquæhaustus, de quo cap. 12. Postremò ius cloacæ immittendæ, de cuius interdicto agitur cap. 13. LIB. XXV.

DE RELIQVO RERVM IVre, & actionibus omni rerum iuri communibus. Cap. XVIII.

Præter iura rerum hactenus enumerata, sunt & alia rerum iura pro rerum diuersitate, quæ exponuntur libro XXVI. Digestor. meorum, præmißis aliquot rerum diuisionibus cap. 1. hinc primùm dicitur de rebus sacris, sanctis & religiosis, cap. 2. In rebus autem religiosis habemus ius inferendi mortuum & sepeliendi, de quo cap. 3. item ius sepulchri ædificandi & reficiendi, de quo cap. 4. nec non sepulchri uiolati actionem, de qua tractatur cap. 5. Posthæc sequitur de rebus omnium com- LIB. XXVI.

munibus

munibus & publicis, cap. 6. nec non de interdictis & actionibus, quæ pro iis competunt, cap. 7. cum quinq; capitibus sequentibus. Postremò tractatur de rebus priuatis, tam proprijs quàm communibus & alienis, cap. 13. cum capite sequente.

LIB. XXVII. Ex his quàm uaria sint rerum iura, item quæ sint cuiusq; iuris defendendi actiones speciales ac propriæ, constat. sunt tamen quædam actiones generales & communes omni rerum iuri defendendo, quæ tractantur libro XXVII. Digestor. meorum. Primum genus harum actionum nascitur ex operis noui nunciatione: alterum oritur occasione damni infecti: tertium genus continet aquæ pluuiæ arcendæ actionem. Primum itaq; actum de ipsa operis noui nunciatione, cap. 1. hinc de quinque actionibus inde descendentibus, cap. 2. tertiò de actione damni infecti ad cautionem præstandam, cap. 3. qua quidem non præstita, mißio fit in possessionem damni infecti nomine, cap. 4. Quo casu si missus non admittatur, actio nascitur, de qua cap. 5. Præstita autem dicta cautione, ex stipulatu actio datur damno accepto, de qua cap. 6. Postremò tractatur de aquæ pluuiæ arcendæ actione, cap. 7. Et hæc quidem tam de personarum quàm rerum iure sunt tractata: quibus absolutis, finitur specialis pars iuris priuati.

## DE HAEREDITATE ET BOnorum possessione ex testamento. Cap. XIX.

Sequitur altera pars iuris priuati, quam dixi generalem uocari, quòd causas iuris generales contineat. Causarum autem aliæ sunt iuris adquirendi, aliæ retinendi, aliæ amittendi, aliæ deniq; amißi recuperandi. Primi generis causæ duplices sunt, lucratiuæ nimirum & onerosæ. Lucratiuæ iuris adquirendi causa sunt succeßiones uniuersales tam ex testamento, quàm ab intestato, legata & fideicommissa, donationes item tam inter uiuos quàm

PARS IIII. mortis causa facta. de quibus causis iuris lucratiuis ordine tractatur in Quarta Digestorum meorum parte, & primùm quidem de succeßionibus uniuersalibus, tribus libris prioribus, nimirum lib.

LIB. XXVIII. XXVIII. lib. XXIX. & lib. XXX. Cum autem succeßio uel ex testamento competat, uel ab intestato: de succeßione ex testamento actum est d. lib. XXVIII. præmißis duobus capitibus generalibus, primo quidem de hereditate, altero uerò de bonorum possesßione. Quid autem & quotuplex testamentum sit? nec non quæ sint eius partes, quod proprium, quæ accidentia? definitur cap. 3. Accidunt autem tabulis testamenti etiam duæ actiones: una de testamenti tabulis aperiendis, inspiciendis & describendis, de qua tractatur cap. 4. altera de testamenti tabulis exhibendis, de qua cap. 5. Sed & accidunt testamentis exceptiones, quibus ea eliduntur. Hæ duplices sunt: aliæ siquidem desumptæ sunt ex iis quæ testamenti factioni insunt, testamentumq; faciunt iniustum: aliæ uerò ex iis quæ testamenti factionem sequuntur, faciuntq; testamentum ruptum aut irritum. Prioris generis exceptiones sumuntur ex persona testatoris, quæ enumerantur cap. 6. cuius generis etiam exceptio est, si filiusfamiliâs testamentum fecerit: de qua cap. 7. item sumuntur ex personis testium, de quibus agitur cap. 8. item ex causa & adiunctis seu actibus testamentarijs, nec non ex testamenti uerbis: de quibus cap. 9. Quibus annumerantur etiam exceptiones desumptæ ex subscriptionibus & signaculis testamenti, de quibus cap. 10. ex heredum institutione, cap. 11 & 12. ex substitutione partim uulgari, cap. 13. partim pupillari, cap. 14. ex præteritione liberorum & parentum, cap. 15. deniq; ex liberorum & parentum exheredatione, cap. 16. Quæ omnis generis exceptiones recipiunt quasdam replicationes communes, cap. 17. inter quas numeratur etiam testamentum militis, cap. 18. Posterioris generis exceptiones, hoc est, eæ quæ sumuntur ex consequentibus testamenti factionem, enumerantur cap. 19. Cuius generis exceptiones sunt etiam eæ quæ sumuntur ex adgnatione posthumi & quasi posthumi, cap. 20. item exceptiones mutatæ uoluntatis & testamenti posterioris, cap. 21. Hactenus, an ex testamento hereditas competat? discussum est. Quibus autem ex testamento hereditas competat? definitur cap. 22. Quid quantumq; hereditatis cuique ex testamento competat? definitur cap. 23. ad quam quæstionem pertinent etiam regulæ de iure adcrescendi, cap. 24. Postremò de codicillis tanquam testamenti partibus agitur cap. 25. Quando autem ex testamento hereditas competat seu deferatur, definitur libro 29. cap. 15.

## DE HAEREDITATIBVS ET bonorum possessionibus ab intestato. Cap. XX.

Post hereditatem & bonorum possesßionem ex testamento, sequitur ea quæ defertur ab intestato: de qua tractatur libro XXIX. Digestor. LIB. XXIX.
meorum. Et primùm quidem enumerantur causæ, ex quibus ab intestato hereditas debeatur, cum suis exceptionibus, cap. 1. hinc quibus ab intestato hereditas debeatur, definitur cap. 2. cum undecim capitibus sequentibus. Tertiò quæritur, quid quantumq; hereditatis ab intestato cuique competat? cap. 14. Postremò, quando & quo iure hereditas deferatur? cap. 15. In secunda quæstione definienda, hoc est, Quibus ab intestato hereditas debeatur? primùm agitur de succeßione liberorum, d. cap. 2. ad quam pertinet Senatusconsultum Orphitianum, quo liberi defunctæ matri ab intestato succedunt, de quo cap. 3. item edictum Prætoris de coniungendis cum emancipato liberis, de quo cap. 4. Secundò agitur de succeßione parentum, cap. 5. Tertiò de succeßione collateralium adgnatorum & cognatorum, cap. 6. Harum

trium

*trium successionum exceptiones generales subijciuntur cap. 7. hinc earundem successionum declarandarum gratia subijcitur de cognatis & adfinibus digreßio, cap. 8. cum duobus sequentibus capp. Quartò agitur de succeßione mariti & uxoris, cap. 11. Quintò de reliquorum succeßione, cap. 12. Harum succeßionum omnium exceptiones generales siue communes subijciuntur cap. 13.*

DE OFFICIIS HAEREDVM post hæceditatem delatam: nec non de actionibus quæ pro hæreditate persequenda competunt. Cap. XXI.

LIB. XXX.

*CVm de hereditate primùm ex testamento, postea ab intestato competente specialiter dictum esset: postea subijcitur hereditatum generalis tractatus, qui complectitur primùm quidem officia heredum post delatam hereditatem, libro XXX. Digestor. meorum: deinde uerò actiones quæ pro hereditate persequenda competunt, libro XXXI. Officia autem heredum consistunt in iure deliberandi & inuentario conscribendo, de quib. tractatur d. lib. 30. cap. 1. item consistunt in adeunda uel agnoscenda hereditate, de quo cap. 2. in repudianda hereditate, cap. 3. in collatione tum bonorum, cap. 4. tum dotis & antenuptialis donationis, cap. 5. in uendicanda deniq; morte defuncti, & quæstione de familia necati habenda, supplicioq; sumendo, cap. 6.*

LIB. XXXI.

*De actionibus quæ pro hereditate persequenda competunt, tractatur (ut dixi) libro XXXI. Digestor. meorum. Harum prima est, petitio hereditatis. Cuius actionis cap. 1. proponuntur genus, species, propria, causa. item definitur, Quibus ea competat? ubi & apud quem competat? quando & quamdiu competat? adiuncta, euentus & adfinia remedia. Hinc aduersus quos competat, definitur cap. 2. Quid & quantum in ea ueniat petendum, definitur cap. 3. Altera actio est, Querela inofficiosi testamenti; cuius ratio & causa cum suis exceptionibus proponitur cap. 4. Inter exceptiones autem eius numeratur & hæc: Nisi actori legitima in testamento sit relicta. de qua peculiariter agitur cap. 5. Hinc quibus inofficiosi querela competat? item aduersus quos? apud quem? & quibus præsentibus? nec non quid in ea ueniat? quando & quamdiu competat? quæ sint eius adiuncta? qui euentus? quæq; adfinia remedia? definitur cap. 6. Tertia actione agitur ad supplendam legitimam, de qua cap. 7. Quarta actio est contra tabulas bonorum poßeßionis petitio, de qua cap. 8. Quinta de uentre in poßeßionem mittendo, cap. 9. Sexta ex Carboniano edicto proficiscitur, de qua cap. 10. Septima est interdictum Quorum bonorum, de quo cap. 11. Octaua est condictio ex l. 3. C. de edicto diui Hadriani tollendo: de qua cap. 12. Hæc de succeßionibus uniuersalibus.*

DE LEGATIS ET FIDEIcommissis. Cap. XXII.

*ALtera iuris adquirendi causa lucratiua consistit in legatis & fideicommißis, de quibus tractatur libro XXXII. Digestor. meorum, cum duobus libris sequentibus. Nam primùm quidem de legatis & fideicommißis in genere tractatur: deinde in specie. In generali tractatu agitur primùm quidem de ipsis legatis & fideicommißis d. lib. XXXII. hinc de actionibus quæ pro legatis & fideicommißis persequendis competunt, libro XXXIII. Specialis legatorum & fideicommissorum tractatus continetur lib. XXXIIII. De ipsis igitur legatis & fideicommißis habentur hi loci: Primò definitio, hinc differentiæ legatorum & fideicommissorum, tertiò species cognatæ, quartò diuisio, quintò de numero legatorum: quæ omnia tractantur d. lib. 32. cap. 1. sextò effectus legatorum & fideicommissorum enumerantur cap 2. septimò exceptiones eorundem, cap. 3. cum quatuor capitibus sequentibus. Nam exceptionum aliæ sumuntur ex persona ipsius testatoris legantis, aliæ ex persona ipsius legatarij: quæ duo genera proponuntur d. cap. 3. aliæ sumuntur ex persona eius à quo legatum relictum est, de quibus cap. 4. aliæ ex re legata, de quibus cap. 5. aliæ ex alijs circumstantijs, de quibus cap. 6. tractatur. Postea istarum exceptionum aliquot replicationes generales subijciuntur cap. 7. Post exceptiones octauo loco sequuntur causæ seu modi, quibus legata utiliter relicta euanescunt & amittuntur: de quibus agitur cap. 8. cum quinq; capitibus sequentibus. Nam & harum causarum aliæ consistunt in persona ipsius testatoris legantis, de quibus d. cap. 8. aliæ in persona legatarij, de quibus cap. 9. aliæ in persona eius à quo legatum relictum est, de quibus cap 10. aliæ in re legata, cap. 11. aliæ in alijs circumstantijs, cap. 12. Postremò, ad quos legatum inutile, amissum uel extinctum deuoluatur? quid quantumq; deuoluatur, quiq; sint huius amißionis ac deuolutionis effectus? definitur cap. 13.*

LIB. XXXII.

DE ACTIONIBVS LEGAtorum. Cap. XXIII.

LIB. XXXIII.

*POstquam de ipsis legatis & fideicommißis dictum est, dicitur etiam de actionibus quæ pro ijs persequendis competunt, libro (ut dixi) XXXIII. Digestor. meorum: primùm quidem de actione legatorum generali: de cuius genere & causa, nec non ubi & apud quem, quibusq; competat? tractatur cap. 1. hinc aduersus quos competat? definitur cap. 2. Tertiò, quid ueniat in ea petendum? definitur cap. 3. cum duobus capitibus sequentibus. Quale ueniat petendum? definitur cap. 6. & quantum ueniat? definitur cap. 7. Posthac, quando competat actio legatorum, et quando dies legatorum cedat? definitur cap. 8. Hinc de adiunctis huius actionis, & primùm quidem de cautionibus ab actore præstandis, agitur cap. 9. hinc de reliquis adiunctis & officio iudicis in hac actione, cap. 10. Postremò, quæ de legatis competat actio, quæq; eius adfinia sint remedia?*

definitur

*definitur cap. 11. Est autem huius actionis adfine quoq; remedium actio, quæ ad cautionem agitur præstandam de legato die ueniente soluendo: de qua tractatur cap. 12. et si cautio non præstetur, ut in bonorum hæreditariorum possessionem fiat mißio: de quo cap. 13. Aliud adfine remedium seu actionis legatorum species est, si quis omissa causa testamenti, ab intestato uel alio modo poßideat hæreditatem: de quo cap. 14. item de legatis præstandis, contra tabulas bonorum possessione petita, actio: de qua cap. 15. Et hæc quidem de generali legatorum & fideicommissorum tractatu.*

DE SPECIALI LEGATORVM tractatu. Cap. XXIIII.

LIB. XXXIIII. *SPecialis legatorũ tractatus continetur (ut dixi) lib. XXXIIII. Digestor. meorũ: ubi primum quidẽ proponitur de ea specie, si quis ultra dodrantem bonorum suorum legauerit, de qua lex Falcidia lata est, tractaturq; cap. 1 & 2. hinc sequitur alia species, si hæreditas uel pars eius per fideicommissum sit relicta, cap. 3 & 4. Tertia species est legatum conditionale: ideoq; de conditionibus tractatur, primùm quidem in genere, cap. 5 & 6. deinde in specie, cap. 7. Quarta species est legatum annuum, de quo cap. 8. Quinta alimentorum legatum, cap. 9. Sexta est dos relegata, cap. 10. Septima est optio uel electio legata, cap. 11. Octaua est actio legata, cap. 12. Noua est liberatio legata, cap. 13. Decima species est peculium legatum, cap. 14. Vndecima est legatum familiæ relictum, seu ne alienetur, cap. 15. Postrema est factum legatum, cap. 16. Hæc de legatis & fideicommißis.*

DE DONATIONIBVS. Cap. XXV.

LIB. XXXV. *TErtia causa iuris adquirẽdi lucratiua est donatio, de qua libro XXXV. Digestor. meorũ tractatur, primùm quidẽ in genere, cap. 1. cũ trib. capitib. sequentib. deinde in specie, cap. 5. cũ quinq; capitibus sequentibus. In generali tractatu primùm quidem agitur de ipsa donatione, cap. 1. hinc de actionibus ex ea descendentibus, quæ triplices sunt: aliæ siquidem donatario competunt ad rem donatam tradendam, de quibus cap. 2. aliæ uerò donatori ad rem reuocandam, de quibus cap. 3. aliæ deniq; tertio ad rescindendam donationem: ut est inofficiosæ donationis actio, de qua cap. 4. In speciali tractatu agitur primùm quidem de mortis causa donationibus, cap. 5. cum duobus capitibus sequentibus. hinc de donationibus inter uirum & uxorem, cap. 8 & 9. Tertiò de actione donata, cap. 10. Hæc de caußis iuris adquirendi lucratiuis.*

DE OBLIGATIONIBVS ET actionibus ex contractu descendentibus. Cap. XXVI.

PARS V. *SEquũtur nũc causæ iuris adquirẽdi onerosæ (ut uocant) quales sunt eæ obligationes et actiones, quæ tũ ex contractu, tũ ex maleficio descẽdunt.*

LIB. XXXVI. *De illis in Quinta, de hisce in Sexta Digestorum meorum parte tractatur. Prius tamen obligationum & actionum generalis tractatus præmittitur libro XXXVI. Nam de obligationibus quidem agitur tribus capitibus prioribus, proposita obligationis definitione, nec non de naturali obligatione, cap. 1. hinc diuisionibus & causis obligationum expositis, cap. 2. tertiò exceptionibus aduersus istas causas generalioribus enumeratis, cap. 3. De actionibus autem tractatur cap. 4. cum duodecim capitibus sequentibus. Nã quid & quotuplex sit actio? definitur d. cap. 4. Quibus competat? declaratur cap. 5. Aduersus quos? cap. 6. Per quos, item ubi & apud quem competat? definitur cap. 7. Quid ueniat in actionibus? definitur cap. 8. ad quam quæstionem pertinet etiam locus de usuris, cap. 9 de fructibus, acceßionibus & omni causa, cap. 10. de in litem iurando, cap. 11. de eo quod reus facere potest, cap. 12. deniq; de compensationibus, cap. 13. Post quæstionem hanc, Quid ueniat in actionibus? sequitur quæstio, Quando competat actio? quæ definitur cap. 14. item quamdiu competat, ubi de temporalibus præscriptionibus agitur, nimirum cap. 15. De cumulatione deniq; actionum prohibita, & ne quis inuitus agere cogatur, tractatur cap. 16.*

*Hisce generalibus præmißis, sequitur de obligationibus & actionibus ex contractu descendentibus, primùm quidem in genere, libro XXXVII. Digestor. meorum: deinde in specie, libro XXXVIII. cum septem libris sequentibus. Generalis contractuum tractatus continet primùm definitionem contractus & pacti conuenti, d. lib. 37. cap. 1. hinc diuisiones & species, cap. 2. tertiò exceptiones aduersus pacta contractusq;, cap. 3. quarum exceptionum replicationes aliquot generales proponuntur cap. 4. Quibus accedit exceptio pacti conuenti de non petendo, cap. 5. Quartò, quibus ex pacto uel contractu actio, exceptio, uel replicatio competat? definitur cap. 6. Quintò, aduersus quos competat? definitur cap. 7. Sextò, quid in eam ueniat? cap. 8. Septimò deniq;, quæ actio uel exceptio ex pacto uel contractu detur? definitur cap. 9. Hisce subijcitur de certi condictione generali, cap. 10. & de condictione Triticaria, cap. 11.* LIB. XXXVII.

DE VERBORVM OBLIGAtionibus. Cap. XXVII.

*SPecialis contractuũ tractatus continetur octo libris: & primùm agitur de uerborũ obligationibus: hinc de obligationib. quæ re cõtrahuntur: tertiò de obligationibus ex consensu. Et hæc quidẽ de contractib. nominatis & ueris. Quartò agitur de innominatis & quasi contractibus. Postremò de obligationibus ex contractu descendentibus, quibus non nostro, sed alieno nomine obligamur.*

*De uerborum igitur obligationibus tractatur libro XXXVIII. Digestorum meorum, primùm quidem in genere: hinc in specie. In generali tractatu primùm agitur de ipsa stipulatione & uerborum obligatione, cap. 1. cum quatuor capitibus sequentibus: hinc de actione inde descendente ex stipulatu, cap. 6. cum quatuor capitibus sequentibus. De ipsa stipulatione & uerborum obligatione primùm proponitur*

*definitio* LIB. XXXVIII.

definitio & differentia stipulationis et uerborum obligationis, d. cap. 1. deinde diuisiones & species stipulationis, cap. 2. postea utrum una an plures sint stipulationes uel obligationes, disseritur cap. 3. Postremò subijciuntur exceptiones aduersus stipulationem, quarum aliæ quidem sumũtur ex ijs quæ stipulationi insunt: de quibus cap. 4. aliæ uerò ex ijs quæ stipulationem sequuntur: de quibus cap. 5. De actione ex stipulatu primùm disseritur, ex quibus causis competat? cap. 6. deinde, quibus et aduersus quos competat? cap. 7. tertiò, quid & quantum in ea ueniat petendum? cap. 8. quartò, quæ sint eius adiuncta, cap. 9. postremò, quæ sint eius adfinia remedia, cap. 10. Hæc quidem de stipulationibus in genere. De speciebus autem stipulationis specialiter tractatur cap. 11. Quò pertinet etiam de duobus reis stipulandi & promittendi, cap. 12. de eo quod certo loco dari debet, cap. 13. et de pretorijs stipulationibus, cap. 14.

## DE OBLIGATIONIBVS quæ re contrahuntur. Cap. XXVIII.

ALterum obligationum genus re contrahitur: cuius generis species quatuor potißimùm numerantur: Mutuum, commodatum, depositũ & pignus. De tribus prioribus speciebus tractatur li- LIB. XXXIX. bro XXXIX. Digestorum meorum: de posteriore uerò agitur libro XL. De mutuo igitur agitur d. lib. 39. cap. 1. cum duobus capitibus sequentibus. Nam de ipso mutui contractu agitur d. cap. 1. hinc de eius condictione, cap. 2. Cui obstat exceptio S.C. Macedoniani: de qua tractatur cap. 3. De commodato itidem tribus agitur capitibus: primùm quidem de ipso commodato, cap. 4. hinc de commodati actione directa quidem, cap. 5. Contraria uerò, cap. 6. De deposito agitur quatuor capitibus: primùm quidem de ipso deposito, cap. 7. hinc de actione depositi directa quidẽ, cap. 8 cuius adfine remedium est in factum actio aduersus nautas, caupones, stabularios, cap. 9. De contraria uerò depositi actione tractatur cap. 10.

LIB. XL. De pignoribus deniq; & hypothecis agitur peculiari libro XL. primùm quidem de ipso pignoris contractu, seu causis pignoris tam constituendi quàm dissoluendi, quinq; capitibus prioribus: hinc de iure tam debitoris quàm creditoris in re pignori obligata, cap. 6. cui annumeratur distractio pignorum, cap. 7. Postremò tractatur de actionibus ex pignoris contractu descendentibus: quarum aliæ quidem creditori cõpetunt, aliæ uerò debitori. Creditori, ut est actio hypothecaria, cap. 8. In qua quæri solet, qui potiores in pignore habeantur? cap. 9. Item creditori competit contraria pignoratitia actio, de qua cap. 10. item interdictum Saluianum, cap. 11. Debitori uerò competunt directa pignoratitia actio, de qua cap. 12. & interdictum de migrando, de quo cap. 13.

## DE OBLIGATIONIBVS, quæ solo cõsensu contrahuntur. Cap. XXIX.

HAec eorum sunt cõtractuum, qui re fiunt. Solo consensu contrahuntur emptio & uenditio, locatio & conductio, societas & mandatum. De emptione & uenditione tractatur duobus libris: pri- LIB. XLI. mùm quidem de ipso contractu emptionis & uenditionis, libro XLI. hinc de actionibus inde descẽdentibus, libro XLII. Sed & de ipso contractu emptionis & uenditionis primùm quidem agitur in genere, d. lib. XLI. cap. 1. cum tribus capitibus sequentibus: hinc in specie, cap. 5. cum quinq; capitibus sequentibus. In generali tractatu continentur causa et origo emptionis & uenditionis, species aliquot & euentus, d. cap. 1. Inter euentus autem numeratur etiam, periculum & commodum rei uenditæ ad emptorem pertinere: de quo cap. 2. Sed & ad generalem tractatum pertinent exceptiones aduersus emptionem et uenditionem, primùm quidem eæ quæ sumũtur ex ijs quæ emptioni & uenditioni insunt, cap. 3. hinc eæ quæ ducũtur ex consequentibus, cap. 4. Specialis tractatus complectitur has species: primùm quidem in diem addictionem, cap. 5. deinde legem commissoriam, cap 6. tertiò hæreditatis uenditionem, cap. 7. quartò actionis uenditionem, cap. 8. quintò, si mancipium ita uenierit, ut exportetur, cap. 9. postremò rerum permutationem, cap. 10. Et hæc quidẽ de ipso contractu emptionis & uenditionis.

Actiones autem inde descendentes tractantur (ut LIB. XLII. dixi) libro XLII. Digestorum meorum: quarum aliæ emptori, aliæ uenditori competunt. Emptori actiones competentes hæ sunt: prima quidem empti actio, de qua tractatur tribus capitibus prioribus: altera uerò est redhibitoria, de qua cap. 4. et cap. 5. Tertia est æstimatoria quãto minoris, de qua ca. 6. Quarta est empti & duplæ actio ob euictionem & similes causas, de qua cap. 7. Quinta est in factum actio aduersus liberum hominem, qui se pro seruo uenire passus est, de qua cap. 8. Venditori competit uenditi actio, de qua cap. 9. Hæc de emptione & uenditione.

Reliqui contractus, qui solo contrahuntur consen- LIB. XLIII. su, continentur libro XLIII. Digestor. meorum: & primùm de locatione & conductione tractatur nouem capitibus prioribus, primùm quidem in genere, quatuor capitibus: deinde in specie, capitibus quinq;. In generali tractatu primùm agitur de ipso contractu locationis & conductionis, cap. 1. hinc de actionibus inde descẽdẽtibus, locati puta, cap. 2. & cõducti, cap 3. eiusq; specie ad remittendam pensionem, cap. 4. Specialis tractatus continet primùm locationem operis faciendi & operæ præstandæ, cap. 5. eiusq; actionis, locati quidem, cap. 6. conducti uerò, cap. 7. deinde continet locati & conducti actionem ex lege Rhodia, cap. 8. tertiò locationem perpetuam, quam ius emphyteuticum dicimus, de quo cap. 9. De societate agitur cap. 10. eiusq; actione pro socio, cap. 11. De mandato agitur cap. 12. eiusq; actione directa quidem, cap. 13. Contraria uerò, cap. 14.

## DE INNOMINATIS ET QVASI contractibus. Cap. XXX.

HActenus de contractibus ueris & nominatis: LIB. sequuntur innominati & quasi contractus, XLIIII. libro XLIIII. Digestorum meorum. Et qui-

*dem de præscriptis uerbis, deq; in factum actione tractatur cap.1. eiusq; specie, quæ æstimatoria dicitur, cap.2. hinc de condictione ex lege, cap.3. post hæc de quasi contractibus in genere quidem, cap.4. in specie uerò, capitibus sequentibus. Sunt autem quasi contractus species & actiones inde descendentes, prima quidem Negociorũ gestorum: de qua in genere quidem tractatur cap.5. in specie uerò de directa negociorum gestorum actione, cap.6. de cõtraria, cap.7. cuius species est actio funeraris, cap.8. Altera species quasi cõtractus, actioq; inde descẽdẽs, est familiæ erciscundæ: de qua cap.9 & 10. Tertia est communi dividundo, de qua cap.11 & 12. Quarta est finium regundorum, de qua cap.13. cuius adfine remedium est de termino moto actio, de qua cap. 14. item in factũ actio, si mensor falsam modum dixerit: de qua cap.15.*

## DE CONTRACTIBVS, QVIbus non nostro, sed alieno nomine obligamur. Cap. XXXI.

LIB. XLV. POstremò de contractibus, quibus non nostro, sed alieno nomine obligamur, tractatur libro XLV. Digestor. meorum: primùm quidem de fideiussoribus & mandatoribus, cap.1. cum tribus capitibus sequentibus. hinc de constituta pecunia, cap. 5. Hisce actionibus obstat exceptio S.C. Velleiani, de qua cap.6. Sunt præterea huius generis actiones, quæ dantur de eo, quod cum eo qui in alterius potestate est, gestum esse dicitur: de quibus in genere quidem cap.7. in specie uerò capitib. sequentib. ut de exercitoria actione, cap. 8. de institoria, cap.9. de tributoria, cap.10. de peculio, cap.11 et 12. de in rẽ uerso, cap.13. quod iussu, cap.14. Hæc de contractibus.

## DE OBLIGATIONIBVS ET actionibus ex maleficio descendentibus. Cap. XXXII.

PARS VI. INter causas iuris adquirendi onerosas alterum genus est maleficium, item obligatio simul & actio ex maleficio descendens: de quo genere tractatur in Sexta Digestorum meorum parte: LIB. XLVI. primùm quidẽ de quatuor maleficiorum generibus, eorumq; actionibus, libro XLVI. hinc de speciebus subiectis, earumq; actionibus specialibus, libro XLVII. Quatuor maleficiorum genera numerantur hæc: furtum, rapina, damnum, & iniuria, de quibus (ut dixi) tractatur libro XLVI. præmisso tamen de pœnalibus actionibus tractatu generali, cap.1. De furto tractatur cap.2. cũ sex capitibus sequentibus: primùm quidem de ipso furto, d.cap.2. hinc de furti actione, cap.3. cum tribus capitibus sequentibus. tertiò de furti actionis aliquot adfinibus remedijs, cap.7 & 8. In furti actione primùm proponuntur differentia, causæ & causarũ exceptiones: item per quos competat? quæ sint eius adiuncta, et qui euentus? d.cap.3. hinc quibus competat? definitur cap.4. Aduersus quos cõpetat? cap.5. Quid quantumq; in ea ueniat? cap.6. Postremò eius adfinia remedia, cap.7. inter quæ numeratur rei furtiuæ uindicatio, d.cap.7. & cõdictio, cap.8. De rapina eiusq; actione Vi bonorum raptorum, tractatur cap.9. De damno, eiusq; actione legis Aquiliæ, cap.10. cũ duob. capitib. sequẽtib. De iniuris deniq; eiusq; actione, ca. 13. cum quinq; capitibus sequentibus: eiusq; actionis specie, quæ ex lege Cornelia descendit, cap.19.

Species maleficiorum uariæ, & actiones inde descẽdẽtes speciales proponũtur (ut dixi) libro XLVII. Digestor. meorum, distinctæ ex circumstantijs, ex quibus sumuntur: puta primùm ex persona delinquẽtis: ut, si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, cap.1. Si seruus deliquit, noxalis inde competit actio, de qua cap.2. Si familia furtũ fecisse dicatur, cap.3. Si is qui testamento liber esse iussus est, post mortem domini ante aditam hæreditatem quid subripuisse dicatur, cap.4. Si uxor marito, uel contrà maritus uxori furtum fecerit, rerum amotarum actio est: de qua cap.5. Si deniq; publicanus, uel eius familia alicui maleficiũ fecerit: aduersus publicanum in factum actio datur, de qua cap.6. Deinde distinguuntur maleficia ex re circa quam committuntur: utputa, si res publica uel sacra subrepta sit, crimen peculatus uel sacrilegij cõmittitur: de quo cap.7. Si res hæreditaria sit ablata, expilatæ hæreditatis crimen est: de quo cap.8. Si seruus corruptus sit, serui corrupti actio est: de qua cap. 9. Si liber homo ab aliquo detinetur, de libero homine exhibendo interdictum competit: de quo cap.10. quanquam etiam hoc casu plagij crimen sit: de quo 8. inter publica iudicia dictũ est. Si pecora sint abacta, de abigeis actio est: de qua ca. 11. Si arbores cæsæ sint, arborum furtim cæsarũ actio est: de qua ca.12. Si tignum ablatum ædibus iunctum sit, de tigno iuncto actio est: de qua cap.13. Tertiò distinguuntur maleficia ex loco & tempore quo committuntur. Sic si damnũ in turba datum sit, in factũ actio est de dãno in turba dato: de qua cap.14. tractatur. Si ex incẽdio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata quid raptũ doloue malo receptũ sit, dãnumue datũ: datur actio prætoria de incẽdio, ruina, naufragio, etc. de qua ca.15. Si in naue, caupona, stabulo furtũ factũ, uel dãnũ datũ sit: datur in factum actio aduersus nautas, caupones, stabularios: de qua lib.39. cap.9. Postremò distinguuntur maleficia ex specie & modo quo delinquitur. Sic si quid deiectum uel effusum sit, quo alicui damnum est datum: de deiecto & effuso in factum actio est: de qua cap.16. Si quis in subgrunda uel protecto id positum uel suspensum habeat, cuius casus alicui nocere posit: datur in factum actio de posito et suspenso: de qua cap.17. Si delictum sit commissum, cuius actio specialis non sit: crimen stellionatus commissum dicitur: de quo capite 18. Præter hæc, uaria & extraordinaria delicta & crimina enumerantur cap.19. LIB. XLVII.

DE

## DE CAVSIS SEV MODIS, quibus iura adquisita retinentur. Cap. XXXIII.

PARS VII. SVprà quatuor genera causarum iuris fecimus: iuris scilicet adquirendi, retinendi, amittendi, et amißi recuperandi. de primo genere causarum hactenus diximus. nunc de reliquis est dicendum, quæ quidem Septima Digestorum meorum parte comprehenduntur. Et quidem retinendi iuris causæ sunt LIB. XLVIII. non solùm interdicta Vti poßidetis & Vtrubi, de quibus libro XXIII. Digestorum meorũ dictum est: sed etiam exceptiones & liberationes, de quibus tractatur libro XLVIII. primùm quidem de exceptionibus in genere, cap. 1. hinc de ijs in specie: utputa de doli mali exceptione, cap. 2. de ignorãtiæ exceptione, cap. 3. de non numeratæ pecuniæ exceptione, cap. 4. Posthæc de liberationibus tractatur primùm quidem in genere, cap. 5. deinde in specie: ut de solutionibus, cap. 6. cum sex capitibus sequentibus. De acceptilationibus, cap. 13. De nouationibus in genere quidem, cap. 14. in specie verò, cap. 15. De exceptione rei iudicatæ & in iudicium deductæ, quæ & ipsa nouationis species est, cap. 16 & 17. De obligationum confusione, cap. 18. De rei debitæ interitu, cap. 19. De cesßione bonorum, cap. 20. De capitis deminutione, cap. 21. De causis liberationum in re pignori obligata consistentibus, cap. 22. Postremò de reliquis liberationum causis, cap. 23. De solutionibus (ut dixi) tractatur septem capitibus. Nam primùm proponuntur definitio & effectus solutionis, d. cap. 6. Hinc exceptiones aduersus solutionem, primùm quidem desumptæ ex persona soluentis, & eius cui solutio facta est, cap. 7. quibus accedit ea, Si alij quàm creditori solutum sit, cap. 8. hinc eæ quæ sumuntur ex re in solutum data, cap. 9 postremò reliquæ ex alijs solutionis circumstantijs desumptæ, cap. 10. Post exceptiones tertio loco quæritur, Quibus ex solutione liberatio contingat? cap. 11. Quartò, Quid ueniat in solutionis exceptionẽ, seu à quo debito per solutionẽ cõtingat liberatio? cap. 12.

## DE CAVSIS SEV MODIS, quibus amissa iura recuperantur. Cap. XXXIIII.

DE tertio genere causarum, hoc est earum quibus amissa iura recuperantur, agitur libro LIB. XLIX. XLIX. Digestor. meorum. Nam de ijs quibus iura amittuntur, dicetur 3. cap. prox. Recuperantur itaq; amissa iura uarijs ex causis, de quibus in genere quidem tractatur cap. 1. in specie verò capitibus sequentibus: utputa de actione Quod ui metusue causa, cap. 2. De actione de dolo, cap. 3. De minoribus XXV. annis, cap. 4. De actione rescissoria, cap. 5. De cõdictione indebiti, cap. 6. cũ duob. capitib. sequentib. De condictione sine causa, cap. 9. De condictione causa dati non secuta, cap. 10. De condictione ob turpem uel iniustam causam, cap. 11. Cui similis est actio in factum de calumniatoribus, cap. 12. De actione eius quod iudicij mutandi causa alienatum est, cap. 13. De actione Pauliana, cap. 14. Cui non absimilis est actio Fauiana & Caluisiana, de qua lib. 20. cap. 9. actũ est. Hisce accedit postliminium, de quo lib. 50. cap. 3. Hæc de causis iuris amißi recuperandi.

## DE CAVSIS SEV MODIS iuris amittendi, cum extrauagantibus. Cap. XXXV.

REstant causæ iuris amittendi, quarum duæ tractantur libro L. Digestorum meorum: Capitis LIB. L. nimirum deminutio, cap. 1. eiusq; species Captiuitas, cap. 2. Cui subijcitur de postliminio, cap. 3. Postea duo extrauagantia: nempe de uerborum significatione, cap. 4. & de regulis iuris, cap. 5. Plura de causis ac modis amittendi iuris uide paßim in singulis iuris speciebus: utputa de causis dissoluendi matrimonij, libro 14. capite 8. de causis seu modis quibus patria potestas soluitur, lib. 16. cap. 9. de amittendo dominio, lib. 21. cap. 4. de amittenda possesßione, lib. 23. cap. 4. & sic deinceps.

PARTITIONVM FINIS.

# TABVLAE RATIONEM ET ORDINEM DIGESTORVM NICOLAI VIGELII I.C. demonstrantes.



- IVS aliud est
  - PARS I. Publicũ, quod tractat de
    - LIB. I. Iure & legibus partim in
      - Genere. ubi proponitur
        - Definitiones & differentiæ iuris legumq́;, cap. 1.
        - Origo iuris, cap. 2.
        - Causæ legum, officia & effectus, cap. 3.
        - Accidentia legum: ut sunt
          - Legislatio, cap. 4.
          - Legum interpretatio & suppletio, cap. 5.
          - Reliqua, cap. 6.
          - Exceptiões aduersus leges, cap. 7.
      - Specie, cap. 8. ubi tractatur ius
        - Naturale.
        - Gentium.
        - Ciuile uel
          - Non scriptum, cap. 8.
          - Scriptum, cap. 9. cui annumerantur rescripta principum, cap. 10.
    - LIB. II. Magistratibus. Et aut de
      - Ipso magistratu partim in
        - Genere: ut de
          - Ordinandis magistratibus, deq; annonis & sportulis magistrat. & iudicum, cap. 1.
          - Officijs magistratus, cap. 2.
          - Delictis & actionibus aduersus magistratum, cap. 3.
          - Iurisdictione, cap. 4.
          - Dignitate & reliquo iure magistratus, cap. 5.
          - Origine & speciebus magistratus, cap. 6.
        - Specie: ut de
          - Imperatore, cap. 7.
          - Senatoribus et consularib. cap. 8.
          - Consulibus, cap. 9.
          - Præfectis pretorio, cap. 10.
          - Præfecto urbi, cap. 11.
          - Quæstore, cap. 12.
          - Prætoribus, cap. 13.
          - Pręfecto uigilũ et ædilibus, cap. 14.
          - Proconsule eiusq; legato, cap. 15.
          - Præside prouinciæ, cap. 16.
          - Magistratibus certarum prouinciarum, cap. 17.
      - Vicarijs, apparitoribus & ministris magistratus partim in
        - Genere, cap. 18.
        - Specie, cap. 19.
    - Iudicijs. A.
    - Re ecclesiastica & religionis. C.
    - Iure Imperatoris & fisci. D.
    - Re militari. E.
    - Iure ciuitatum. F.
  - Priuatum. Vide fol. 21. signum ❯

- **A De iudicijs partim**
  - **Publicis** *tractatur partim in*
    - **LIB. III. Genere:** *ubi proponuntur publicorum iudiciorum*
      - Definitio, *diuisio, species, propria: item quibus & aduersus quos competant, per quos, &c. cap. 1.*
      - Causæ *causarumq; exceptiones, cap. 2.*
      - Quid *ueniat in ea, seu de pœnis, cap. 3 & 4.*
      - Adiuncta & *actus partim*
        - Accusatoris, *cap. 5.*
        - Rei conuenti. *ubi agitur de reis* — *cap. 6.*
          - Requirendis *et adnotandis.*
          - Apprehendendis.
          - Non *recipiendis, nec occultandis.*
          - Custodiendis, *exhibendis, remittendis, & de bonis eorum administrandis.*
        - Iudicis: *utpote de*
          - Custodijs *audiendis, & criminibus cognoscendis, deq; sententia ferenda, cap. 7.*
          - Quæstionibus *& tormentis, cap. 8.*
      - Euentus & *consequentia partim rei*
        - Absolutio: *ut de*
          - Calumniatoribus, *cap. 9.*
          - Præuaricatoribus, *cap. 10.*
          - Tergiuersatione, *cap. 11.*
        - Damnato: *ut de*
          - Executione *sententiæ, cap. 12.*
          - Publicatione *bonorum, cap. 13.*
          - Infamia, *cap. 14.*
        - Restituto *& pœna liberato, & de pœnæ remissione, cap. 15.*
    - **LIB. IIII. Specie:** *ut de*
      - Lege *Iulia maiestatis, cap. 1.*
      - Vi *publica & priuata, cap. 2.*
      - Raptu *fœminarum, cap. 3.*
      - Sicarijs *& ueneficis, cap. 4.*
      - Parricidijs, *cap. 5.*
      - Plagiarijs, *cap. 6.*
      - Adulterijs *& stupro, cap. 7.*
      - Falsis, *cap. 8.*
      - Maleficis *& mathematicis, cap. 9.*
  - **Priuatis. B.**

B

LIB. V. De iudicijs priuatis, cap. 1. in quibus tractātur potißimùm


- Personę: utputa
  - Iudex *an competens sit, quęq́; eius sint officia, cap.* 2.
  - Assessores *& ministri iudicum, cap.* 3.
  - Postulantes, *cap.* 4.
  - Aduocati, *cap.* 5.
  - Procuratores, *cap.* 6. 7 *&* 8.
  - Actor *& reus, cap.* 9. *in prin.*
- Res, *cap.* 9.
- Actus, *alij quidem*
  - LIB. VI. Ante litē contestatā: *ut sunt*
    - Citatio, *cap.* 1.
    - Citati *contumacia & absentia, cap.* 2 *&* 3.
    - Editio *libelli, aliorumq́; quæ quis apud iudicem editurus est, cap.* 4.
    - Dilationes, *cap.* 5.
    - Exceptiones *dilatoriæ, cap.* 6.
    - Cautiones *et satisdationes uel in*
      - Genere, *cap.* 7.
      - Specie: *ut est cautio*
        - Ratam *rem haberi, cap.* 8.
        - Iudicio *sisti, cap.* 9.
        - Iudicatum *solui, cap.* 10.
  - LIB. VII. Post *litem contestatā: ut sunt*
    - Litis *contestatio, iuramentum calumniæ, et alia similia, cap.* 1.
    - Probationes, *& aut in*
      - Genere, *cap.* 2.
      - Specie: *utputa*
        - Instrumenta, *cap.* 3.
        - Testes, *cap.* 4.
        - Confeßio *& interrogationes, cap.* 5.
        - Iusiurandum, *cap.* 6. *&* 7.
    - Officiū *iudicis: ut est*
      - Ordo *cognitionum, cap.* 8.
      - In *rebus dubijs & obscuris, cap.* 9.
      - In *relationibus & sentētia ad superiorem iudicem remittenda, cap.* 10.
      - In *sententia formanda & pronuncianda, cap.* 11.
- LIB. VIII Euentus *& cōsequētia: ut sunt*
  - Appellatio, *cap.* 1.
  - Appellationis *adfinia remedia, cap.* 2.
  - Res *iudicata, cap.* 3.
  - Actio *iudicati, cap.* 4.
  - Executio *rei iudicatæ, necnon de sumptibus & expensis litis: item de sportulis iudicum & ministrorum, cap.* 5.
  - Misio *in possessionem bonorum rei fumenda causa, cap.* 6.
  - Actiones *quæ occasione dictæ mißionis oriuntur, cap.* 7.
  - Venditio *bonorum debitoris, cap.* 8.
  - Priuilegia *creditorum, seu qui in bonis debitoris potiores habeantur, cap.* 9.
  - Separationes *creditorum, cap* 10.
- LIB. IX. Adfinia *remedia: ut sunt*
  - Extraordinariæ *cognitiones, cap.* 1.
  - Compromissum, *cap.* 2. 3 *&* 4.
  - Transactiones *partim in*
    - Genere, *cap.* 5.
    - Specie, *ut alimentorum, cap.* 6.



C
LIB. X.
De re ecclesiastica & religionis aut in
- Genere: utputa de ecclesiasticis
  - Personis partim in
    - Genere: utputa de
      - Ordinandis illis, cap. 1.
      - Officijs illorum, quibus non praestitis dignitatē suam amittunt, cap. 2.
      - Priuilegijs & rebus eorum, cap. 3.
    - Specie: utputa de
      - Episcopis: utputa de
        - Ordinandis illis, cap. 4.
        - Officijs illorum, cap. 5.
        - Priuilegijs illorum, cap. 6.
      - Presbyteris, diaconis, lectoribus, abbate, parabolanis, & alijs huiusmodi personis, cap. 7.
  - Rebus partim in
    - Genere, cap. 8.
    - Specie: utputa de
      - Monasterijs, templis, templorum ornamētis, &c. cap. 9.
      - Priuilegijs Ecclesiarum, cap. 10.
  - Actibus, cap. 11. Quibus subijcitur de haereticis in
    - Genere, cap. 12.
    - Specie, cap. 13.
- Specie: ut de orphanotrophijs, xenodochijs, &c. cap. 14.

D
LIB. XI.
De iure Imperatoris & fisci: puta de
- Personis seu ministris Imperatoris & fisci, cap. 1.
- Rebus partim
  - Adquirēdis uel per
    - Nunciationem ac delationem, cap. 2.
    - Actiones, cap. 3.
    - Censuū & tributorum
      - Indictionem, cap. 4.
      - Exactionem & susceptionē, cap. 5.
      - Transmissionem & transuectionem, cap. 6.
    - Vectigalia & commissa, cap. 7.
  - Administrandis, alienandis, uel locandis, cap. 8 & 9.
- Priuilegijs fisci, & uestitu Caesaris, cap. 10.

E
De re militari: ubi cōsiderantur
- Personae militares: puta
  - Magistratus eiusq; ministrorum, cap. 11.
  - Militum, cap. 12 & 13.
- Res: utputa annona militaris, uestis militaris, hospitia militum & arma, cap. 14.


LIB. XII.
De iure ciuitatum. ubi describuntur
Personae tum
Magistratus municipalis partim in
Genere, cap. 1.
Specie. Sunt autem species:
Defensores ciuitatum
Duumuiri
cap. 2.
Decuriones & curiales, cap. 2. & 3.
Legati ciuitatum, cap. 4.
Actores & curatores rerum publicarum, cap. 5.
Ciuium & eorum qui in collegijs sunt, partim in
Genere, cap. 6.
Specie, cap. 7.
Res de quibus tractatur partim in
Genere: puta de
Iis adquirendis, cap. 8.
Iis alienandis ac locandis
Actionib. aduersus ciuitates competentibus
cap. 9.
Specie: ut de
Operibus publicis, cap. 10.
Operibus & aedificijs priuatis, cap. 11.
Re frumentaria, cap. 12.
Reliquis ciuitatum rebus, cap. 13.
LIB. XIII.
Actus ciuiles, cap. 14. Inter quos numerantur etiā munera et honores, de quibus peculiari libro tractatur partim in
Genere: ut de
Definitione, diuisionibus & speciebus munerum & honorum, cap. 1.
Iniungendis muneribus, & nominatione facienda, cap. 2. & 3.
Excusationibus & immunitatibus, cap. 4. 5 & 6.
Actione quae ex mala muneris administratione competit, cap. 7.
Specie: ut de
Cursu publico, cap. 8.
Munere nauiculario, cap. 9.


- ☾ Priuatum *ius est aut*
  - Speciale, *quod tractat species iuris partim*
    - PARS II. Personarum: *ut est*
      - LIB. XIIII. Matrimoniũ: *cuius tempora considerantur, matrimonij scilicet*
        - Contrahendi: *ubi considerantur*
          - Sponsalia, *cap.* 1.
          - Nuptiæ: *de quibus tractatur partim in*
            - Genere: *ubi proponuntur nuptiarum*
              - Definitio, *proprium & euentus, cap.* 2.
              - Exceptiones *desumptæ partim ex*
                - Personis *contrahentium nuptias, cap.* 3.
                - Reliquis *circũstantijs, cap.* 4.
            - Specie: *ut de secundis nuptijs, cap.* 5 & 6.
        - Contracti, *cap.* 7.
        - Dissoluendi & *dissoluti. cap.* 8.
        - *Quibus accedunt*
          - Species *cognata concubinatus, cap.* 9.
          - LIB. XV. Accidentia *matrimonij: ut sunt*
            - Dos: *ubi tractatur partim de*
              - Pactis *dotalibus in genere, cap.* 1.
              - Actionibus *dotis occasione competẽtibus: quæ partim sunt*
                - Marito *cui datur*
                  - Petitio *dotis, cap.* 2.
                  - Dote *euicta actio, cap.* 3.
                  - Impensarum *dotalium actio, cap.* 4.
                - Vxorie, *uel alterius ex parte uxoris: ut est*
                  - Repetitio *dotis, cap.* 5. 6. 7 *et* 8.
                  - Ob *dolum & culpam mariti, ubi etiam de fundo dotali non alienando agitur, cap.* 9.
              - Reliquo *dotis iure, cap.* 10.
            - Antenuptialis *donatio, cap.* 11.
      - LIB. XVI. Patria *potestas, & alia inter parentes & liberos iura: scilicet*
        - Quæ *sint iura inter parentes & liberos, cap.* 1. 2 & 3.
        - Exceptio *generalis est in liberis naturalibus: de quibus cap.* 4.
        - Caussæ *eius partim*
          - Efficientes *enumerantur cap.* 5. 6. 7 & 8.
          - Corrumpentes, *seu modi, quibus tollitur patria potestas, cap.* 9.
      - Tutela & *cura.* A.
      - Dominica *potestas & seruitus.* B.
      - Ius *patronatus.* C.
    - Rerum. D.
  - Generale, *quod caussas iuris generales complectitur. Vide fol.* 39. *hoc signum* ♆

**A**

**LIB. XVII.**

**Tutela & cura ubi tractantur**

- Descriptio tutelae & curae generalis, cap. 1.
- Causae eius partim
  - Efficientes: ubi agitur
    - Testamentaria, cap. 2.
    - Legitima, cap. 3.
    - Datiua, cap. 4.
    - Quibus accedit de tutore & curatore petendo, cap. 5.
  - Corrumpentes, seu modi quibus tutela finitur: ut sunt
    - Excusationes, cap. 6.
    - Postulatio & remotio suspecti, cap. 7.
    - Reliqui, cap. 8.
- De curatore bonorum specialiter, cap. 9.
- LIB. XVIII. Officia tutorum & curatorum: quorum alia sunt
  - Ante susceptam tutelam: ut est
    - Satisdatio rem pupilli saluam fore, cap. 1.
    - Inuentarij confectio, cap. 2.
  - Post susceptam tutelam, quae enumerantur cap. 3. Quibus accedit
    - Pupilli edendi & educandi cura, cap. 4.
    - Quid in sua causa contra pupillum, uel pupilli contra contutorē praestare tutor debeat, cap. 5.
    - Alienatio rerum minoris, cap. 6.
    - Authoritas ei quod gerit pupillus accommodanda, cap. 7.
  - Post finitam tutelam, de quibus cap. 8.
- Actiones hinc descendentes uel
  - Pupilli, cuius tutela gesta est: ut actio
    - Tutelae directa, cap. 9 & 10.
    - De rationibus distrahendis, cap. 11.
    - Ex stipulatu rem pupilli saluam fore, cap. 12.
    - Subsidiaria aduersus magistratum, cap. 13.
  - Tutoris: ut contraria tutelae actio, cap. 14.



- **B — LIB. XIX. Dominica potestas & seruitus: de qua tractatur partim in**
  - Genere. ubi tractantur haec:
    - Quae sint iura eius, cap. 1 & 2.
    - Causae eius partim
      - Efficientes, cap. 3.
      - Corrumpentes, capite 4. Quibus annumeratur etiam manumissio, cuius exceptiones sumuntur partim ex ijs quae
        - Insunt manumissioni: ut ex
          - Persona
            - Manumissoris, capite 5.
            - Manumissi uel manumittendi, cap. 6.
          - Reliquis circumstantijs, cap. 7.
        - Sequuntur manumissionem, cap. 8 & 9
    - Actiones inde descendentes, cap. 10 & 11.
  - Specie. ut de
    - Seruis fugitiuis, cap. 12.
    - Statuliberis, cap. 13.
    - Agricolis & colonis, cap. 14.

- **C — LIB. XX. Ius patronatus: de quo tractatur partim in**
  - Genere: puta
    - Causae partim
      - Efficientes, cap. 1.
      - Corrumpentes, cap. 2.
    - Actio praeiudicialis, qua quaeritur utrum quis libertus sit, an ingenuus, cap. 3.
  - Specie, cap. 4. cui annumeratur de
    - Iure accusandi libertum ut ingratum, cap. 5.
    - Operarum actione, cap. 6.
    - Successione patroni in bona liberti, cap. 7 & 8.
    - Actione Fauiana & Caluisiana, cap. 9.

PARS

*munibus & publicis, cap. 6. nec non de interdictis & actionibus, quæ pro iis competunt, cap. 7. cum quinq; capitibus sequentibus. Postremò tractatur de rebus priuatis, tam proprijs quàm communibus & alienis, cap. 13. cum capite sequente.*

LIB. XXVII. *Ex his quàm uaria sint rerum iura, item quæ sint cuiusq; iuris defendendi actiones speciales ac propriæ, constat. sunt tamen quædam actiones generales & communes omni rerum iuri defendendo, quæ tractantur libro XXVII. Digestor. meorum. Primum genus harum actionum nascitur ex operis noui nunciatione: alterum oritur occasione damni infecti: tertium genus continet aquæ pluuiæ arcendæ actionem. Primum itaq; actum de ipsa operis noui nunciatione, cap. 1. hinc de quinque actionibus inde descendentibus, cap. 2. tertiò de actione damni infecti ad cautionem præstandam, cap. 3. qua quidem non præstita, mißio fit in possessionem damni infecti nomine, cap. 4. Quo casu si missus non admittatur, actio nascitur, de qua cap. 5. Præstita autem dicta cautione, ex stipulatu actio datur damno accepto, de qua cap. 6. Postremò tractatur de aquæ pluuiæ arcendæ actione, cap. 7. Et hæc quidem tam de personarum quàm rerum iure sunt tractata: quibus absolutis, finitur specialis pars iuris priuati.*

## DE HAEREDITATE ET BOnorum possessione ex testamento. Cap. XIX.

*SEquitur altera pars iuris priuati, quam dixi generalem uocari, quòd causas iuris generales contineat. Causarum autem aliæ sunt iuris adquirendi, aliæ retinendi, aliæ amittendi, aliæ deniq; amißi recuperandi. Primi generis causæ duplices sunt, lucratiuæ uidelicet & onerosæ. Lucratiuæ iuris adquirendi causæ sunt successiones uniuersales tam ex testamento, quàm ab intestato, legata & fideicommissa, donationes item tam inter uiuos quàm* PARS IIII. *mortis causa factæ. de quibus causis iuris lucratiuis ordine tractatur in Quarta Digestorum meorum parte, & primùm quidem de successionibus uniuersalibus, tribus libris prioribus, uidelicet lib.* LIB. XXVIII. *XXVIII. lib. XXIX. & lib. XXX. Cum autem successio uel ex testamento competat, uel ab intestato: de successione ex testamento actum est d. lib. XXVIII. præmißis duobus capitibus generalibus, primo quidem de hæreditate, altero uerò de bonorum possessione. Quid autem & quotuplex testamentum sit? nec non quæ sint eius partes, quod proprium, quæ accidentia? definitur cap. 3. Accidunt autem tabulis testamenti etiam duæ actiones: una de testamenti tabulis aperiendis, inspiciendis & describendis, de qua tractatur cap. 4. altera de testamenti tabulis exhibendis, de qua cap. 5. Sed & accidunt testamentis exceptiones, quibus ea eliduntur. Hæ duplices sunt: aliæ siquidem desumptæ sunt ex iis quæ testamenti factioni insunt, testamentumq; faciunt iniustum: aliæ uerò ex iis quæ testamenti factionem sequuntur, faciuntq; testamentum ruptum aut irritum. Prioris generis exceptiones sumuntur ex persona testatoris, quæ enumerantur cap. 6. cuius generis etiam exceptio est, si filiusfamiliâs testamentum fecerit: de qua cap. 7. item sumuntur ex personis testium, de quibus agitur cap. 8. item ex causa & adiunctis seu actibus testamentarijs, nec non ex testamenti uerbis: de quibus cap. 9. Quibus annumerantur etiam exceptiones desumptæ ex subscriptionibus & signaculis testamenti, de quibus cap. 10. ex hæredum institutione, cap. 11 & 12. ex substitutione partim uulgari, cap. 13. partim pupillari, cap. 14. ex præteritione liberorum & parentum, cap. 15. deniq; ex liberorum & parentum exhæredatione, cap. 16. Quæ omnis generis exceptiones recipiunt quasdam replicationes communes, cap. 17. inter quas numeratur etiam testamentum militis, cap. 18. Posterioris generis exceptiones, hoc est, eæ quæ sumuntur ex consequentibus testamenti factionem, enumerantur cap. 19. Cuius generis exceptiones sunt etiam eæ quæ sumuntur ex adgnatione posthumi & quasi posthumi, cap. 20. item exceptiones mutatæ uoluntatis & testamenti posterioris, cap. 21. Hactenus, an ex testamento hæreditas competat? discussum est. Quibus autem ex testamento hæreditas competat? definitur cap. 22. Quid quantumq; hæreditatis cuique ex testamento competat? definitur cap. 23. ad quam quæstionem pertinent etiam regulæ de iure adcrescendi, cap. 24. Postremò de codicillis tanquam testamenti partibus agitur cap. 25. Quando autem ex testamento hæreditas competat seu deferatur, definitur libro 29. cap. 15.*

## DE HAEREDITATIBVS ET bonorum possessionibus ab intestato. Cap. XX.

*POst hæreditatem & bonorum possessionem ex testamento, sequitur ea quæ defertur ab intestato: de qua tractatur libro XXIX. Digestor.* LIB. XXIX. *meorum. Et primùm quidem enumerantur causæ, ex quibus ab intestato hæreditas debeatur, cum suis exceptionibus, cap. 1. hinc quibus ab intestato hæreditas debeatur, definitur cap. 2. cum undecim capitibus sequentibus. Tertiò quæritur, quid quantumq; hæreditatis ab intestato cuique competat? cap. 14. Postremò, quando & quo iure hæreditas deferatur? cap. 15. In secunda quæstione definienda, hoc est, Quibus ab intestato hæreditas debeatur? primùm agitur de successione liberorum, d. cap. 2. ad quam pertinet Senatusconsultum Orphitianum, quo liberi defunctæ matri ab intestato succedunt, de quo cap. 3. item edictum Prætoris de coniungendis cum emancipato liberis, de quo cap. 4. Secundò agitur de successione parentum, cap. 5. Tertiò de successione collateralium adgnatorum & cognatorum, cap. 6. Harum*

trium

trium succeßionum exceptiones generales subijciuntur cap. 7. hinc earundem succeßionum declarandarum gratia subijcitur de cognatis & adfinibus digreßio, cap. 8. cum duobus sequentibus capp. Quartò agitur de succeßione mariti & uxoris, cap. 11. Quintò de reliquorum succeßione, cap. 12. Harum succeßionum omnium exceptiones generales siue communes subijciuntur cap. 13.

## DE OFFICIIS HAEREDVM post hæreditatem delatam: nec non de actionibus quæ pro hæreditate persequenda competunt. Cap. XXI.

CVm de hereditate primùm ex testamento, post ea ab intestato competente specialiter dictum esset: postea subijcitur hereditatum ge-
LIB. XXX. neralis tractatus, qui complectitur primùm quidem officia heredum post delatam hereditatem, libro XXX. Digestor. meorum: deinde uerò actiones quæ pro hereditate persequenda competunt, libro XXXI. Officia autem heredum consistunt in inre deliberandi & inuentario conscribendo, de quib. tractatur d. lib. 30. cap. 1. item consistunt in adeunda uel agnoscenda hereditate, de quo cap. 2. in repudianda hereditate, cap. 3. in collatione tum bonorum, cap. 4. tum dotis & antenuptialis donationis, cap. 5. in uendicanda deniq; morte defuncti, & quæstione de familia necati habenda, supplicioq; sumendo, cap. 6.

LIB. XXXI. De actionibus quæ pro hereditate persequenda competunt, tractatur (ut dixi) libro XXXI. Digestor. meorum. Harum prima est, petitio hereditatis. Cuius actionis cap. 1. proponuntur genus, species, propria, causæ. item definitur, Quibus ea competat? ubi & apud quem competat? quando & quamdiu competat? adiuncta, euentus & adfinia remedia. Hinc aduersus quos competat, definitur cap. 2. Quid & quantum in ea ueniat petendum, definitur cap. 3. Altera actio est, Querela inofficiosi testamenti; cuius ratio & causa cum suis exceptionibus proponitur cap. 4. Inter exceptiones autem eius numeratur & hæc: Nisi actori legitima in testamento sit relicta. de qua peculiariter agitur cap. 5. Hinc quibus inofficiosi querela competat? item aduersus quos? apud quem? & quibus præsentibus? nec non quid in ea ueniat? quando & quamdiu competat? quæ sint eius adiuncta? qui euentus? quæq; adfinia remedia? definitur cap. 6. Tertia actione agitur ad supplendam legitimam, de qua cap. 7. Quarta actio est contra tabulas bonorum poßeßionis petitio, de qua cap. 8. Quinta de uentre in poßeßionem mittendo, cap. 9. Sexta ex Carboniano edicto proficiscitur, de qua cap. 10. Septima est interdictum Quorum bonorum, de quo cap. 11. Octaua est condictio ex L. 3. C. de edicto diui Hadriani tollendo: de qua cap. 12. Hæc de succeßionibus uniuersalibus.

## DE LEGATIS ET FIDEIcommissis. Cap. XXII.

ALtera iuris adquirendi causa lucratiua consistit in legatis & fideicommißis, de quibus tractatur libro XXXII. Digestor. meorum, cum duobus libris sequentibus. Nam primùm quidem de legatis & fideicommißis in genere tractatur: deinde in specie. In generali tractatu a- LIB. XXXII.
gitur primùm quidem de ipsis legatis & fideicommißis d. lib. XXXII. hinc de actionibus quæ pro legatis & fideicommißis persequendis competunt, libro XXXIII. Specialis legatorum & fideicommissorum tractatus continetur lib. XXXIIII. De ipsis igitur legatis & fideicommißis habentur hi loci: Primò definitio, hinc differentiæ legatorum & fideicommissorum, tertiò species cognatæ, quartò diuisio, quintò de numero legatorum: quæ omnia tractantur d. lib. 32. cap. 1. sextò effectus legatorum & fideicommissorum enumerantur cap. 2. septimò exceptiones eorundem, cap. 3. cum quatuor capitibus sequentibus. Nam exceptionum aliæ sumuntur ex persona ipsius testatoris legantis, aliæ ex persona ipsius legatarij: quæ duo genera proponuntur d. cap. 3. aliæ sumuntur ex persona eius à quo legatum relictum est, de quibus cap. 4. aliæ ex re legata, de quibus cap. 5. aliæ ex alijs circumstantijs, de quibus cap. 6. tractatur. Postea istarum exceptionum aliquot replicationes generales subijciuntur cap. 7. Post exceptiones octauo loco sequuntur causæ seu modi, quibus legata utiliter relicta euanescunt & amittuntur: de quibus agitur cap. 8. cum quinq; capitibus sequentibus. Nam & harum causarum aliæ consistunt in persona ipsius testatoris legantis, de quibus d. cap. 8. aliæ in persona legatarij, de quibus cap. 9. aliæ in persona eius à quo legatum relictum est, de quibus cap 10. aliæ in re legata, cap. 11. aliæ in alijs circumstantijs. cap. 12. Postremò, ad quos legatum inutile, amißum uel extinctum deuoluatur? quid quantumq; deuoluatur, quiq; sint huius amißionis ac deuolutionis effectus? definitur cap. 13.

## DE ACTIONIBVS LEGAtorum. Cap. XXIII.

POstquam de ipsis legatis & fideicommißis di- LIB. XXXIII.
ctum est, dicitur etiam de actionibus quæ pro ijs persequendis competunt, libro (ut dixi) XXXIII. Digestor. meorum: primùm quidem de actione legatorum generali: de cuius genere & causa, nec non ubi & apud quem, quibusq; competat? tractatur cap. 1. hinc aduersus quos competat? definitur cap. 2. Tertiò, quid ueniat in ea petendum? definitur cap. 3. cum duobus capitibus sequentibus. Quale ueniat petendum? definitur cap. 6. & quantum ueniat? definitur cap. 7. Posthæc, quando competat actio legatorum, et quando dies legatorum cedat? definitur cap. 8. Hinc de adiunctis huius actionis, & primùm quidem de cautionibus ab actore præstandis, agitur cap. 9. hinc de reliquis adiunctis & officio iudicis in hac actione, cap. 10. Postremò, quæ de legatis competat actio, quæq; eius adfinia sint remedia? definitur

definitur cap. 11. Est autem huius actionis adfine quoq; remedium actio, qua ad cautionem agitur præstandam de legato die ueniente soluendo: de qua tractatur cap. 11. et si cautio non præstetur, ut in bonorum hereditariorum possessionem fiat mißio: de quo cap. 13. Aliud adfine remedium seu actionis legatorum species est, si quis omissa causa testamenti, ab intestato uel alio modo poßideat hæreditatem: de quo cap. 14. item de legatis præstandis, contra tabulas bonorum possessione petita, actio: de qua cap. 15. Et hæc quidem de generali legatorum & fideicommissorum tractatu.

## DE SPECIALI LEGATORVM tractatu. Cap. XXIIII.

LIB. XXXIIII. Specialis legatorũ tractatus continetur (ut dixi) lib. XXXIIII. Digestor. meorũ: ubi primum quidẽ proponitur de ea specie, si quis ultra dodrantem bonorum suorum legauerit, de qua lex Falcidia lata est, tractaturq; cap. 1 & 2. hinc sequitur alia species si hæreditas uel pars eius per fideicommissum sit relicta, cap. 3 & 4. Tertia species est legatum conditionale: ideoq; de conditionibus tractatur, primùm quidem in genere, cap. 5 & 6. deinde in specie, cap. 7. Quarta species est legatum annuum, de quo cap. 8. Quinta alimentorum legatum, cap. 9. Sexta est dos relegata, cap. 10. Septima est optio uel electio legata, cap. 11. Octaua est actio legata, cap. 12. Nona est liberatio legata, cap. 13. Decima species est peculium legatum, cap. 14. Vndecima est legatum familiæ relictum, seu ne alienetur, cap. 15. Postrema est factum legatum, cap. 16. Hæc de legatis & fideicommißis.

## DE DONATIONIBVS. Cap. XXV.

LIB. XXXV. Tertia causa iuris adquirẽdi lucratiua est donatio, de qua libro XXXV. Digestor. meorũ tractatur, primùm quidẽ in genere, cap. 1. cũ trib. capitib. sequentib. deinde in specie, cap. 5. cũ quinq; capitibus sequentibus. In generali tractatu primùm quidem agitur de ipsa donatione, cap. 1. hinc de actionibus ex ea descendentibus, quæ triplices sunt: aliæ siquidem donatario competunt ad rem donatam tradendam, de quibus cap. 2. aliæ uerò donatori ad rem reuocandam, de quibus cap. 3. aliæ deniq; tertio ad rescindendam donationem: ut est inofficiosæ donationis actio, de qua cap. 4. In speciali tractatu agitur primùm quidem de mortis causa donationibus, cap. 5. cum duobus capitibus sequentibus. hinc de donationibus inter uirum & uxorem, cap. 8 & 9. Tertiò de actione donata, cap. 10. Hæc de caußis iuris adquirendi lucratiuis.

## DE OBLIGATIONIBVS ET actionibus ex contractu descendentibus. Cap. XXVI.

PARS V. Sequũtur nũc causæ iuris adquirẽdi onerosæ (ut uocant) quales sunt eæ obligationes et actiones, quæ tũ ex contractu, tũ ex maleficio descẽdunt.

LIB. XXXVI. De illis in Quinta, de hisce in Sexta Digestorum meorum parte tractatur. Prius tamen obligationum & actionum generalis tractatus præmittitur libro XXXVI. Nam de obligationibus quidem agitur tribus capitibus prioribus, proposita obligationis definitione, nec non de naturali obligatione, cap. 1. hinc diuisionibus & causis obligationum expositis, cap. 2. tertiò exceptionibus aduersus istas causas generalioribus enumeratis, cap. 3. De actionibus autem tractatur cap. 4. cum duodecim capitibus sequentibus. Nã quid & quotuplex sit actio? definitur d. cap. 4. Quibus competat? declaratur cap. 5. Aduersus quos? cap. 6. Per quos, item ubi & apud quem competat? definitur cap. 7. Quid ueniat in actionibus? definitur cap. 8. ad quam quæstionem pertinet etiam locus de usuris, cap. 9 de fructibus, acceßionibus & omni causa, cap. 10. de in litem iurando, cap. 11. de eo quod reus facere potest, cap. 12. deniq; de compensationibus, cap. 13. Post quæstionem hanc, Quid ueniat in actionibus? sequitur quæstio, Quando competat actio? quæ definitur cap. 14. item quamdiu competat, ubi de temporalibus præscriptionibus agitur, nimirum cap. 15. De cumulatione deniq; actionum prohibita, & ne quis inuitus agere cogatur, tractatur cap. 16.

Hisce generalibus præmißis, sequitur de obligationibus & actionibus ex contractu descendentibus, primùm quidem in genere, libro XXXVII. Digestor. meorum: deinde in specie, libro XXXVIII. cum septem libris sequentibus. Generalis contractuum tractatus continet primùm definitionem contractus & pacti conuenti, d. lib. 37. cap. 1. hinc diuisiones & species, cap. 2. tertiò exceptiones aduersus pacta contractusq;, cap. 3. quarum exceptionum replicationes aliquot generales proponuntur cap. 4. Quibus accedit exceptio pacti conuenti de non petendo, cap. 5. Quartò, quibus ex pacto uel contractu actio, exceptio, uel replicatio competat? definitur cap. 6. Quintò, aduersus quos competat? definitur cap. 7. Sextò, quid in eam ueniat? cap. 8. Septimò deniq;, qua actio uel exceptio ex pacto uel contractu detur? definitur cap. 9. Hisce subijcitur de certi condictione generali, cap. 10. & de condictione Triticaria, cap. 11. LIB. XXXVII.

## DE VERBORVM OBLIGAtionibus. Cap. XXVII.

Specialis contractuũ tractatus continetur octo libris: & primùm agitur de uerborũ obligationibus: hinc de obligationib. quæ re cõtrahuntur: tertiò de obligationibus ex consensu. Et hæc quidẽ de contractib. nominatis & ueris. Quartò agitur de innominatis & quasi contractibus. Postremò de obligationibus ex contractu descendentibus, quibus non nostro, sed alieno nomine obligamur.

De uerborum igitur obligationibus tractatur libro XXXVIII. Digestorum meorum, primùm quidem in genere: hinc in specie. In generali tractatu primùm agitur de ipsa stipulatione & uerborum obligatione, cap. 1. cum quatuor capitibus sequentibus: hinc de actione inde descendente ex stipulatu, cap. 6. cum quatuor capitibus sequentibus. De ipsa stipulatione & uerborum obligatione primùm proponitur LIB. XXXVIII.

definitio

*definitio & differentia stipulationis et uerborum obligationis, d. cap. 1. deinde diuisiones & species stipulationis, cap. 2. postea utrum una an plures sint stipulationes uel obligationes, differitur cap. 3. Postremò subijciuntur exceptiones aduersus stipulationem, quarum aliæ quidem sumũtur ex ijs quæ stipulationi insunt: de quibus cap. 4. aliæ uerò ex ijs quæ stipulationem sequuntur: de quibus cap. 5. De actione ex stipulatu primùm differitur, ex quibus causis competat? cap. 6. deinde, quibus et aduersus quos competat? cap. 7. tertiò, quid & quantum in ea ueniat petendum? cap. 8. quartò, quæ sint eius adiuncta, cap. 9. postremò, quæ sint eius adfinia remedia, cap. 10. Hæc quidem de stipulationibus in genere. De speciebus autem stipulationis specialiter tractatur cap. 11. Quò pertinet etiam de duobus reis stipulandi & promittendi, cap. 12. de eo quod certo loco dari debet, cap. 13. et de prætorijs stipulationibus, cap. 14.*

## DE OBLIGATIONIBVS quæ re contrahuntur. Cap. XXVIII.

*ALterum obligationum genus re contrahitur: cuius generis species quatuor potißimùm numerantur: Mutuum, commodatum, depositũ & pignus. De tribus prioribus speciebus tractatur libro XXXIX. Digestorum meorum: de posteriore uerò agitur libro XL. De mutuo igitur agitur d. lib. 39. cap. 1. cum duobus capitibus sequentibus. Nam de ipso mutui contractu agitur d. cap. 1. hinc de eius condictione, cap. 2. Cui obstat exceptio S.C. Macedoniani: de qua tractatur cap. 3. De commodato itidem tribus agitur capitibus: primùm quidem de ipso commodato, cap. 4. hinc de commodati actione directa quidem, cap. 5. Contraria uerò, cap. 6. De deposito agitur quatuor capitibus: primùm quidem de ipso deposito, cap. 7. hinc de actione depositi directa quidẽ, cap. 8 cuius adfine remedium est in factum actio aduersus nautas, caupones, stabularios, cap. 9. De contraria uerò depositi actione tractatur cap. 10.*

LIB. XXXIX.

LIB. XL.

*De pignoribus deniq; & hypothecis agitur peculiari libro XL. primùm quidem de ipso pignoris contractu, seu causis pignoris tam constituendi quàm dissoluendi, quinq; capitibus prioribus: hinc de iure tam debitoris quàm creditoris in re pignori obligata, cap. 6. cui annumeratur distractio pignorum, cap. 7. Postremò tractatur de actionibus ex pignoris contractu descendentibus: quarum aliæ quidem creditori cõpetunt, aliæ uerò debitori. Creditori, ut est actio hypothecaria, cap. 8. In qua quæri solet, qui potiores in pignore habeantur? cap. 9. Item creditori competit contraria pignoraticia actio, de qua cap. 10. item interdictum Saluianum, cap. 11. Debitori uerò competunt directa pignoraticia actio, de qua cap. 12. & interdictum de migrando, de quo cap. 13.*

## DE OBLIGATIONIBVS, quæ solo cõsensu contrahuntur. Cap. XXIX.

*HAec eorum sunt cõtractuum, qui re fiunt. Solo consensu contrahuntur emptio & uenditio, locatio & conductio, societas & mandatum. De emptione & uenditione tractatur duobus libris: primùm quidem de ipso contractu emptionis & uenditionis, libro XLI. hinc de actionibus inde descẽdentibus, libro XLII. Sed & de ipso contractu emptionis & uenditionis primùm quidem agitur in genere, d. lib. XLI. cap. 1. cum tribus capitibus sequentibus: hinc in specie, cap. 5. cum quinq; capitibus sequentibus. In generali tractatu continentur causa et origo emptionis & uenditionis, species aliquot & euentus, d. cap. 1. Inter euentus autem numeratur etiam, periculum & commodum rei uenditæ ad emptorem pertinere: de quo cap. 2. Sed & ad generalem tractatum pertinent exceptiones aduersus emptionem et uenditionem, primùm quidem eæ quæ sumũtur ex ijs quæ emptioni & uenditioni insunt, cap. 3. hinc eæ quæ ducũtur ex consequentibus, cap. 4. Specialis tractatus complectitur has species: primùm quidem in diem addictionem, cap. 5. deinde legem commissoriam; cap 6. tertiò hereditatis uenditionem, cap. 7. quartò actionis uenditionem, cap. 8. quintò, si mancipium ita uenierit, ut exportetur, cap. 9. postremò rerum permutationem, cap. 10. Et hæc quidẽ de ipso contractu emptionis & uenditionis.*

LIB. XLI.

LIB. XLII.

*Actiones autem inde descendentes tractantur (ut dixi) libro XLII. Digestorum meorum: quarum aliæ emptori, aliæ uenditori competunt. Emptori actiones competentes hæ sunt: prima quidem empti actio, de qua tractatur tribus capitibus prioribus: altera uerò est redhibitoria, de qua cap. 4. et cap. 5. Tertia est æstimatoria quãto minoris, de qua ca. 6. Quarta est empti & duplæ actio ob euictionem & similes causas, de qua cap. 7. Quinta est in factum actio aduersus liberum hominem, qui se pro seruo uenire passus est, de qua cap. 8. Venditori competit uenditi actio, de qua cap. 9. Hæc de emptione & uenditione.*

LIB. XLIII.

*Reliqui contractus, qui solo contrahuntur consensu, continentur libro XLIII. Digestor. meorum: & primùm de locatione & conductione tractatur nouem capitibus prioribus, primùm quidem in genere, quatuor capitibus: deinde in specie, capitibus quinq;. In generali tractatu primùm agitur de ipso contractu locationis & conductionis, cap. 1. hinc de actionibus inde descẽdẽtibus, locati puta, cap. 2. & cõducti, cap. 3. eiusq; specie ad remittendam pensionem, cap. 4. Specialis tractatus continet primùm locationem operis faciendi & operæ præstandæ, cap. 5. eiusq; actionis, locati quidem, cap. 6. conducti uerò, cap. 7. deinde continet locati & conducti actionem ex lege Rhodia, cap. 8. tertiò locationem perpetuam, quam ius emphyteuticum dicimus, de quo cap. 9. De societate agitur cap. 10. eiusq; actione pro socio, cap. 11. De mandato agitur cap. 12. eiusq; actione directa quidem, cap. 13. Contraria uerò, cap. 14.*

## DE INNOMINATIS ET QVASI contractibus. Cap. XXX.

LIB. XLIIII.

*HActenus de contractibus ueris & nominatis: sequuntur innominati & quasi contractus, libro XLIIII. Digestorum meorum. Et quidem*

dem de præscriptis uerbis, deq; in factum actione tractatur cap.1. eiusq; specie, quæ æstimatoria dicitur, cap.2. hinc de condictione ex lege, cap.3. post hæc de quasi contractibus in genere quidem, cap.4. in specie uerò, capitibus sequentibus. Sunt autem quasi contractus species & actiones inde descendentes, prima quidem Negociorũ gestorum: de qua in genere quidem tractatur cap.5. in specie uerò de directa negociorum gestorum actione, cap.6. de cõtraria, cap.7. cuius species est actio funeraria, cap.8. Altera species quasi cõtractus, actioq; inde descẽdẽs, est familiæ erciscundæ: de qua cap.9 & 10. Tertia est communi diuidundo, de qua cap.11 & 12. Quarta est finium regundorum, de qua cap.13. cuius adfine remedium est de termino moto actio, de qua cap. 14. item in factũ actio, si mensor falsum modum dixerit: de qua cap.15.

### DE CONTRACTIBVS, QVIbus non nostro, sed alieno nomine obligamur. Cap. XXXI.

LIB. XLV. POstremò de contractibus, quibus non nostro, sed alieno nomine obligamur, tractatur libro XLV. Digestor. meorum: primùm quidem de fideiussoribus & mandatoribus, cap.1. cum tribus capitibus sequentibus. hinc de constituta pecunia, cap. 5. Hisce actionibus obstat exceptio S.C. Velleiani, de qua cap.6. Sunt præterea huius generis actiones, quæ dantur de eo, quod cum eo qui in alterius potestate est, gestum esse dicitur: de quibus in genere quidem cap.7. in specie uerò capitib. sequentib. ut de exercitoria actione, cap. 8. de institoria, cap.9. de tributoria, cap.10. de peculio, cap.11 et 12. de in rẽ uerso, cap.13. quod iussu, cap.14. Hæc de contractibus.

### DE OBLIGATIONIBVS ET actionibus ex maleficio descendentibus. Cap. XXXII.

PARS VI. INter causas iuris adquirendi onerosas alterum genus est maleficium, item obligatio simul & actio ex maleficio descendens: de quo genere tractatur in Sexta Digestorum meorum parte: primùm quidẽ de quatuor maleficiorum generibus, eorumq; actionibus, libro XLVI. hinc de speciebus subiectis, earumq; actionibus specialibus, libro XLVII. Quatuor maleficiorum genera numerantur hæc: furtum, rapina, damnum, & iniuria, de quibus (ut dixi) tractatur libro XLVI. præmisso tamen de pœnalibus actionibus tractatu generali, cap.1. De furto tractatur cap.2. cũ sex capitibus sequentibus: primùm quidem de ipso furto, d.cap.2. hinc de furti actione, cap.3. cum tribus capitibus sequentibus. tertiò de furti actionis aliquot adfinibus remedijs, cap.7 & 8. In furti actione primùm proponuntur differentia, causæ & causarũ exceptiones: item per quos competat? quæ sint eius adiuncta, et qui euentus? d.cap.3. hinc quibus competat

LIB. XLVI.

